



THE LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF  
NORTH CAROLINA



ENDOWED BY THE  
DIALECTIC AND PHILANTHROPIC  
SOCIETIES

V264.025  
C363m

MUSIC LIB.



No. 92

**This book must not  
be taken from the  
Library building.**

--	--	--





Digitized by the Internet Archive  
in 2013

<http://archive.org/details/missaleromanvmex00cath>







# MISSALE ROMANVM,

EX DECRETO SACROSANCTI  
Concilij Tridentini restitutum,

PII V. PONT. MAX.

IVSSV EDITVM.



ANTVERPIÆ,

Ex Officina Christophori Plantini,  
Architypographi Regij.

M. D. LXXV.

*Cum Privilegijs Pont. Max. & Regis Catholicæ.*

E IV.







# P I V S E P I S C O P V S

## S E R V V S S E R V O R V M

### DEI, AD PERPETVAM REI

#### M E M O R I A M.



*V*o primum tēpore ad Apostolatus apicē assumpti fuimus, ad ea libenter animam, viresq; nostras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quæ ad ecclesiasticum purum retinendum cultum pertinerent, eaq; parare, & Deo ipso adiuuante omni adhibito studio efficere cōtendimus. Cumq; inter alia sacri Tridentini Concilij decreta, nobis statuēdum esset de sacris libris; Catechismo, Missali, & Breuiario edēdis atq; emendandis: edito iam Deo ipso annuente ad populi eruditionē Catechismo, & ad debitas Deo persoluendas laudes, Breuiario castigato; omnino, vt Breuiario Missale responderet, vti congruum est, & conueniens (cū vnum in Ecclesia Dei psallendi modum, vnum Missæ celebrandæ ritū esse maximē deceat) necesse iam videbatur, vt quod reliquū in hac parte esset, de ipso nempe Missali edēdo, quam primū cogitaremus. Quare eruditus delectis viris onus hoc demandandū duximus, qui quidem diligētē collatis omnibus cū vetustis nostræ Vaticana bibliotheca, aliisq; vndique conquisitis, emendatis, atque incorruptis codicibus: nec non veterum consultis, ac probatorum auctorum scriptis, qui de sacro eorundem ritū instituto monumenta nobis reliquerunt; ad pristinam Missale ipsum sanctorū Patrū normam ac ritum restituerunt. Quod recognitum iam, & castigatum, maturē adhibita consideratione, vt ex hoc instituto, cæptoq; labore fructus omnes percipiant, Romæ quam primū imprimi, atque impressum edi mādauimus, nempe, vt Sacerdotes intelligāt, quibus precibus vti, quos ritus, quæque ceremonias in Missarū celebratione retinere posthac debeant. Vt autē à sacrosancta Romana Ecclesia ceterarum Ecclesiarū matre & magistra, tradita ubique amplectātur omnes, & obseruent, ne in posterū perpetuis futuris tēporibus in omnibus Christiani orbis prouinciarū Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, Secularibus, & quorumuis ordinum Monasteriorū, tam virorū quàm mulierum, etiā militiarum Regularibus, ac sine cura Ecclesiis vel Capellis, in quibus Missa Conuēntualis alta voce cū choro, aut demissa celebrari iuxta Romanæ Ecclesiæ ritū consuevit vel debet, alias, quàm iuxta Missalis à nobis editi formulam decātetur, aut recitetur, etiā si eadē Ecclesiæ quouis modo exemptæ Apostolica sedis indulto, cōsuetudine, priuilegio, etiā iuramēto, confirmatione Apostolica, vel aliis quibusuis facultatibus munitæ sint: nisi ab ipsa primā institutione à sede Apostolica, approbata vel consuetudine, quæ vel ipsa institutio super ducentos annos Missarum celebrandarum in eisdē Ecclesiis assiduē obseruata sit: à quibus, vt præfatam celebrandi cōstitutionem vel consuetudinem nequaquam auferimus, sic si Missale hoc, quod nunc in lucem edi curauimus, ipsdem magis placeret, de Episcopi, vel Prælati, capitulq; vniuersi cōsensu, vt quibusuis non obstātibus iuxta illud Missas celebrare possint, permittimus: ex aliis verò omnibus Ecclesiis præfatis eorundem Missalium vsum tollēdo, illasq; penitus, & omnino reiciendo: ac huic Missali nostro nuper edito, nihil vnquam addēdum, detrahendum, aut immutandum esse decernendo, sub indignationis nostræ pœna, ac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, & ordinamus: Mandantes ac districtē omnibus & singulis Ecclesiarū prædictarū Patriarchis, Administratoribus, aliisq; personis quacunque ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiā si sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, aut cuiusuis alterius gradus, & præminentie fuerint, illis in virtute sanctæ obedientiæ precipientes, vt ceteris omnibus rationibus, & ritibus ex aliis Missalibus quantumuis vetustis hætenus obseruari consuetis, in posterum penitus omisissis, ac planè reiectis, Missam iuxta ritum, modum ac normam, quæ per Missale hoc à nobis nunc traditur, decantent, ac legant: neque in Missæ celebratione alias ceremonias, vel preces, quàm quæ hoc Missali continentur, addere, vel recitare præsumant.

V264.025  
C363m  
m usic  
lib.



AT QUE Vt hoc ipsum Missale in Missa decantanda aut recitanda in quibusvis Ecclesiis absq̃ ullo conscientie scrupulo, aut aliquarum pœnarũ, sententiarũ, & censurarũ incurſu posthac omnino sequatur, cog̃ liberè & licitè uti possint, & valeant, auctoritate Apostolica, tenore presentiu etia per petuò cõcedimus, & indulgemus. Neue Prasules, Administratores, Canonici, Capellani, & alij quocunq̃ nomine nuncupati presbyteri seculares, aut cuiusvis ordinis regulares, ad Missam aliter quàm à nobis statutũ est, celebrandam teneantur, neque ad Missale hoc immutandũ à quolibet cogi, & cõpelli, presentisue litera ullo unquã tempore reuocari, aut moderari possint, sed firmè semper & validè in suo existant robore, similiter statuimus, & declaramus. Non obstantibus premisis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus cõstitutionibus, & ordinationibus, nec non Ecclesiarum predictarũ usu longissimo & immemorabili p̃scriptione, nõ tamen supra ducetos annos roborata, statutis & consuetudinibus cõtrariis quibuscunq̃. Volumus autem & eadem auctoritate decernimus, vt post huius nostræ cõstitutionis, ac Missalis editione, qui in Romana adsunt Curia presbyteri, post mensem, qui verò intra montes, post tres, & qui ultra mōtes incolunt, post sex menses, aut cũ primum illis Missale hoc venale propositum fuerit, iuxta illud Missam decantare vel legere teneatur. Quod vt ubiq̃ terrarum incorruptum, ac mendis, & erroribus purgatum p̃seruetur, omnibus in nostro & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dominio mediatè, vel immediatè subiecto commorantibus Impressoribus, sub amissionis librorum ac centum ducatorum auri Camera Apostolica ipso facto applicandorum: alijs verò in quacunque orbis parte cõsistentibus, sub Excommunicationis latæ sententiæ, & alijs arbitrij nostri pœnis, ne sine nostra, vel specialis ad id Apostolici Commissarij in eisdẽ partibus à nobis cõstituenti, ac nisi per eundẽ Commissarium eidem Impressori Missalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipso Impressore erit accipienda norma, cum Missali in vrbe secundum magnam impressionem impresso collatum fuisse, & concordare, nec in ullo penitus discrepare, prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere ullo modo audeant, vel p̃sumat, auctoritate Apostolica, & tenore presentium similibus inhihemus. Verum quia difficile esset presentes literas ad quaque Christiani orbis loca deferri, ac primo quoque tempore in omnium notitiam perferri, illas ad Basilicæ principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ de more publicari, & affigi: ac earundem literarũ exemplis etiam impressis, ac manu alicuius publici tabellionis subscriptis, nec non sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem porſus indubitatam fidem ubique gentium & locorum haberi p̃cipimus, quæ presentibus haberetur, si ostenderentur vel exhiberentur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ permissionis, statuti, ordinationis, mandati, p̃cepti, concessionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare p̃sumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incurſurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo: Pridie Idus Iulij, Pontificatus nostri anno Quinto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo Quingētesimo, Septuagesimo: Indictione Decima tertia, die verò Vigefimanona mēsis Iulij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pij, diuina prouidētia Papæ Quinti, anno eius quinto, retrospectæ literæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valuas Basilicæ principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Ioannem Andream Rogerium, & Philibertum Cappuis Cursores.

Scipio de Octavianis Magister Cursorum.



P I V S P P. V.

DILECTO FILIO CHRISTOPH.  
PLANTINO IN CIVITATE ANTVER-  
PIENSI LIBRORVM IMPRESSORI.



I L E C T E fili, salutem & apostolicam benedictionem. Quoniam præcipuè curæ nobis est, vt personarum omnium Ecclesiasticarū commoditati, quantū cum Deo possumus, paternè cōsulamus: Idcirco volentes personas Ecclesiasticas Prouinciæ Flandrię, & Regni Hungariæ, ac partiū Germaniæ, de quibus à Ministris nostris ad te scribi iussimus, Missalibus mādato nostro nuper editis commodè vti posse, Tibi vni Missale nouum huiusmodi iuxta exemplum ad te ex Alma Vrbe nostra transmissum, pro vsu & commoditate dictarum personarum in Ciuitate Antverpiensi imprimendi, seu imprimi faciendi, ipsaq; impressa volumina eisdē, aut aliis personis partium prædictarū vendendi, auctoritate apostolica tenore præsentium licentiam concedimus & facultatem. Hortantes propterea in Domino dilectum filium Henricum Dunghæum Canonicum Ecclesiæ Antverpiensis, eiq; etiam mandantes; vt in imprimendo Missali præfato sedulò intersit, atque præsit, omnemque operam ac diligentiam adhibeat: vt Missale huiusmodi fideliter, & sine erroribus imprimatur. Non obstantibus constitutionibus apostolicis, prohibitionibusque nostris, super hoc emanatis, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxviii. Iulij. M. D. LXX. Pontificatus nostri Anno Quinto.

*Cæ. Glorierius.*

SVMMA PRIVILEGII REGIS CATHOLICI.

P H I L I P P V S Dei gratia, Rex Hispaniarū, &c. Intellecta Pij V. Pont. Max. de imprimēdo Missali nouo, volūtate, suo diplomate sanxit, ne quis præter Christophorum Plantinū Prototypographū suum, præfatū Missale vlllo modo imprimat, vel alibi impressum in suis inferioris Germaniæ ditionibus vendat aut distrabat: vt latius patet in Priuilegiis perscriptis Antverpie in Cōsilio priuato, & in Cōsilio Braban. 7. Oct. Anno Dñi. M. D. LXX.

*Signat.*

*De Lange.*



# RUBRICÆ

## GENERALES

### MISSALIS.



**M**ISSA quotidie dicitur secundum ordinē Officij de festo Duplici, vel Semiduplici, vel Simplici: de Dominica, vel Feria: de Vigilia, de Octaua, & extra ordinem Officij, Votiuā, vel pro Defunctis.

#### De Duplici.

**M**ISSA dicitur de Duplici illis diebus, quibus in Calendario ponitur hæc nota, **Duplex:** & in Festis mobilibus, quodocunque Officium fit **Duplex.**

¶ **I**N Duplicibus dicitur vna tantum Oratio, nisi aliqua Commemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur: vt in propriis Missis assignatū est. Quando dici debet, **Gloria in excelsis,** & **Credo,** inferius dicitur in propriis Rubricis.

#### De Semiduplici, & Simplici.

**M**ISSA de Semiduplici dicitur quando in Calendario ponitur hæc vox, **Semiduplex.** Præterea, in Dominicis, & diebus infra Octauas.

¶ **I**N Semiduplicibus, tā festis, quàm Dominicis, & infra Octauas dicuntur plures Orationes, vt infra dicitur in Rubrica de Oratione: Infra Octauam dicitur Missa sicut in die Festi, nisi propriam Missam habuerit: in Dominicis verò, sicut in propriis locis assignatur.

¶ **D**E Simplici dicitur Missa sicut de

Semiduplici, vt suis locis ponitur.

#### De Feria & Vigilia.

**M**ISSA de Feria dicitur, quando non occurrit Festum, vel Octaua, vel Sabbathum, in quo fit Officium beatæ Mariæ.

¶ **I**N Feriis tamen Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, etiam si Duplex, vel Semiduplex festum, vel Octaua occurrat, in Ecclesiis Collegiatis dicuntur duæ Missæ, vna de Festo, altera de Feria.

¶ **I**N Vigiliis autem, quæ veniunt infra Octauam, Missa dicitur de Vigilia, cum Commemoratione Octauæ. Si festum habens Vigiliam, celebretur Feria secunda, Missa Vigiliæ dicitur in Sabbatho, sicut etiam fit Officium.

¶ Missa Vigiliæ in Aduentu occurrētis, dicitur cum Commemoratione de Aduentu, licet de ea nō sit factum Officium, excepta Vigilia Natiuitatis, & Epiphaniæ Vigilia.

¶ Si in Quadragesima, & Quatuor Temporibus occurrat Vigilia, dicatur Missa de Feria, cum Commemoratione Vigiliæ. Toto tempore Paschali non dicitur Missa de Vigilia, nisi in Vigilia Ascensionis, quæ tamen non ieiunatur, sicut nec Vigilia Epiphaniæ.

#### De Missis Votiuis S. Mariæ, & aliis.

**I**N Sabbathis nō impeditis Festo Duplici, & Semiduplici, dicitur Missa de san-



de sancta Maria, secundum varietatem temporum; vt in fine Missalis ponitur. Si Sabbathum fuerit impeditum Festo Duplici, Semiduplici, Octaua, Vigilia, Feria Quatuor Temporū, & Quadragesimæ, Missa principalis dicitur secundum Officium diei.

**I**N Aduentu autem licet Officium nō fiat de S. Maria in Sabbatho, dicitur tamen Missa principalis de ea cū Commemoratione de Aduentu, nisi fuerint Quatuor Tempora, vt supra: Aliis diebus infra Hebdomadā, quando Officiū fit de Feria (exceptis Feriis Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum) dici potest aliqua Missa Votiuā etiam in principali Missa, quæ dicitur Conuentualis, secundum ordinem dierum in fine Missalis assignatum. Quæ tamen Missæ, & aliæ quæcunque Votiuæ, in Missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunque die Officium non est Duplex. Id verò passim non fiat: nisi rationabili de causa: vt quo ad fieri potest, Missa cum Officio conueniat.

#### De Missis Defunctorum.

**P**RIMA die cuiusque mensis (extra tēpus Paschale) nō impedita Officio Duplici & Semiduplici, dicitur Missa principalis generaliter pro defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & aliis.

**I**N Ecclesiis autem Collegiatis dicantur duæ Missæ, vna pro Defunctis, altera de Festo Simplici, si occurrat: vel de Feria, si propriā habeat Missam, vel resumenda sit Missa de Dominica præcedenti, quæ fuit impedita, cū infra Hebdomadam non occurrit alius dies, in quo resumī possit Missa de Domini-

ca. Sed in Ecclesiis non collegiatis dicitur Missa de die, cum Commemoratione generaliter pro Defunctis.

**P**RÆTEREA Feria secunda cuiusq; Hebdomadæ, in qua officiū fit de Feria, Missa principalis dici potest pro Defunctis. Si autē fuerit propria Missa de Feria, vel de Festo Simplici, in collegiatis Ecclesiis dicatur duæ Missæ, alioquin in Missa de die fiat Cōmemoratio, (vt dictum est) pro Defunctis. Excipitur tamē totū tempus Paschale: & quādo per annum Officium est Duplex, vel Semiduplex, quibus tēporibus non dicitur Missa principalis pro Defunctis, nisi in die Depositionis defuncti, & in Anniuersario pro Defunctis. Et similiter, nisi fuerit Duplex, quocunque die dici possunt priuatæ Missæ pro defunctis, præterquam in Dominicis. *In die Commemorationis omnium Defunctorum, & in die Depositionis, & in Anniuersario Defuncti*, dicitur vna tantum Oratio: in aliis Missis, plures, vt in Rubrica de Cōmem. & Orationibus dicitur.

**S**equentia pro Defunctis dicitur in die omnium fidelium Defunctorū, & Depositionis Defuncti. In Anniuersario autem, & in Missa cōmuni pro Defunctis dicitur pro arbitrio Sacerdotis.

#### De Translatione Festorum.

**I**N dicendis Missis seruetur ordo Breuiarij de Translatione Festorum Duplicium, & Semiduplicium, quando maiori aliquo Festo, seu Dominica impediuntur.

**I**N Ecclesiis autem, vbi titulus est Ecclesiæ, vel concursus populi ad celebrandum Festū, quod transferri debet, possunt cantari duæ Missæ, vna de die, altera



altera de Festo: aut saltē Commemoratio fieri de Festo: si eo die de Festo in illa ecclesia Officium fieri non debeat.

**De Commemorationibus.**

**C**OMMEMORATIONES in Missis fiunt sicut in Officio.

**D**E Festo Simplici fit Commemoratio in Missa, quando de eo in Officio facta est Commemoratio in Vesperis. Quando autem de eo fit Commemoratio tantum ad Laudes, in Missa sollemni nulla fit Commemoratio de eo, sed in Missis tantum priuatis.

**¶** **D**E Dominica fit Commemoratio, quando in ea fit de festo Duplici.

**¶** **D**E Octaua fit Commemoratio, quando infra Octauam fit de aliquo Festo, nisi illud Festum fuerit de exceptuatis in Rubrica Officij de Commemorationibus. Item quando infra Octauam fit de Dominica.

**¶** **D**E Feria fit Cōmemoratio in Adventu, Quadragesima, Quatuor Tēporibus, Rogationibus, & Vigiliis; quādo Missa dicenda est de Festo Duplici, vel Semiduplici illis tēporibus occurrente.

**¶** **S**ED in Ecclesiis Collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Feriis, Rogationibus, & Vigiliis prædictis dicuntur duæ Missæ, vna de Festo, altera de Feria, Rogationibus, & Vigilia prædictis, absque vlla vtrorumq; Commemoratione. Quādo infra hebdomadam dicuntur Missæ votiue, post primam Orationem semper dicatur Oratio eius, de quo fit Officium. Quando fit Commemoratio de Feria Quatuor Temporum; pro Feriæ Commemoratione dicitur prima Oratio, quæ concordat cum Officio.

**¶** **I**N faciendis Commemorationibus seruetur ordo: vt in Breuiario de Dominica ante Festum Semiduplex, quod infra Octauam celebratur: de Festo Semiduplici ante Octauam: de Octaua ante Ferias prædictas: de Feriis prædictis ante Festum Simplex: de Festo Simplici ante Orationes votiuas. Si faciēda sit Cōmemoratio pro defunctis, semper ponitur penultimo loco. In aliis Cōmemorationibus à prædictis seruetur dignitas Orationum; vt de Spiritu sancto ante beatā Mariam, de Angelis ante Apostolos, & similiter in aliis. In Missis defunctorum nulla fit Commemoratio pro viuis, etiam si Oratio esset communis pro Viuis, & Defunctis.

**¶** **Q**UANDO dicuntur plures Orationes, prima tantū & vltima cum sua conclusione terminantur: & ante primam & secundam Orationem tantum dicitur, **Oremus** ante primam dicitur etiam, **Dominus vobiscum**. Cū verò dicuntur plures Orationes, & vna Oratio eadem fit cum alia ibidem dicenda: Oratio huiusmodi, illa scilicet, quæ eadem est, nō aliæ, commutetur cū alia de Communi vel Proprio, quæ sit diuersa.

**De Introitu, Kyrie eleison, & Gloria in excelsis.**

**I**N **T**R **O**I **T** **V**S semper eodē modo dicitur cū **Gloria patri**, vt in Ordinario, præterquā tēpore Passionis, & in Missis Defunctorū, vt etiā ibi annotatum est.

**¶** **K**Y **R**I **E** **e**l **e**i **s**o **n**, dicitur nouies post Introitum, alternatim cum ministro, id est, ter **Kyrie eleison**, ter **Christe eleison**, ter **Kyrie eleison**.

**¶** **G**L **O**R **I**A **i**n **e**x **c**e **l**s **i**s, dicitur quādo-



**Te Deū** præterquã in Missa Feriæ quintæ in Cœna Domini, & Sabbathi sancti, in quibus **Gloria in excelsis**, dicitur.

¶ IN Missis votiuis nō dicitur nisi in Missa beatæ Mariæ, & Angelorū: & nisi Missa votiua dicēda sit pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa. Neque etiã dicitur in Missis Defunctorum.

### De Orationibus.

**I**N Festis duplicibus dicitur vna tantum Oratio, nisi faciēda sit aliqua Commem. vt dictum est suprã.

¶ IN Festis Semiduplicibus occurrentibus ab Octaua Pentecostes vsque ad Aduentum, & à Purificatione vsque ad Quadragesimã, dicitur Secūda Oratio, **A cunctis**: Tertia ad libitum.

¶ IN Festis Semiduplicibus occurrentibus ab Octaua Epiphaniæ, vsque ad Purificationem, dicitur Secūda Oratio, **Deus qui salutis**, Tertia, **Ecclesiæ**, vel pro Papa.

¶ IN Festis Semiduplicibus à Feria quarta Cinerum vsque ad Dominicam Passionis: Secūda, de Feria: Tertia, **A cunctis**.

¶ IN Festis Semiduplicibus, a Dominica Passionis vsque ad Dominicã Palmaram, Secūda Oratio, de Feria: Tertia, **Ecclesiæ**, vel pro Papa.

¶ IN Festis Semiduplicibus ab Octaua Paschæ vsque ad Ascensionem, secūda Oratio: de sancta Maria, **Concede**: Tertia, **Ecclesiæ**, vel pro Papa.

¶ IN Festis Semiduplicibus infra Octauas occurrentibus, Secūda Oratio dicitur de Octaua: Tertia, quæ secundo loco infra Octauam dicitur. Infra Octauas Paschæ & Pentecostes, quando Missa dicitur de Octaua, dicuntur duæ

tantum Orationes, vna de die, altera **Ecclesiæ**, vel pro Papa.

¶ **I**N F R A alias Octauas, & in Vigiliis, quæ ieiunantur (excepta Vigilia Natiuitatis Domini, & Pentecostes) dicuntur tres, Vna de die, Secūda de sancta Maria, Tertia, **Ecclesiæ**, vel pro Papa. Sed infra Octauas sanctæ Mariæ, & in Vigilia & infra Octauam Omnium Sanctorum, secūda Oratio dicitur de Spiritu sancto; alia **Ecclesiæ**, vel pro Papa.

¶ IN Dominicis infra Octauas occurrentibus, dicuntur duæ Orationes: Vna de Dominica, Secūda de Octaua. In die Octaua, dicitur vna tantum Oratio, nisi aliqua Commemoratio faciēda sit.

¶ IN Dominicis dicuntur tres, vt in Ordinario assignantur, quibusdam exceptis, vt suis locis assignatur.

¶ IN Festis Simplicibus, & Feriis per annum, dicuntur tres, vt in Semiduplicibus: possunt etiam dici quinque, vel septem, ad libitum.

¶ IN Feriis Quatuor Temporum, & vbi plures leguntur Lectiones, huiusmodi plures Orationes dicuntur post vltimam Orationē ante Epistolam: & aliæ Orationes cū Lectionibus, vt suis locis in Proprio Missarū de Tempore.

¶ IN Missis Votiuis, quando dicuntur pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa, dicitur tantum vna Oratio: sin aliter, dicuntur plures, vt in festis Simplicibus.

¶ **S**E D in Votiuis beatæ Mariæ secūda Oratio dicitur de Spiritu sancto: & in Votiuis de Apostolis, quādo dicitur Oratio, **A cunctis**, eius loco dicitur Oratio de S. Maria, **Cōcede**. Si, quando plures dicuntur Orationes, occurrat fieri Cō-



## Rubricæ generales

memoratio alicuius Sancti, ea ponitur secundo loco, & tertia Oratio dicitur, quæ alias secundo loco dicenda erat.

¶ **I**N conclusione Orationū hic modus seruetur. Si Oratio dirigatur ad Patrem; concluditur, **Per Dominum nostrum**, &c. si ad filium; **Qui uiuis & regnas cū Deo Patre**. Si in Principio Orationis fiat mentio filij; cōcluditur, **Per eundem**. Si in fine Orationis eius fiat mentio; **Qui tecū uiuit**. Si facta sit mentio Spirit<sup>9</sup> sancti, in cōclusionē dicitur: **In unitate eiusdē Spiritus sancti**, &c. Alia quoq; in dicēdis Orationibus seruetur, quæ superius in Rubrica de Commemorationibus dicta sunt.

**De Epistola, Graduali, Alleluia, & Tractu, ac de Euangelio.**

**P**OST ultimam Orationem, dicitur **Epistola**, qua finita, à Ministris dicitur, **Deo gratias**.

¶ Post Epistolam dicitur **Graduale**, quod semper dicitur, præterquam Tempore Paschali, cuius loco tunc dicuntur duo **Versus**, ut dicitur in Rubrica Sabbathi in Albis.

¶ **P**OST **Graduale**, dicitur duo **Alleluia**. Deinde **Versus**, & post **Versum**, vnum **Alleluia**. Tēpore Paschali, quando non dicitur **Graduale**, dicitur aliud **Alleluia**, post secundum **Versum**: & quando dicitur **Sequentia**, non dicitur post vltimum **Versum**, sed post **Sequentiam**.

¶ A Septuagesima vsque ad Sabbathum sanctū, non dicitur **Alleluia**, neque dicitur in Missis de Feria in Aduentu, **Quatuor Temporibus**, & **Vigiliis** quæ ieiunantur, exceptis **Vigilia Natiuitatis Domini**, si venerit in Dominica,

& **Vigilia Paschæ** & **Pentecostes**, ac **Quatuor Temporibus Pētecostes**. Nec dicitur in **Festo Innocentium**, nisi venerit in **Dominica**.

¶ A Septuagesima vsque ad Pascha, eius loco dicitur **Tractus**, qui **Tractus** prædicto tempore in aliquibus Feriis non dicitur, ut suis locis ponitur, neque in Feriis à Septuagesima vsq; ad **Quadragesimam**, quando repetitur **Missā Dominicæ**.

¶ Dicto **Graduali**, seu **Alleluia**, seu **Tractu** dicitur **Euangelium**. Et in principio **Euangelij** dicitur, **Dominus vobiscum**. R. **Et cum spiritu tuo**. Deinde, **Sequentia sancti Euangelij secundum N.** R. **Gloria tibi Dñe**. In fine **Euāgelij** à Ministris dicitur, **Laus tibi Christe**. Postea si dicendum est, dicitur **Credo**.

**De Symbolo.**

**S**YMBOLVM dicitur post **Euangelium** in omnibus **Dominicis** per annum, etiam si in illis fiat de **Festo**, in quo alias nō diceretur. In tribus **Missis** de **Natiuitate Domini**, & deinceps vsque ad **Octauam beati Ioānis Apostoli** inclusiuē. In **Epiphania**, & per **Octauā**. **Feria quinta** in **Cœna Domini**. In **Paschate Resurrectionis**, & per **Octauam**. In **Ascensione Domini**, & per **Octauam**. In **Pentecoste**, & per **Octauam**. In **Festo Corporis Christi**, & per **Octauā**. In omnibus **Festis beatæ Mariæ**, & per **Octauas**. In omnibus **Festis Apostolorum**, & **Euāgelistarum**, & per **Octauas**. In **Festis Quatuor Doctorū**, videlicet, **Gregorij**, **Ambrosij**, **Augustini**, & **Hieronimi**, addito **Festo sancti Thomæ de Aquino**. Item in **Festis Doctorum Basilij**, **Athanasij**, **Gregorij Nazianzeni**, &

**Ioan-**



Ioānis Chrysoſtomi. In vtraque Cathedra ſancti Petri: & in Feſto ſancti Petri ad vincula. In Feſtis Conuerſionis, & Commemorationis ſancti Pauli Apoſtoli. In Feſto ſancti Ioānis ante portam Latinam: In Feſtis Inventionis & Exaltationis ſanctæ Crucis. In Feſtis Angelorū. In Feſto ſancti Barnabæ Apoſtoli. In Feſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ. In Transfiguratione Domini. In die Octavarum ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ſancti Laurētij. In Feſto omniū Sāctorum, & per Octauam. In Dedicationibus S. Saluatoris, & Sāctorum Apoſtolorum Petri & Pauli. In Anniuerſario Dedicationis propriæ Eccleſiæ, & per Octauā. In die Conſecrationis Eccleſiæ, vel Altaris. In Feſtis Sanctorum, quibus dedicata eſt Eccleſia, & vbi habetur corpus vel inſignis reliquia Sancti, de quo agitur. In die Creationis, & Coronationis ſummi Pontificis, & in Anniuerſario eiufdem diei. Item, in omnibus Feſtis. quæ in Dominicis, & per Octauas celebrantur: in quibus ratione Dominicæ & Octauæ dici debet. Item in Feſto patroni alicuius loci, vel tituli Eccleſiæ: & in Feſtis principalibus ordinum: & per eorum Octauas, in Eccleſiis tantum illius ordinis.

Item dicitur **Credo**, in Miſſis votiuis, quæ ſollēniter pro re graui, vel pro publica Eccleſiæ cauſa celebrantur.

De Offertorio, Secretis, Præſationibus, & Canone.

**P**OST Symbolum, vel ſi non ſit dicendum, poſt Euangelium, dicitur **Dominus vobiscum**, deinde Offertorium poſtea fit oblatio cum Orationibus, vt in Ordinario. Qua oblatione fa-

cta, dicuntur Orationes ſecretæ, ſecundum numerum Orationum, quæ palam dictæ ſunt: ſed ante primam Orationem non dicitur **Dominus vobiscum**, nec aliquid aliud: ſed dicto, **Suſcipiat Dominus ſacrificium**. abſolutè dicuntur: neque etiam ante ſecundam Orationem dicitur, **Oremus**. Terminatur autem prima, & vltima Oratio, vt dictum eſt ſuprà in Rubrica de Orationibus: & ſecreto dicuntur, vſque ad illa verba in conſuſione, **Per omnia ſæcula ſæculorum**, quæ clara voce proferruntur, & incipitur **Præſatio**, Præſationes autem dicuntur vt in Ordinario adnotatum eſt: & quæ in Quadrageſima, tempore Paſchali, & infra Octauas propriæ aſſignantur, dicuntur etiam in Dominicis, & Feſtis, quæ illis temporibus celebrantur: niſi illa Feſta propriam Præſationem habeant.

**I**N Miſſis Votiuis dicitur etiā Præſatio propria, ſi propriam habeant. Et quando aliqua Miſſa Votiua pro publica Eccleſiæ cauſa ſollempniter celebratur, dicitur in cantu ſollempni, vt in Duplicibus. Poſt Præſationem incipitur Canon Miſſæ ſecretò, in quo feruentur omnia, vt in Ordinario. Vbi verò **Communicantes**, **Infra actionem**, vel alia variari contingit, ſuo loco in propriis Miſſis adnotatur.

De Communionem, & iis quæ poſt Communionem, **Ite Miſſa eſt**, vel **Benedicamus Domino**, de Benedictione, & Euangelio ſancti Ioannis.

**E**XACTO Canone, & aliis omnibus vſque ad Communionem, ea peracta dicitur Communionem, & Orationes poſt Communionem, eodē modo, & ordi-

## Rubricæ generales Missalis.

& ordine, vt in principio Missæ: & repetito, **Dominus vobiscum**, dicitur, **Ite Missa est.** vel **Benedicamus Domino.** pro temporis ratione.

¶ **Ite Missa est**, dicitur quodocunq; dicitur **Gloria in excelsis**. Cùm non dicitur, eius loco dicitur **Benedicamus Domino.** &c. **Deo gratias.**

¶ **IN** Missis Defunctorum, dicitur, **Requiescant in pace.** &c. **Amen.**

¶ **DICTO** Placeat. datur Benedictio, quæ à Celebrante semper datur in Missa, præterquam in Missis Defunctorum. Deinde dicitur Euangelium sancti Ioannis, **In principio.** præmisso **Dominus vobiscum**, & **Sequentia**, vt moris est: quod Euangelium nunquam prætermittitur in Missa, nisi quãdo fit de Festo in aliqua Dominica, vel Feria, quæ habet Euangelium proprium: tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia Missa de die Natiuitatis Domini dicitur Euangelium de Epiphania, **Cùm natus esset Iesus.**

**De ordinanda Missa ex supradictis Rubricis.**

**S**UPRADICTIS Rubricis cognitis, si quis velit ordinare Missam dici,

recurrat ad Ordinarium Missarum de tempore, vel de Sanctis, secundum qualitatem Officij.

Si proprium non habeat, recurrat ad Commune Sanctorum.

Si de Feria agendum sit, & propria Missa non fuerit de Feria, dicatur Missa præcedentis Dominicæ, omisis **Gloria in excelsis** & **Symbolo**: præterquam Tempore Paschali, in quo semper dicitur, **Gloria in excelsis**, vt supra: excepta Missa Rogationum: & in Aduentu prætermittitur **Alleluia**, post Graduale, cum suo versu.

Si dicenda sit Missa Votiuæ, requiratur post Commune Sanctorum suo loco.

Si plures Orationes dicendæ sint, requirantur post Missas votiuas, suo loco de singulis rebus singulæ.

Si pro Defunctis dicenda sit Missa, habetur post Missas Votiuas, cum Collectis diuersis, circa finem Missalis. Ordinarium totius Missæ, cum Præfationibus, Canone, & aliis dicendis, habetur suo loco, cum Proprio Missarum de Tempore.

**F I N I S.**

**RITVS**



# RITVS SERVANDVS IN CELE-

BRATIONE MISSAE.

## De præparatione Sacerdotis celebraturi.



**A**CERDOS celebraturus, seruat is, quæ superius dicta sunt, quo ad præuiã Confessionem & Horas Canonicas, Martino saltẽ absoluto, orationi aliquãtulũ vacet, & Orationes inferius positas pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locum in Sacristia, vel alibi præparatum, vbi paramenta, aliaque ad celebrationem necessaria habentur: accipit Missale, perquirat Missam, perlegit, & signacula ordinat ad ea quæ dicturus est. Postea lauat manus, dicẽs Orationem inferius positam. Deinde præparat Calicem, ponens super eius os Purificatorium, & super illud Patenam cum Hostia, quam tegit parua Palla, & Velo serico: super Velo ponit Bursam coloris paramentorum, intus habens Corporale plicatum.

**Q**UIBUS ita dispositis, accedit ad paramenta, vbi calciatus pedibus, & indutus vestibus sibi conuenientibus, quarum exterior saltem talum pedis attingat: induit se, si sit Prælatus sæcularis, supra rochetum: si sit Prælatus regularis, vel alius Sacerdos sæcularis, supra superpelliceum, si commodè haberi possit, alioquin sine eo supra vestes communes, dicens ad singula singulas orationes inferius positas.

**A**C primùm accipiens amictum circa extremitates & cordulas, oscula-

tur in medio, & ponit super caput, & mox declinat ad collum, & eo circum circa vestium collaria tegens, ducit cordulam sub brachiis, & circumducens per dorsum ad vëtre[m] reducit & ligat.

**T**VM Alba induitur caput submittens, deinde manicam dextram brachio dextro, & sinistram sinistro imponens: Albam ipsam corpori adaptat, eleuat ante, & à lateribus hinc inde, & Cingulo, per ministrum à tergo sibi porrecto, se cingit: Minister eleuat Albam supra Cingulum, circumcirca; vt honestè dependeat, & tegat vestes: ac eius simbrias diligenter aptat; vt ad latitudinem digiti vel circa, supra terram æqualiter fluat.

**S**acerdos accipit Manipulum, osculatur Crucem in medio, & imponit brachio sinistro.

**D**EINDE ambabus manibus accipiens Stolum, simili modo deosculatur, & imponit medium eius collo, ac transuersando eam ante pectus in modum Crucis, ducit partem à sinistro humero pendentem ad dextram, & partem à dextro humero pendentem ad sinistram. Sicque vtramque partem stolæ extremitatibus cinguli hinc inde ipsi cingulo coniungit.

*Si Celebrans sit Episcopus, non ducit Stolum ante pectus in modum crucis, sed sinit hinc inde vtrasque extremitates pendere: & accipit Cruciculam à collo ante pectus cordulis pendentem.*

**P**OSTREMO Sacerdos accipit Planctam. Si sit episcopus, & sollempniter cele-

cele-



celebrat, accipit paramenta, & alia, vt in pontificali.

### De ingressu Sacerdotis ad Altare.

**S**ACERDOS omnibus paramentis indutus, accipit in manu sinistra Calicem vt supra præparatum, & Bursa manu dextra super Calice tenens, capite cooperto accedit ad Altare, Ministro cum Missali, & aliis ad celebrandum necessariis præcedente. procedit autem oculis demissis, incesu graui, erecto corpore. Si verò contigerit eum transire ante altare maius, capite cooperto faciat ad illud reuerentiam: si ante locum Sacramenti, genuflectat. Si ante Altare vbi celebretur Missa, in qua eleuatur Sacramentum, similiter genuflectat, & detecto capite illud adoret.

**¶** CUM peruenerit ad Altare, stans ante illud in infimo gradu, caput detegit, biretū ministro porrigēs: & Altari, seu Imagini crucifixi desuper positæ, profundè inclinat. Si autem in eo sit Tabernaculum sanctissimi Sacramenti, genuflectens debitam facit reuerentiam. Tunc ascendit ad medium Altaris, ibi ad cornu Euangelij sistit Calicē: extrahit Corporale de Bursa, quod extendit in medio altaris, & super illud calicem velo coopertum collocat. Si in Altari paramenta accepit, hoc idem facit antequam descendat ab Altari Missam inchoaturus.

**¶** SI est consecraturus plures hostias pro Communione facienda, quæ ob quantitatem super patena manere non possint: locet eas super Corporale ante Calicem, aut in aliquo Calice vel vase mundo consecrato eas ponit retro post Calicem, & alia Patena cooperit.

**¶** Collocato calice in altari, accedit ad cornu Epistolæ, Missale super cussino aperit, reperit Missam, & signacula suis locis accommodat. Deinde rediens ad medium Altaris, facta primum Cruci reuerentia, descendit ad gradum infimum Altaris, pro Missa inchoanda.

**¶** IN Missa sollempni, Calix, Missale & alia necessaria preparantur, antequam Sacerdos veniat ad Altare. Ipse autem procedit cum ministris: & cum peruenerint ad infimum gradum Altaris, ibi medius inter Diaconum à dextris, & Subdiaconum à sinistris, antequam ascendat ad Altare, facit cum ipsis (vt infra) confessionem.

**¶** IN Missa Pontificali omnia seruentur, vt in Pontificali, & Ceremoniali Romano ordinatur: cuius Pontificalis ordinē Episcopus nunquam prætermittat, quodcumq; cum Diacono, & Subdiacono paratis celebrat.

### De principio Missæ, & Confessione facienda.

**S**ACERDOS quam primum descenderit ad infimum gradum Altaris, conuertit se ad ipsum Altare, vbi stans ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius Cruci vel Altari reuerentia, erectus incipit Missam.

**¶** SI autem celebraturus sit coram Summo Pontifice, sistit se in infimo gradu Altaris à cornu Euangelij, ante ipsum Pontificem, vbi genuflexus expectat: accepta benedictione erigit se, & stas versus Altare incipit Missam.

**¶** SI autem sit coram Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo vel Episcopo in eorum residentiis, vel loco iurisdictionis: stans in infimo gradu à cornu Euangelij, vt supra, expectat: dato signo facit profundam reuerentiam Pralato, & versus ad Altare incipit Missam.



¶ **S**I autem Sollemniter celebrat coram Summo Pontifice, aut alio ex praelatis predictis in Ecclesiis suæ iurisdictionis, stans à sinistris Prælati, facit cum eo confessionem: & alia seruat: vt in Cæremoniali Romano, & in Pontificali ordinatur.

¶ Stans igitur Celebrans in infimo gradu Altaris vt supra, producens manu dextra à fronte ad pectus signū Crucis, dicit intelligibili voce: **In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.** Et postquam id dixerit, non debet aduertere quæcunque in alio Altari celebrarem, etiam si Sacramentū eleuet, sed cōtinuatè prosegui Missam suam vsq; ad finem. Cū se ipsum signat, sinistrā ponit infra pectus; in aliis benedictionibus cū est ad Altare, & se ipsum nō benedicit, sed oblata, vel aliquid aliud, ponit eam super Altari, se ipsum benedicens, vertit ad se palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis iunctis & extensis, à fronte ad pectus, & ab humero sinistro ad dextrum, signum crucis format. Si verò aliis, vel rem aliquam benedicit, paruum digitum vertit ei, cui benedicit, ac benedicendo totam manum dextram extendit; omnibus illius digitis pariter iunctis & extensis: quod in omni benedictione obseruatur.

¶ **P**OST QUAM dixerit, **In nomine patris**, &c. vt supra: iungit manus ante pectus; pronuncians clara voce Añam. **Introibo ad Altare Dei.** Minister retro post eum ad sinistram genuflexus, & in Missa sollemni ministri hinc inde stantes, proseguuntur, **Ad Deum, qui latificat iuuentutem meam.** Deinde Sacerdos eodem modo stans incipit & proseguitur cum ministro vel mini-

stris alternatim Psalmum, **Iudica me Deus**, vsque ad finem, cum **Gloria patri.** Quo finito, repetit Antiphonam, **Introibo** cum ministris, vt supra. Qui Psalmus nunquam prætermittitur, nisi in Missis defunctorum, & in Missis de tempore à Dominica Passionis inclusiue vsque ad Sabbathum sanctum exclusiue: in quibus semel tantum dicta Antiphona, **Introibo** cum ministris, vt supra, Sacerdos statim subiungit Versum. **Adiutorium nostrum**, &c. vt infra. Cū in fine Psalmi dicit, **Gloria patri** &c. caput cruci inclinat. Repetita Antiphona, **Introibo**, dextra manu producens signū crucis à fronte ad pectus, dicit **Ÿ. Adiutorium nostrum in nomine Domini.** **Be.** **Qui fecit cælum & terram.** Deinde caput, seque profundè Altari inclinās, dicit, **Cōfiteor Deo**, vt in Ordinario. Et proseguitur eodem modo stans inclinatus, donec à ministro, vel ministris dictum sit, **Misereatur**; Cū incipitur à ministris, **Confiteor**, se erigit. Cū dicit, **mea culpa**, ter pectus dextra manu percutit.

¶ **S**i est coram Pontifice, & Cardinali in loco sui Tituli seu Cardinalatus, & coram Legato sedis Apostolicæ, Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo in eorum Prouincia, Ciuitate vel Diocesi constitutis: vbi dicit, **Vobis fratres: dicat, Tibi pater, similiter in fine, vbi dicit, Vos fratres dicat, Te pater.** quod dicens, summo Pontifici genuflectit, aliis Prælati profundè inclinat. Cū ministri, & qui intersunt (etiam si ibi fuerit summus Pontifex) respondent **Confiteor: dicunt Tibi pater, & Te pater.**

¶ **F**ACTA à circumstantibus confessione, Celebrans stans respondet:



## Ritus celebrandi

**Misereatur vestri** &c. Deinde producens manu dextra à fronte ad pectus signum Crucis, dicit **Indulgentiam**, &c. & stans capite inclinato prosequitur: **Deus tu conuersus**, & quæ sequuntur in Ordinario, clara voce vsque ad Orationem, **Aufer à nobis**, &c. quam dicit secretò.

*Et tunc si coram summo Pontifice aut aliis Prælatiſ, vt ſuprà, celebret: facta ſummo Pontifici genuflexione, aliis Prælatiſ profunda reuerentia, accedit ad infimum gradum ante medium Altariſ: & ibi dicit, Aufer à nobis, &c. vt ſuprà.*

### De Introitu, Kyrie eleiſon, & Gloria in exceliſis.

**D**ICTO **Aufer à nobis**, &c. Celebrans iunctis manibus accedit ad medium Altariſ: vbi stans capite inclinato, & iunctis manibus super Altare positis, ita vt digiti parui dumtaxat frontem seu medium anterioris partiſ tabulæ seu menſæ Altariſ tangant, reſiduo manuum inter Altare & ſe retento, pollice dextro super ſiniſtrum in modum cruciſ poſito (quod ſemper obſeruetur cum manus iunctæ super Altare ponuntur) ſecretò dicit, **Oraſus te Domine**, &c. Quo dicto, oſculatur Altare, in medio, manibus extenſiſ hinc inde super Altare poſitiſ: (quod in omni deoſcultatione Altariſ ſeruetur) ſed poſt conſecrationem polliceſ ab indicibuſ non diſiunguntur. Oſculato Altariſ accedit ad cornu ſiniſtrum Altariſ, id eſt, Epistolæ: vbi stans verſus Altare, & producens à fronte ad pectus ſignum cruciſ, incipit intelligibili voce, Introitum Miſſæ: & proſequitur iunctiſ manibuſ. Cum repetit Introitum, non ſignat ſe vt

prius: & eo repetito iunctiſ manibuſ ante pectus accedit ad medium Altariſ, vbi stans verſus illud ſimiliter manibuſ iunctiſ, dicit ſimili voce ter, **Kyrie eleiſon** ter, **Chriſte eleiſon**: & iterum ter, **Kyrie eleiſon**. alternatim cū miniſtriſ. Si miniſter, vel qui interſunt Celebrati, non reſpondeant: ipſe ſolus nouies dicit. Dicto vltimo **Kyrie eleiſon**: Sacerdoſ ibidem vt prius stans, & manus extendens, eleuansq; & iungẽſ, voce prædicta incipit, ſi dicendum ſit, **Gloria in exceliſis**: cum dicit, **Deo**, caput cruci inclinat: quo erecto stans iunctiſ manibuſ, vt prius, proſequitur vsque ad finem.

Cum dicit: **Adoraſus te, Gratiaſ agiſus tibi, Ieſu Chriſte**: **Suſcipe deprecationem noſtram**: & iterum **Ieſu Chriſte**: caput cruci inclinat. Cum dicit in fine: **Cum ſancto ſpiritu**, ſeipſum à fronte ad pectus ſignat: interim perficiens, **In gloria Dei patriſ, Amen**.

**I**N Miſſa ſollemni ſacerdoſ facta Confeſſione aſcendit cum miniſtriſ ad Altare: quo per eum oſculato, ponit incenſum in thuribulo, miniſtrante Diacono nauiculam, & thuriferario thuribulum. Antequam ponat incenſum, illud benedicit, dicens: **Ab illo benedicariſ, &c.** Poſtea Diaconuſ reddita nauicula thuriferario, accipit ab eo thuribulum, & dat celebranti, oſculata priuſ eiſ manu: qui facta cruci reuerentia, eam ter incenſat, deinde reliquias, ſi aſint, primò quæ à dextriſ ſunt, deinde quæ à ſiniſtriſ, cuique biſ ducens thuribulum, poſtea imagineſ, vel earum loco candelabra ſemel ſinguliſ thuribulum ducens, primùm à cornu Epistolæ, & illiſ poſtremam partem inferioreſ altariſ, deinde ſuperioreſ, ſcilicet tabulam altariſ, & procedens ante crucẽ, facta ei reuerentia

incen-



*incensat alias imagines seu candelabra in cornu Euangelij, & illius postremam partē altaris inferiorem & superiorem tabulæ: deinde totam anteriorem vsque ad extremum altaris in cornu Epistolæ, facta cruci reuerentia, cum ante eam transit: & reddito thuribulo ipsi Diacono, ab eo ipse solus incensatur. Deinde, cum illis, Diacono à dextris celebrantis, Subdiacono à dextris Diaconi stantibus, prosequitur **Introitum** & **Kyrie eleison**. Cum verò intonat hymnū, **Gloria in excelsis**. Diaconus & Subdiaconus, vnus post alium, stant à tergo Celebrantis: postea ascendunt ad altare, & hinc inde cum Celebrante hymnum submissa voce prosequuntur vsque ad finem.*

**De Oratione.**

**D**ICITUR Hymno **Gloria in excelsis**, vel si non sit dicendus, eo omisso: Celebrans osculatur Altare in medio, manibus hinc inde super illo vt supra extensis: tum iunctis ante pectus manibus, demissis ad terram oculis, vertit se ad manū sinistram, hoc est, ad latus dextrum versus populū: & extendens ac iungens manus ante pectus vt prius, dicit voce prædicta, **Dominus vobiscum**. **R.** **Et cum spiritu tuo**. Iunctis vt prius manibus reuertitur per eandē viam ad librum: vbi extendens & iungens ante pectus manus, caputq; cruci inclinans, dicit **Oremus**: tum extendit manus ante pectus, ita vt palma vnus manus respiciat alteram, & digitis simul iunctis, quorum summitas humerorū altitudinem distantiamq; nō excedat: quod in omni extensione manū ante pectus seruetur. Stans autē vt supra extensis manibus, dicit **Orationem**. Cū dicit, **Per Dñm nostrum**, iungit manus.

Si aliter concluditur Oratio: Qui tecū, vel, **Qui viuus**. Cū dicit, **in vnitatē** iungit manus. Cū nominatur nomen **Iesus**, caput versus crucem inclinat. Cū in Oratione nominatur nomen beatæ Mariæ, vel Sanctorum, de quibus dicitur Missa, vel fit Commemoratio, item in Oratione pro Papa, quando nominatur, caput inclinat. Si plures Orationes sunt dicendæ, idem in eis in voce, extensione manuum, & capitis inclinatione, quod supra dictum est, obseruetur. Si Altare sit ad orientem versus populum, Celebrans versa facie ad populum, non vertit humeros ad altare, cū diciturus est: **Dominus vobiscum**, **Ora te fratres**: **Ite Missa est** vel daturus benedictionem: sed osculato Altari in medio, ibi expansis & iunctis manibus vt supra, salutatur populum.

¶ **I**N Quatuor Temporibus, vel aliās quando dicendæ sunt plures Orationes cum Prophetiis, dicto **Kyrie eleison** in medio Altaris, reuertitur ad cornu Epistolæ: vbi stans ante librum extensis & iunctis ante pectus manibus, & caput cruci inclinans, dicit **Oremus**, **Flectamus genua**. & illico manibus super Altare extensis: vt se ipsum ad Altare sustineat, genuflectit, & sine mora surgēs, eadem voce dicitur à ministro, **Leuate**: & manibus extensis dicit Orationem, vt supra, & in conclusione iungit. Dum autem legit Prophetiam, manus tenet super librum vel Altare positas.

¶ **I**N Missa sollempni cū dicitur, **Dominus vobiscum**, & **Ora te**, Diaconus & Subdiaconus stant retro post Celebrantem. **Flectamus genua**, dicitur à Diacono: à Subdiacono verò **Leuate**. illo primum genu-



*nuflectente, hoc primum surgente.*

*De Epistola, Graduali, & aliis  
vsque ad Offertorium.*

**D**IETIS Orationibus, Celebrans positus super librum vel super Altare manibus, ita vt palmę librum tangant, vel (vt placuerit) librum teneus, legit *Epistolam* intelligibili voce.

¶ *SI sollemniter celebret, legat demissa voce cum Ministris: similiter Graduale & Euangelium.*

¶ **L**ECTA Epistola, respondetur à Ministris, *Deo gratias:* & similiter stans vt prius, prosequitur *Graduale, Alleluia, & Tractū, ac Sequentiam*, si dicēda sint. Quibus dictis, Celebrans si priuatim celebret, ipsemet seu minister portat librum Missalis ad alteram partē Altaris in cornu Euangelij: & dum transit ante mediū Altaris, caput cruci inclinet: & Missale sic locat, vt posterior pars libri respiciat ipsum cornu Altaris, & nō ad parietē siue ad partē eius cōtra se directā. Locato Missali in altari, Celebrans redit ad mediū Altaris, & ibi stans profundē inclinatus, iunctis manibus ante pectus, leuatisq; ad Deū oculis, secretē dicit, *Mūda cor meū: & Dūs sit in corde meo: & Iube Domne*, vt in ordinario.

¶ **Q**UIBUS dictis, vadit ad librum Missalis, vbi stans versus illum iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce, *Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo* Deinde pollice dextrę manus signo crucis signat, primò librum super principio Euangelij, quod est dicturus: postea seipsum in fronte, ore, & pectore, dicens *Sequentia, vel Initiū S. Euangelij &c. R. Gloriatibi Domine.* Tum iunctis iterum, vt prius, manibus,

stans vt suprā, prosequitur *Euāgelium* vsque ad finem. Quo finito, Ministri respondent, *Laus tibi Christe, & Celebrans eleuās parumper librum, osculatur Euangeliū, dicens, Per Euangelica dicta deleantur nostra delicta*, præterquā in Missis Defunctorum, in quibus nō osculatur: & nisi celebret coram summo Pontifice, aut Cardinali, vel coram Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorū residētiis: quo casu defertur cui libet prædictorū osculandus liber, & ipse Celebrans tunc non osculatur.

¶ **D**ICTO Euangelio stans in medio Altaris versus crucem, eleuans, & iungens manus, caputq; cruci inclinans, incipit (si dicendum sit) *Credo*. Cū dicit, *in vnum Deum*, caput cruci inclinat: quo erecto stans ibidem iunctis ante pectus manibus, vt prius, prosequitur vsque ad finem. Cū dicit, *Iesum Christū*, caput cruci inclinat. Cū dicit, *Et incarnatus est*, vsq; ad *homo factus est*, inclusiuē, genuflectit. Cū dicit, *Et vitā vēturi seculi, Amē*, producit sibi manu dextra signū crucis à frōte ad pectus.

¶ **I**N Missa sollemni Subdiaconus circa finē vltimę Orationis, accipit ambabus manibus librum Epistolarum, deferens illum supra pectus: & facta Altari genuflexione in medio, vadit à parte Epistolę contra Altarē, & legit Epistolam: qua lecta, redit ad Celebrantē, osculatur eius manum, & ab eo benedicitur, præterquam in Missis Defunctorum.

¶ **D**EINDE idem Subdiaconus accipit Missale Celebrantis, defert ad cornu Euangelij in Altare, ibi ministrans Celebranti: qui lecto Euangelio, & per Diaconum delato libro Euangeliorum ad Altare, imponit incensum in thuribulum. Deinde Diaconus dicit,

Mun-



**Munda cor meum**, genuflexus ante Altare: accepto libro Euangeliorum de Altari, & benedictione à Celebrante, osculataque illius manu, vadit cum Subdiacono à sinistris ad locum Euangelij contra Altare versus populum, vbi Subdiacono librum tenente, medio inter duos Acoluthos tenentes candela-bra accensa, dicit, **Dominus vobiscum**, iunctis manibus. Cum dicit, **Sequentia**, &c. signat librum, frontem, os & pectus: Postea ter librum incensat, hoc est, in medio, à dextris, & à sinistris: & prosequitur Euangelium iunctis manibus. Interim Celebrans stat iunctis manibus à cornu Epistolæ versus Euangelium. Quo finito, osculatur Sacerdos librum à Subdiacono sibi delatum, dicendo: **Per euangelica dicta delcantur nostra delicta.** & à Diacono ter incensatur. Si sit coram Prælato in sua residentia, liber deferatur ad Prælatum, vt supra: & ille incensatur, vt in Pontificali. Postea stans in medio Altaris versus crucem, incipit (si dicendum sit) **Symbolum**, stantibus post eum Diacono & Subdiacono: deinde ad Altare accedentibus, & cum eo prosequentibus, vt dictum est ad **Gloria in excelsis.**

¶ **S**I quandoque Celebrans cantat Missam sine Diacono & Subdiacono, **Epistolam** cantat aliquis Lector super pelliceo indutus, qui in fine non osculatur manum Celebrantis. **Euangelium** autem cantat ipse Celebrans ad cornu Euangelij: qui & in fine Missæ cantat, **Ite Missa est: vel Benedicamus Domino: pro temporis diuersitate.**

De Offertorio, & aliis vsque ad Canonem.

**D**ICTO Symbolo, vel, si non sit dicendum, dicto Euangelio, Celebrans osculatur Altare in medio, &

iunctis manibus ante pectus, ibidem à manu sinistra ad dextram, vertit se ad populum, & extendens ac iungens manus, dicit, **Dominus vobiscum:** & iunctis manibus reuertitur per eandem viam ad medium Altaris, vbi extendens & iungens manus, caputque cruci inclinans, dicit, **Oremus:** tū iunctis, vt prius manibus, dicit **Offertorium:** & omnia quæ vsque ad finem Missæ in medio Altaris dicenda sunt, dicit ibidem stās versus ad Altare, nisi vbi aliter ordinatur.

¶ **D**ICTO Offertorio, discooperit calicē, & ad cornu Epistolæ sistit, & amota parua Palla desuper Hostiā, accipit Patenam cū Hostia, & ambabus manib⁹ vsq; ad pectus eā eleuatam tenens, oculis eleuatis ad Deū dicit, **Suscipe sancte Pater,** &c. Si fuerint aliæ Hostiæ nō super Patenam, sed super Corporale, vel in alio vase pro Cōmunionem populi consecranda, calicē illum seu vas dextra discooperit, & intentionem suam etiā ad illas offerendas & cōsecrandas dirigēs, dicit vt supra, **Suscipe,** &c. vt in Ordinario. Quo dicto, faciens signum crucis cum dicta Patena, ponit Hostiam super Corporale circa medium anterioris partis Corporalis ante se, & Patenam ad manum dextram aliquantulum subtus Corporale. Si autem adsit vas seu calix cum aliis Hostiis, cooperit Patena ipsa.

¶ **D**E I N D E accipit calicem, purificatorio extergit: & accipiens ampullam vini de manu ministri, ponit vinum in calicem: Deinde producit signum crucis super ampullā aquæ, & dicit, **Deus, qui humanæ substantiæ:** imponens parum aquæ in calice prosequitur, **da no-**



**bis per huius aquæ & vini mysterium.**

¶ **S**I verò celebrat pro defunctis, non facit signū Crucis super aquam, sed imponit, absque benedictione, dicens Orationem vt suprā. Imposita aqua in calice, & finita Oratione prædicta, accipit calicem discoopertum: & stans ante medium Altaris, ipsum ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet, cum sinistra pedē, cum dextra autē nodum infra cuppam, intentis ad Deum oculis offert, dicens, **Offerimus tibi Domine,** &c. qua Oratione dicta, facit signum crucis cum calice super Corporale, & ipsum in medio post Hostiam collocat, & Palla cooperit. Deinde iunctis manibus super Altare positis, capite inclinato dicit secretò: **In spiritu humilitatis,** &c. Postea eleuās oculos, manusq; expandens, & statim iungens ante pectus (quod semper facit quando aliquid est benedicturus) dicit: **Veni sanctificator,** &c. Cū dicit: & **benedic.** signat manu dextra communiter super Hostiam & Calicem.

¶ **T**V N C iunctis ante pectus manibus, accedit ad cornu Epistolæ, vbi stās ministro aquam fundente lauat manus, id est, extremitates digitorum pollicis, & indicis, dicens Psalmum, **Lauabo inter innocentes, cum Gloria patri** &c. qui versus, **Gloria patri,** prætermittitur in Missis Defunctorum, & in Missis à Dominica de Passione vsque ad Sabbathum sanctum exclusiue.

¶ **I**N Missa sollempni dicto **Oremus,** Diaconus & Subdiaconus accedunt ad altare à cornu Epistolæ. Diaconus amouet. calicem, detegit, dat Patenam cum Hostia Celebranti: Subdiaconus extergit calicē purificatorio.

Diaconus imponit vinum: Subdiaconus interim ampullam aquæ ostendens Celebranti dicit, **Benedicite pater reuerende: qui factò versus eam signo crucis, dicit Orationem, Deus qui humana.** &c. interim Subdiaconus infundit paulum aquæ in calicē, Diaconus illum Celebranti dat, & pedem calicis tangens, seu brachium dextrum Celebrantis sustentans, cum eo dicit, **Offerimus tibi Domine,** &c. Postea positum in Altari vt suprā, Palla cooperit. Subdiacono deinde ponit in dextra manu Patenā, quā cooperit extremitate veli ab eius humero pendētis: qui vadit post Celebrantem ante Altaris, & ibi stat in loco conuenienti. Dictò, **Veni sanctificator,** vt suprā, Celebrans ponit incensum in thuribulū, ministrante Diacono nauiculā, dicēs: **Per intercessionē,** &c. vt in Ordinario. Deinde accepto thuribulo per manum Diaconi incensat oblata, ter ducens thuribulum super Calicem & Hostiam simul in modum Crucis: & ter circum Calicem, & Hostiam, scilicet bis à dextra ad sinistrā, & semel à sinistra ad dextram, dispensans verba in qualibet incensatione, hoc modo. In prima incensatione, **Incensum illud In secunda, à te benedictū In tertia, ascendat ad te Domine In quarta, & descendat supernos, In quinta, & sexta, misericordia tua Deinde incensat Altare vt suprā, dicens, Dirigatur Domine oratio mea,** &c. vt in Ordinario. Et incensatur ipse, vt suprā. Postea Diaconus incensat Chorum, & postremo Subdiaconum tenentem patenam: & ipse Diaconus incensatur à thuriferario, & thuriferarius postea incensat populum.

¶ Celebrans lotis manibus eas tergit, & illis ante pectus iunctis, reuertitur, ad medium Altaris, vbi stans, oculosque ad Deum eleuans, & statim demittens,



mittens, manibus iunctis super Altare, capiteque inclinato, dicit secretè: *Suscipe sancta Trinitas, &c.* Quo dicto, manibus hinc inde extensis, & super Altare positis, osculatur Altare in medio, tum iunctis manibus ante pectus, demissisque oculis ad terram, à sinistra manu ad dextram vertit se ad populū, & versus eum extendens & iungens manus, dicit voce aliquantulum eleuata: *Orate fratres, & secretè prosequens, vt meum ac vestrum sacrificium, &c.* perficit circulum, reuertens iunctis manibus ante pectus à manu dextra ad medium Altaris. Et responso à ministris vel circumstantibus, *Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis, &c.* alioquin per seipsum, dicens, *Sacrificium de manibus meis:* ipse Celebrans manibus ante pectus extensis, vt fit ad Orationem, stans in medio altaris versus librum dicit absolute sine alia interpositione Orationem, vel Orationes secretas. cum dicit, *Per Dominum* iungit manus. cum dicit, *Iesum Christum*, caput inclinat: quod facit in prima Oratione, & in vltima, si plures sint dicendæ.

¶ Peruento autem in conclusione vltimæ Secretæ ad verba illa, *Per omnia sæcula sæculorum*, exclusiue: Celebrans stans in medio Altaris, depositis super eo manibus hinc inde extensis, dicit conuenienti & intelligibili voce *Præfationem*. Cum dicit, *Sursum corda* eleuat manus hinc inde extensas vsque ad pectus. Cum dicit, *Gratias agamus Domino*, iungit manus: cum dicit, *Deo nostro*, cruci caput inclinat. Responso, *Dignum & iustum est. ele-*

uatis & extensis vt prius manibus, prosequitur *Præfationem* propriam, vel communem, vt tempus requirit.

¶ Cum dicit, *Sanctus*, iunctis ante pectus manib⁹, & inclinatus voce mediocri prosequitur. Cum dicit, *Benedictus qui venit in nomine Dñi*, &c. signum crucis sibi producit à fronte ad pectus.

¶ *IN Missa sollemni cum dicitur Præfatio Diaconus & Subdiaconus stant retro post Celebrantem: & paulò antequam dicatur Sanctus, accedunt ad altare: vbi cum Celebrante hinc inde dicunt, Sanctus, & quæ sequuntur, vsque ad Canonem. Deinde Diaconus accedit ad sinistram Celebrantis, ei assistens dum dicitur Canon, nisi alius Sacerdos assistat: Subdiaconus verò tunc stat post Celebrantem.*

*De Canone Missæ vsq; ad Cōsecrationē.*

**F**INITA Præfatione, vt suprà, Celebrans manibus iunctis super Altare positis stans ante medium Altaris versus ad illud, eleuatis oculis ad Deū & sine mora demissis, profundè inclinatus incipit *Canonem*, secretè dicens: *Te igitur* &c. vt in Ordinario. Cum dicit, *vti accepta habeas & benedicas*, prius osculatur ante se altare: deinde erigit se, & stat iunctis manib⁹ ante pectus. Cum dicit, *Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia* dextra manu ter signat communiter super Hostiā & Calicem. Deinde extensis manibus ante pectus prosequitur, *In primis quæ tibi offerimus &c.* Vbi dicit, *vnà cum famulo tuo Papa nostro N.* exprimit nomen Papæ. Sedè autem vacante, verba prædicta omittuntur. Vbi dicitur, *& antistite nostro N* specificatur nomen Patriarchæ, Archiepiscopi, vel Episcopi



ordinarij in propria Diocesi: qui si est vita functus, prædicta verba omittuntur. Si Celebrans est Episcopus, Archiepiscopus, vel Patriarcha, omissis prædictis verbis, eorū loco dicit: **Et me indigno seruo tuo** Si verò Celebrans est Papa, omissis verbis, **vnà cum famulo tuo Papa nostro N. & Antistite nostro N.** dicit, **Vnà cū me indigno famulo tuo, quem gregi tuo præesse voluisti.** Et continuant omnes vt sequitur: **Et omnibus orthodoxis &c.**

¶ Cū dicit, **Memento Dñe,** eleuans & iungens manus vsq; ad faciē vel pectus, sicut iunctis manibus, stat paulisper in quiete, demisso aliquantulum capite, faciens commemorationē viuorū Christi fidelium ad suā voluntatē, quorum nomina, si vult, secretè cōmemoret: nō tamē necesse est ea exprimere, sed mente tantū eorum memoriā habeat. Potest etiā Celebrans, si pro pluribus orare intēdit, ne circumstātibus sit morosus, ante Missam in animo proponere sibi oēs illos tā viuos, quā defunctos, pro quib' in ipsa Missa orare intendit, & hoc loco generaliter vnico cōtextu ipsorū viuorū commemorationem agere, pro quibus ante Missam orare proposuit in Missa.

¶ **COMMEMORATIONE** viuorum facta, demissis & extensis, vt prius, manibus, cōtinuat, & **omnium circumstantium, &c.** Similiter stans prosequitur, **Cōmunicantes.** Cū dicit, **Iesu Christi,** caput cruci inclinatur: in conclusione quando dicit: **Per eundē** iungit manus. Cū dicit, **Hanc igitur oblationē,** extendit manus simul super oblata, ita vt palmæ sint apertæ versus ac suprā calicem & hostiā, quas sic tenet vsq; ad illa

verba, **Per Christum Dñm,** iungēs manus prosequitur, **Quam oblationem tu Deus in omnibus quæsumus: & cū dicit, Benedictam, ascriptam, ratam:** communiter signat ter super hostiā, & calicē simul. Deinde cū dicit, **vt nobis corpus,** separatim signat semel super hostiā tantum: & cū dicit, **& sanguis,** semel super calicē tantum: deinde eleuans & iungens manus ante pectus, prosequitur, **fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi** inclinans caput cruci, si opus fuerit, extergit pollices & indices super corporale, & dicit secretè, vt prius, **Qui pridie quā pateretur:** & accipiēs pollice & indice dextræ manus Hostiam: & eam cum illis, ac indice & pollice sinistrae manus tenēs, stans erectus ante medium Altaris, dicit, **Accipit panem in sanctas ac venerabiles manus suas** eleuansq; ad cælum oculos, & statim demittens, dicit, **& eleuatis oculis in cælum ad te Deu patrem suū omnipotentem,** caputq; aliquantulum inclinans, dicit, **Tibi gratias agens:** & tenens Hostiam inter pollicē & indicem sinistrae manus, dextra producit signū crucis super eam dicens, **benedixit, fregit, deditq; discipulis tuis, dicens, Accipite, & māducate ex hoc omnes.** Si adsit vas cum aliis hostiis consecrandis, discooperit manu dextra calicē, seu vas aliarum Hostiarū: & cubitis super Altare positis, stans capite inclinato, distinctè, reuerēter, & secretè profert verba consecrationis super Hostiam, & simul super omnes, si plures sint consecrandæ: & Hostiam suam pollicibus & indicibus tantum tenens, attentè, deuotè, & continuatè profert verba cōsecratio-



crationis, *Hoc est enim corpus meum.*

¶ **Q**U I B V S prolatis, Celebrans tenēs Hostiam inter pollices & indices prædictos super Altare, reliquis manuū digitis extensis & simul iunctis (& Hostiis, si plures sint consecrata, in loco, in quo à principio Missæ sunt positæ, super corporali, vel alio vase vel calice dimissis) genuflexus eā adorat. Tunc se erigens, quanū cōmodè potest, eleuat in altum Hostiam, & intētis in eam oculis (quod & in eleuatione calicis facit) populo reuerenter ostendit adorandam: & mox ipsam reuerēter super corporale reponit in eodem loco, vnde eam leuauit. & deinceps pollices & indices nō disiungit, nisi quando Hostiam consecratam tangere vel tractare debet, vsq; ad ablutionem digitorum post communionem. Reposita Hostia cōsecrata super corporali, genuflexus vsque ad terram, ipsam veneratur: si adsit vas aliarū Hostiarū, Patena cooperit. Interim dū Celebrans eleuat Hostiā, accenso prius intorticio, Minister manu sinistra eleuat fimbrias posteriores Planete, ne ipsum Celebrantem impediatur in eleuatione brachiorum: quod & facit in eleuatione calicis.

¶ Celebrans adorato Sacramento, surgit, & discooperit calicem, in quem, si opus sit, extergit digitos, quod semper faciat, cum aliquod fragmentū digitis adhæreat: & stans erectus dicit, *Simili modo postquā cenatum est:* & ambabus manibus accipiens calicē iuxta nodum infra cuppā, aliquantulumq; eleuans, & statim deponens, dicit *accipiēs & hunc præclarū calicem,* &c. cum dicit, *benedixit,* sinistra calicē infra cuppam tenens, dextra signat super eum, &

prosequens, *deditq; discipulis suis,* &c. ambabus manibus tenens calicē, videlicet sinistra pedem, dextra nodū infra cuppam, cubitis super Altare positis, & capite inclinato, profert secretè & deuotè, vt supra, verba consecrationis sanguinis, *Hic est enim calix,* &c.

¶ **Q**U I B V S dictis, reponit calicē super corporale: & genuflexus Sanguinē reuerenter adorat. Tūc se erigit, & accipiens calicē discoopertū cum Sanguine ambabus manibus, vt prius, eleuat eū, & erectū, quātum cōmodè potest, ostēdit populo adorandū, dicens: *Hæc quotiescunque feceritis,* &c. mox ipsum reuerenter reponit super corporale in locū pristinū, & manu dextra Palla cooperit, ac genuflexus Sacramētum veneratur.

¶ **I**n Missa sollempni cum Celebrans dicit, *Quam oblationem* &c. Diaconus accedit ad dextram Celebrantis, & ibi in superiori gradu Altaris genuflexus, cum Sacramentum eleuatur, fimbrias Planete eleuat, & quando opus est, se erigens, calicem cooperit & discooperit, & cum Celebrante genuflectit. Reposito calice Diaconus redit ad librum, nisi alius assistat.

*De Canone post Consecrationem vsq; ad Orationem Dominicam.*

**R**EPOSITO calice, & adorato, Celebrans stans ante Altare, extēsis manib⁹ ante pectus, dicit secretò, *Vnde & memores,* &c. iūgit manus ante pectus. & cum dicit, *Hostiam puram* &c. manu dextra signat ter cōmuniter super Hostiā & calicē, & semel super Hostiam tantum, & semel super calicē tantum, dicēs, *Panē sanctū vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ,* deinde stans, vt prius, extēsis manibus prosequitur,

suprà



suprà quæ propitio &c. Cum dicit *Supplices te rogamus*, &c. inclinatur ante medium Altaris, manibus iunctis super illo positus: cum dicit, *ex hac Altaris participatione* osculatur Altare: cum dicit, *sacrosanctum filij tui*, iungit manus, & manu dextra signat semel super Hostiam tantum & semel super Calicem, dicens, *Corpus & Sanguinem sumpserimus & cum dicit, omni benedictione cælesti*, seipsum signat à fronte ad pectus signo Crucis. Cum dicit, *Per eundem*, iungit manus.

¶ *Cum dicit, Memento Domine famulorum, famularumque tuarum, qui nos præcesserunt* &c. statim extensis & iunctis manibus ante pectus, vel usque ad faciem eleuatis, & intentis oculis ad Sacramentum super Altare, facit commemorationem fidelium defunctorum, de quibus sibi videtur, eodem modo, ut dictum est de Commemoratione uiuorum. Qua commemoratione facta, stans ut prius, extensis manibus prosequitur, *ipsis Domine, & omnibus in Christo* &c. & in fine ad, *Per eundem*, caput inclinatur. Cum dicit, *Nobis quoque peccatoribus*, vocem aliquantulum eleuat, & dextra manu pectus sibi percutit; & prosequitur, *famulis tuis, & cetera*, stans ut prius.

¶ *Cum dicit, Per Christum Dominum nostrum: per quem hæc omnia Domine semper bona creas*, iungit manus ante pectus: deinde manu dextra ter signans communiter super Hostiam & calicem, dicit, *Sanctificas, viuificas, benedixisti, & præstas nobis* Postea discooperit manu dextra Calicem, & genuflexus reuerentiam facit Sacramento: tum se eri-

git, & reuerenter accipit Hostiam inter pollicem & indicem dextræ manus, & cum ea super Calicem, quem manu sinistra tenet circa nodum infra cuppam, signatur à labio ad labium, dicens, *Per ipsum, & cum ipso, & in ipso*. Et cum Hostiis inter se & calicem à labio calicis incipiens signatur dicens *est tibi Deo patri omnipotenti, in unitate Spiritus sancti*. Deinde tenens manu dextra Hostiam super Calicem, sinistra calicem; eleuat eam aliquantulum simul cum calice, dicens *Omnis honor & gloria* & statim utrumque deponens, Hostiam collocat super Corporali: & digitos, si fragmentum aliquod illis adhæreat, extergit in calice (quod semper, si opus sit, faciat, cum Hostiam sacram tetigit) ac pollices & indices ut prius iungens, calicem palla cooperit, & genuflexus usque ad terram, Sacramentum veneratur.

¶ *In Missa sollemni cum Celebrans dicit, Per quem hæc omnia* &c. Diaconus facta Sacramento genuflexione, accedit ad dextram Celebrantis, & quando opus est, discooperit calicem, & cum Celebrante adoratur: similiter cooperit, & iterum genuflectit. Postea vadit retro post Celebrantem, ubi statim dicitur Oratio Dominica.

*De Oratione Dominica, & aliis usque ad factam Communionem.*

**C**ÉLEBRANS cooperto adoratoque calice erigit se, & more solito manibus extensis hinc inde super Altare positus, dicit intelligibili voce: *Per omnia sæcula sæculorum*, &c. Cum dicit, *Oremus*, iungit manus, caput Sacramento inclinans. Cum incipit *Pater noster*, extendit manus, & stans oculis ad Sacramentum intentis prosequitur usque ad



que ad finem. Respōso à ministro, **Sed libera nos à malo**, & à celebrante, **Amen**, manu dextra, pollice & indice nō disiunctis, Patenam accipit inter indicem & medium digitos, quam tenens super Altare erectam, dicit secretè, **Libera nos quæsumus**, &c.

**¶** IN Missa sollemni cū in Oratione Dominica dicitur, **Et dimitte nobis debita nostra**, Diaconus retro post Celebrantem facta Altari genuflexione vadit ad dextram Celebrantis, & Subdiaconus circa finem Orationis Dominica, reuertitur ad Altare, & offert Patenam Diacono, qui eam discooperit, & dat Celebranti, osculans eius manum, discooperitque & cooperit calicem quando opus est, simul cum Celebrante genuflectens. Antequam Celebrans dicat, **Da propitius pacem**, eleuet manu dextra Patenam de Altari, & seipsum cum ea signat à fronte ad pectus: & dicens, **Da propitius pacem in diebus nostris**, Patenam ipsam osculatur: & prosequens, **vt ope misericordix tuæ**, &c. submittit Patenam Hostiæ, quam indice sinistro accommodat super Patenam, discooperit calicem, & genuflexus in terra Sacramentum adorat: tum se erigens accipit Hostiam inter pollicem & indicem dextræ manus, & cum illis, ac pollice & indice sinistræ manus eam super calicem tenens reuerenter frangit per medium dicens, **Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum**: & mediā partem, quam inter pollicem & indicem dextræ manus tenet, ponit super Patenam: de alia media quam sinistra manu tenet, frangit cū pollice & indice dextræ manus particulam, prosequens, **Qui tecum. viuit & regnat**, quam inter ipsos

dextræ manus pollicem & indicem retinens, partem maiorem quam sinistra tenet, adiungit mediæ super Patenam positæ, interim dicens, **in vnitate Spiritus sancti Deus**. Et particulam Hostiæ, quam in dextra manu retinuit, tenens super calicem, quæ sinistra per nodum infra cuppam retinet, intelligibili voce dicit, **Per omnia sæcula sæculorum**. &c. **Amen**. Ipsa particula signanter à labio ad labium calicis dicit, **Pax Domini sit semper vobiscum**. Responso per ministros, **Et cum spiritu tuo**, particulam quam dextra manu tenet, ponit in Sanguinem, dicens secretè **Hæc cōmissio & consecratio corporis**, &c. Deinde pollices & indices super calicem aliquantulum tergit, & iūgit, calicem Palla cooperit, & genuflexus Sacramentum adorat: surgit, & stans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato versus Sacramentum, dicit intelligibili voce, **Agnus Dei qui tollis peccata mundi**: & dextra percutiens sibi pectus, dicit, **miserere nobis**. quod & tertio facit, cū dicit, **dona nobis pacem**: tunc manibus iunctis super Altare positis, capite inclinato, oculisque ad Sacramentum intentis, dicit secretò: **Domine Iesu Christe**, &c. Qua Oratione finita, si est daturus pacem, osculatur Altare in medio, & ei statim instrumentum pacis porrigatur à Ministro iuxta ipsum ad dextram, hoc est, in cornu Epistolæ, genuflexo, & dicit, **Pax tecum**. Si non adsit qui pacem recipiat à Celebrante, pax non datur, etiam si illius datio Missæ conueniat: nec osculatur Altare, sed dicta præmissa Oratione, statim subiungit alias Orationes, vt in Ordinario.



¶ **S**I verò celebret pro Defunctis, nō percutit pectus ad **Agnus Dei**, quia dicit, **Dona eis requiem**: nec dicit primā Orationem, **Domine Iesu Christe, qui dixisti Apollolis tuis**, &c. non dat patenam, sed dicit alias duas sequentes Orationes, **Domine Iesu Christe, fili Dei viui**, &, **Perceptio corporis tui**.

¶ Quibus Orationibus dictis, genuflectens Sacramentum adorat, & se erigens dicit secretè, **Panem cælestem accipiam**. Quo dicto, dextra manu accipit de patena reuerenter ambas partes Hostiæ, & collocat inter pollicem & indicem sinistræ manus, quibus Patenam inter eundem indicem & medium digitos supponit, & eadem manu sinistra tenens partes huiusmodi super patenam, dextra tribus vicibus percutit pectus suū, interim etiā tribus vicibus dicens voce aliquantulū eleuata, **Dñe, nō sum dignus**; & secretè profequitur, **vt intres**, &c. Quibus tertio dictis, ex sinistra accipit ambas partes prædictas Hostiæ inter pollicem & indicem dextræ manus, & cum illa supra patenam signat seipsum signo crucis, dicens, **Corpus Dñi nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam. Amen**.

¶ Deinde reuerenter easdem ambas partes sumit: quibus sumptis, deponit patenam super corporale; & erigens se iunctis indicibus & pollicibus, ambas quoque manus ante faciem iungit, & aliquantulum quiescit in meditatione sanctissimi Sacramenti.

¶ Deinde depositis manibus dicit secretò, **Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi**; & discooperto calice accipit patenam, & eam di-

ligenter cum pollice & indice dextræ manus super calicem extergit, & ipsos digitos, ne quid fragmentorum in eis remaneat. Si verò ad sint Hostiæ consecratae super corporale posita, pro alio tempore conseruandæ; facta prius genuflexione, reponit eas in vas ad hoc ordinatum: & diligenter aduertat, ne aliquod fragmentum, quantumcumq; minimum, remaneat super corporale: quod, si fuerit, accuratè reponit in calicem. Post extersionem Patenæ iunctis pollicibus & indicibus iterum genuflectit Sacramento: surgit, & calicem dextra manu infra nodum cuppæ accipit: dicens, **Calicem salutaris**, &c. & signans se signo Crucis cum calice, dicit, **Sanguis Domini nostri**, &c. & manu sinistra supponens Patenam calici, stans reuerenter sumit totum Sanguinem cum particula in calice posita.

¶ **Q**UIBVS sumptis, dicit secretè: **Quod ore sumpsimus**; &c. Postea super Altare porrigit calicem ministro ad cornu Epistolæ, quo vinum fundente, se purificat: deinde abluit pollices, & indices super calicem, quos abstergit purificatorio, interim dicens, **Corpus tuum Domine quod sumpsi**; &c. abluitionem sumit, & extergit os, & calicem purificatorio: quo facto, purificatoriū extendit super calicem, & desuper patenam, ac super patena paruam pallam, & cooperit velo; plicat corporale & reponit in Bursam, quam ponit super Calicem, & collocat super Altare, vt prius.

¶ **S**I qui sunt communicandi in Missa, eos communicet, antequam sumat purificationem, & antequam digitos abluat. Quibus cōmunicatis dicit, **Quod**



ore sumpsimus Domine, &c. & deinde se & eos qui communicauerunt, purificās, dicit, **Corpus tuum Domine, quod sumpsi:** & alia facit vt supra.

¶ **I**N Missa Sollemni Diaconus stans retro post Celebrantem, cum in Oratione Dominica dicitur **Et dimitte nobis debita nostra.** facta ibidem genuflexione Altari, vadit ad dextram Celebrantis, & patenam purificatorio abstergens dat Celebranti, illius manum osculando: & quando opus est, discooperit, & cooperit, & cum Celebrante adoratur calicem. Cum dicitur, **Pax Domini,** &c. Subdiaconus retro post Celebrantem facta Altari genuflexione, vadit ad sinistram Celebrantis, & simul dicunt, **Agnus Dei.** deinde facta ibidem Sacramento genuflexione, redit post Celebrantem. Diaconus verò à dextris genuflexus expectat pacem. & cum Celebrans osculatur Altare, ipse se erigens simul osculatur Altare, & à Celebrante complexus accipit pacem, respondens ei, **Et cum Spiritu tuo.** Postea iterum Sacramento in Altari adorato, vertit se ad Subdiaconum retro post Celebrantem: qui similiter à Diacono accepta pace, facta prius Altari genuflexione, comitatus Acolutho vadit ad chorum, & dat similiter pacem primo cuiusque ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis: & reuersus ad Altare, dat pacem Acolutho, qui ipsum comitauerat; qui & alius Acoluthis circa Altare dat pacem: deinde vadit ad dextram Celebrantis, & quando opus est, discooperit calicem, accipit ampullā vini, & infundit quando Celebrans vult purificare.

De Communione, & Orationibus post Communionem dicendis.

**C**ELBRANTE purificato, dum calicē collocat in Altari, liber Missalis defertur per Ministrum ad cornu

Epistolæ, & collocatur, vt in Introitu.

¶ **I**N Missa Sollemni Diaconus defert librum Missalis ad cornu Epistolæ, postea vadit retro post Celebrantem: Subdiaconus verò vadit ad cornu Euangelij, vbi calicem mundat, aptat cum purificatorio, plicat Corporalia, reponit in Bursam, & illam ponit super calicem coopertum velo, quem collocat in Altari, vel super Credentia, vt prius: postea redit ad locum suum retro post Diaconum.

¶ His expeditis, Celebrans stans legit Antiphonam, quæ dicitur **Communio:** qua lecta, iunctis manibus ante pectus, vadit ad medium Altaris; & eo osculato, vertit se ad populum, & dicit, **Domine vobiscum:** redit ad librum, dicit Orationes post Communionem, eisdem modo, numero, & ordine, vt supra dictæ sunt Collectæ.

¶ Quibus dictis, iungens manus ante pectus reuertitur ad medium Altaris, & eo osculato vertit se ad populum, & dicit, vt supra, Dominus vobiscum. Quo dicto stans iunctis manibus ante pectus versus populum dicit, si dicendum est, **Ite Missa est.** Quo dicto, per eandem viam reuertitur ad Altare. Si verò non sit dicendum, dicto **Dominus vobiscum:** reuertitur eodem modo per eandem viam ad medium Altaris: vbi stans versus ad illud iunctis ante pectus manibus, dicit, **Benedicamus Domino.**

¶ **I**N Missis autem defunctorū eodem modo stans dicit, **Requiescant in pace.**

¶ **I**N Missa sollemni hæc omnia eodē modo stans dicit Diaconus: & cum dicit, **Ite Missa est,** Celebrans quoque stat versus populum.

¶ **I**N Quadragesima autem à Feria Quarta Cinerū vsque ad Feriam Quartam maioris Hebdomadæ, in Feriali officio,



officio, postquam Celebrans dixit Orationes post communionem cum suis solitis cōclusionibus, antequam dicat, **Dominus vobiscum**. stans in eodem loco ante librum, dicit, **Oremus, Humiliate capita vestra Deo**: & extensis manibus subiungit eadem voce Orationem super populum ibidem positam: qua finita, osculatur Altare, & vertens se ad populum, dicit, **Dominus vobiscum**, & alia vt suprā.

**I**N Missa sollemni dicto per Celebrantem, **Oremus**, Diaconus vertens se ad populum iunctis manibus dicit vt suprā, **Humiliate**, &c. quo dicto vertit se versus Altare à tergo Celebrantis, & Celebrans dicit Orationem.

**¶ De Benedictione in fine Missæ, & Euangelio sancti Ioannis.**

**D**ICTO **Ite Missa est**, vel, **Benedicamus Domino**, vt suprā, Celebrans ante medium Altaris stans iunctis manibus super altare, & capite inclinato, dicit secretè, **Placeat tibi sancta Trinitas**, &c. quo dicto, extensis manibus hinc inde super Altare positus, ipsum in medio osculatur: tum erigens se adhuc stans versus illud, extendit, eleuat, & iungit manus, caputque Cruci inclinans, dicit voce intelligibili, **Benedicat vos omnipotens Deus**: & iunctis manibus, ac demissis ad terram oculis, vertens se ad populum, extensa manu dextra, iunctisque digitis semel benedicit populo, dicens, **Pater & Filius, & Spiritus sanctus**, & circulum perficiens, reuertitur ad cornu Euangelij, vbi dicto, **Dominus vobiscum**. R. **Et cum spiritu tuo**, pollice dextro signans primum signo crucis Altare, seu librum,

deinde frontem, os, & pectus, dicit, **Initium sancti Euangelij secundum Ioannem**, vel, **Sequentia sancti Euangelij**: vt dictum est in Rubricis generalibus. & post R. **Gloria tibi Domine**, iunctis manibus legit Euangelium, **In principio**, vel aliud, vt conuenit. Cùm dicitur, **Et verbum caro factum est**, genuflectit, & surgens progreditur, vt prius, vsque ad finem.

**¶** Si Celebrans in Altari vertit faciē versus populum, non vertit se, sed stans, vt erat, benedicit populum, vt suprā, in medio Altaris: deinde accedit ad cornu Euangelij, & dicit Euangelium sancti Ioannis.

**¶** Si celebravit coram summo Pontifice, Cardinale, Legato Sedis Apostolicæ, Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo in Prouincia, Ciuitate, vel Diœcesi sua existente, Celebrans dicto, **Placeat tibi sancta Trinitas**, &c. dicit: **Benedicat vos omnipotens Deus**: & conuertens se ad summum Pontificem genuflexus, ad Cardinalem verò, Legatum, vel Prælatum suum, capite inclinato, quasi licentiam benedicendi petens, prosequitur, **Pater, & Filius, & Spiritus sanctus**, benedicens astantes à parte vbi non adest Pontifex, Cardinalis, Legatus, aut Prælatus prædicti.

**¶** Si autem celebravit coram Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo, extra eorum Titulum, Ecclesiam, Prouinciam, Ciuitatem, vel Diœcesim constitutis, eis absque alio respectu, vt cæteris, qui intersunt, more consueto benedicit.

**¶** Si autem celebravit pro defunctis, dicto, **Placeat tibi sancta Trinitas**, suprā, accedit ad cornu Euangelij, & dicit Euangelium Sancti Ioannis, prætermissa



missa benedictione, quæ in Missis Defunctorum non datur.

¶ Finito Euangelio, in fine Missæ, si celebravit corâ summo Pontifice, Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorû residentiis, Ecclesia, vel loco Iurisdictionis eorû: conuertit se ad illum, corâ quo ex prædictis celebravit, & facit reuerentiam conuenientem.

¶ Si non celebravit coram aliquo prædictorum, huiusmodi reuerentiam prætermittit.

¶ Quibus omnibus absolutis, extinguuntur per Ministrû candelæ: interim Sacerdos cooperto capite accipit sinistra calicem, dexteram ponens super burfam, ne cadat, descendit ad infimû gradum Altaris, & ibi in mediovertes se ad illud, caput inclinat: & facta reuerentia, præcedente Ministro, eo modo quo venerat, redit ad sacrificiâ, interim dicens Añam, **Triû puerorum:** & Canticû, **Benedicite.** Si verò sit dimissurus huiusmodi vestes ante Altare, vbi celebravit, finito Euangelio prædicto, ibidè deponit vestes, & dicit Antiphonâ prædictâ, **Trium puerorum,** cum Câtico, & aliis Orationibus, vt suo loco ponuntur.

¶ *IN Missa sollemni omnia facit vt supra; hoc excepto, quòd ter populo benedicit, primò à cornu Epistolæ, dicens, Pater: Secundo ante medium Altaris, dicens, Et filius: Tertio à cornu Euangelij, dicens, Et spiritus sanctus: Et dicto Euangelio secundum Iohannem, vel alio, vt supra, Celebrans discedit cum Ministris ordine quo venerat.*

*De his quæ omittuntur in Missa pro Defunctis.*

**I**N Missa pro Defunctis ante Confessionem non dicitur Psalmus, **Iudica**

**me Deus,** Sed pronuntiata Antiphona, **Introibo ad Altare Dei,** & responso à Ministris, **Ad Deum qui latificat,** &c. dicitur **ÿ. Adiutorium nostrum,** & **Confessio,** cum reliquis, vt supra.

¶ *IN Missa sollemni post confessionem non incensatur Altare.* Cum Celebrans ad Altare incipit Introitum, non signat se, sed manu dextera extensa facit signû crucis super librum, quasi aliquè benedicens. Non dicitur, **Gloria patri,** sed post Psalmum repetitur, **Requie eternam:** nec, **Gloria in excelsis,** nec, **Alleluia,** nec, **Iubedonne benedicere;** nec, **Dñs sit in corde meo,** nec osculatur librum in fine.

¶ *IN Missa sollemni Subdiaconus finita Epistola non osculatur manum Celebrantis, nec benedicitur. Diaconus non petit benedictione, nec osculatur Celebrantis manû, non tenentur luminaria ad Euangelium, sed duo tantû Acoluthi sine candelabris tenent mediû Subdiaconû, tenentè librum Euangeliorum. Non incensatur liber, nec in fine Celebrans nec defertur liber Euangeliorum osculandus.*

¶ Item in Missa defunctorum non dicitur, **Credo,** non benedicitur aqua in calicem fundèda, sed dicitur, **Deus, qui humanæ substantiæ,** &c.

¶ *IN Missa sollemni oblata & altare incensantur vt supra: incensatur solus Celebrans, & non incensantur alij: cum lauat manus, nõ dicitur ÿ. Gloria patri, in Psalmo, Lauabo inter innocentes. Subdiaconus non tenet patenam post Celebrantè: sed tẽpore eleuationis Sacramenti incensat Sacramentum. Ad Agnus Dei nõ dicitur miserere nobis, cuius loco dicitur, dona eis requiem, nec tertio, dona nobis pacem cuius loco dicitur, dona eis requie sempiternam: non dicitur prima Ora-*



tio ante communionem, scilicet, **Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis, &c. nec datur pax. In fine non dicitur, Ite Missa est, nec, Benedicamus Domino, sed, Requiescant in pace. Et non datur benedictio: sed dicto, Placeat, dicitur ut supra, In principio erat verbū, &c. alia omnia, ut in aliis Missis.**

**FINITA** Missa, si facienda est Absolutio, Celebrans retrahit se ad cornu Epistolæ, exiit casula, accipit pluuiiale nigrum: Subdiaconus medius inter duos Acoluthos deferentes candelabra accensa, defert Crucem, precedentibus duobus aliis Acoluthis, uno cum thuribulo, & nauicula; alio cum aqua benedicta, & aspersorio: sequitur Celebrans & Diaconus à sinistris. Subdiaconus cum Cruce sistit se in loco parato ad caput contra Altare medius inter dictos Acoluthos deferentes luminaria: Celebrans verò ex alia parte versus Altare, à sinistris Diaconus, & alij duo Acoluthi deferentes vas aquæ benedictæ, & thuribulum. Interim cantatur **Responsorium.** Cùm dicitur **Kyrie eleison** Celebrans ponit incensum in thuribulū, ministrante Diacono nauiculam: cæpto **Pater noster**, accipit aspersorium de manu Diaconi, & facta Altari reuerentia, comitante Diacono à dextris, & tenente simbriā anteriore pluuialis, aspergit circuiens locum paratum: cùm transit ante crucem, profundè inclinatur, Diaconus verò genuflectit: & rediens ad pristinum locum, de manu eiusdem Diaconi accipit thuribulum, & eodem modo quo aspererat, incensat. Postremò Diacono tenente librum, orat iunctis manibus dicens, **Et ne nos inducas, &c. ¶ A porta interi, cum aliis: & Orationem Absolutæ quæ sumus Domine, &c. ut in Ordinario: & post eam dicens Requiem æternam,**

**&c. facit Crucem manu dextra super locum paratum: & dicto per cantores, Requiescant in pace. precedente Cruce, redit cum aliis ad sacristiam.**

**De his quæ clara voce aut secretò dicenda sunt in Missa.**

**I**N Missa priuata clara voce dicuntur **Añā, & Psalmus** ad Introitum, **Confessio**, & quæ sequuntur, excepta Oratione, **Aufer à nobis, & Oramus te Domine** per merita Sanctorū tuorum, &c. Item **Introitus, Kyrie eleison, Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Euangelium, Credo, Offertoriū, Præfatio, Nobis quoq; peccatoribus, solū hæc tria verba. Itē, Per omnia sæcula, &c. cum Pater noster, Pax Domini, Agnus Dei, Domine non sum dignus; cætera secretè. Communio, Postcommunio, Ite Missa est, vel Benedicamus Domino, vel Requiescant. Euangelium, In principio.** Alia omnia dicuntur secretè.

**I**N Missa sollemni clara voce à Celebrante dicuntur quando intonatur, **Gloria in excelsis, & Credo, Dñs vobiscū, Oremus, Oratio, Dñs vobiscum, Oremus ante Offertorium. Præfatio, Pater noster, & Oratio post communionē.** Alia omnia à Celebrante dicuntur secretò in Missa sollemni.

**De hora celebrandi Missam.**

**M**ISSA priuata saltem post Matutinum, quacunque hora ab aurora vsque ad Meridiem dici potest. Missa autem Conuentualis & Sollemnis, sequenti ordine dici debet.

¶ **I**N Festis Duplicibus & Semiduplicibus, in Dominicis, & infra Octauas, dicta in choro hora Tertia.

¶ **I**N Festis Simplicibus & Feriis per annum, dicta Sexta.



**IN** Aduentu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, & Vigiliis quæ ieiunantur, dicta Nona.

**IN** Missa autem Defunctorum dici debet post Matutinum, & Primâ diei: & vbi dicuntur eorum Vigiliæ, manè post Matutinum diei, dictis huiusmodi Vigiliis cum Laudibus, immediatè dici potest Missa pro defunctis. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi Missam Conuētualem, Missæ in nocte Natiuitatis Domini, quæ suo loco dicuntur: Missa scilicet Conuētuale prima, post mediam nocte: Secūda post Laudes & Primam: Tertia post Tertiam: vel vbi alias ex dispensatione Apostolica disponatur.

**De ordine sedendi, standi, & genuflectendi in Missa sollemni.**

**I**N Missa sollemni Celebrans medius inter Diaconum & Subdiaconum sedere potest à cornu Epistolæ iuxta Altare, cū cantatur **Kyrie eleison, Gloria in excelsis, & Credo**: alio tēpore stat ad Altare, & genuflectit, quando oportet, vt suprâ.

**ITEM** genuflectit quando legitur Euangelium, **In principio**, ad illa verba, & **verbum caro factum est**. Et Euangelium, **Cū natus esset Iesus**, ad illa verba, & **proidentes adorauerunt eum**. Item Euangelium Feriæ iiii. post Dominicam quartam Quadragesimæ, ad illa verba in fine, & **proiciens adorauit eum**: Et cū Diaconus cantat illa verba, ipse versus librum, Celebrans & circumstantes versus Altare genuflectunt: Subdiaconus verò tenens librum, & Acoluthi candelabra, non genuflectunt. Item genuflectit Celebrans priuatè celebrans, cū dicit, **Flectamus genua**: non

autem cū sollemniter celebrat: sed Diaconus, & Subdiaconus, & circumstantes. Item Celebrans & Ministri genuflectunt, cū dicitur in Quadragesima, **Adiuua nos Deus**. Item, cū dicitur in Missa Spiritus sancti **Veni sancte Spiritus, reple** &c. Item quando legitur Passio, ad illa verba, **expirauit**. Et quodcunque fiunt genuflexiones, vt suprâ. circumstantes autem in Missis priuatis semper genuflectunt, præterquam ad Euangelium.

**I**N sollemnibus autem genuflectitur ab iis, qui nō sunt prelati, ad **Confessionē**, cū suo Psalmo: & ab omnibus quando eleuatur Sacramentū, sed dum cantatur **Introitus, Gloria in excelsis, Epistola, Grad. Credo, Offert.** & facta cōmunionē, dū cantatur **Communio**, sedetur, in aliis statur.

**I**N Missis Ferialū Aduentus, Quadragesimæ, Vigiliarum quæ ieiunantur, & Quatuor tēporum, ac in Missis Defunctorum, circumstantes genuflectunt ad **Confessionem**, cū suo Psalmo, ad **Orationes**, dicto per Celebrantem **Sanctus**, vsque ad **Pax Domini**, & ad **Postcōmunionē**, excepta Vigilia Paschæ, & Pentecostes, ac Natiuitatis Domini. De Colorib. & qualitate Paramentorū.

**P**aramenta Altaris, Celebrantis, & Ministrorum sint coloris conuenientis Officio & Missæ diei, secundum vsum Romanæ Ecclesiæ: quæ quinque coloribus vti consuevit; Albo, Rubeo, Viridi, Violaceo, & Nigro.

**ALBO COLORE VTITVR.**

**I**A Vesper. Vigiliæ Natiuitatis Domini, vsq; ad Octauā Epiphaniæ inclusiuè: exceptis Festis Martyrū, quæ infra eam veniunt.



- 2 Feria v. Cænæ Domini.  
 3 Sabbatho S. in Officio Missæ, & ab illo die vsq; ab Sabbathum Pentecostes exclusiue in Officio de tempore, præterquam in Missa Litaniarû, & Rogationû.  
 4 Festis B. Mariæ, & per eius Octauas, præterquâ in benedictione candelarû, & processione, quæ fit in Purificatione eiusdem. Eiusdê Virginis Missis Votiuus.  
 5 Missa S. Trinitatis.  
 6 Festo Corporis Christi.  
 7 Festis Angelorum.  
 8 Festo Natiuit. S. Ioan. Baptistæ.  
 9 Festo omnium Sanctorum.  
 10 Festo principali S. Ioanis Evangelistæ, quod est infra Octauâ Natiuitatis Domini.  
 11 Vtraque Cathedra S. Petri. Conuersione S. Pauli.  
 12 Festo S. Petri ad Vincula.  
 13 Festo Trâsfigurationis Domini.  
 14 Festo Confess. { Doctorum  
 15 Pontificû & } Non Pontif.  
 16 Festis Sanctarum Virginum & non Virginum.  
 17 Consecratione & Dedicatione Ecclesiæ.  
 18 Consecratione Pontificis.  
 19 Octauis prædictorum Festorum, quæ Octauas habent, quando fit Officium de Octaua.  
 20 Dominicis infra Oct. dictorum Festorum per annum occurrentibus.

**RUBEO COLORE VTITVR.**

- 1 A Vigilia Pentecostes in Missa vsque ad Sabbathum sequens inclusiue.

- 2 Festo Decollationis S. Ioan. Bap.  
 3 Festo S. Crucis.  
 4 Festo Sancti Ioannis ante portam Latinam.  
 5 Festo Sanctorum Innocentium, quâdo in Dominica venit: similiter & in eius die Octaua.  
 6 Natali { Ioan. Euang. infra.  
 Ap ost. } Oct. Natiuit. Dñi.  
 except. } Conuersionis sancti Pauli.  
 Festo } S. Petri Cathedræ, & Vinculorum.  
 7 Festis Martyrum, **excepto** Festo SS. Innocentium, nisi in Dominica venerit.  
 8 Octauis prædictorum Festorum, quæ Octauas habent, quando fit de Octaua.  
 9 Dominicis per annum infra eas Octauas occurrentibus.

**VIRIDI COLORE VTITVR.**

- 1 Ab Octaua Epiphaniæ vsque ad Septuagesimam exclusiue in Officio de Tempore.  
 2 Ab Octaua Pentecost. vsq; ad Aduentum exclusiue in Officio de Tempore.  
 Exceptis { Dominica Trinitatis.  
 } Dominicis infra Octauas occurrentibus, in quibus Color Octauarum seruatur.  
 Vigiliis, & Quatuor Temp.

**VIOLACEO COLORE VTITVR.**

- 1 A Dominica j. Aduentus vsque ad Missam Vigiliæ Natiuitatis Domini inclusiue.  
 2 A Septuagesima vsque ad Officium ante Missam in Vigilia Paschæ inclusiue in Officio de Tempore:

**excepta** Feria v. in Cœna Dñi, & Parasceue, & Benedictione Cerei, in qua Diaconus illius Præfationem dicens solus vtitur. Albo: ea autem finita, Violaceo, vt prius.

- 3 Officio Vigiliæ Pentecostes ante Missam facta benedictione fontium inclusiuè.
- 4 Quatuor Temporibus.
- 5 Vigiliis, quæ ieiunantur: **exceptis** Vigilia & Quatuor Temporibus Pentecostes.
- 6 Missa Litaniarû, & Rogationum.
- IN 7 Festo Sanctorum Innocentium quando non venit in Dominica.
- 8 Benedictione Candelarum, & in die Purificationis beatæ Mariæ.
- 9 Benedictione Palmarum, & in ipsa Dominica in Palmis.
- 10 Generaliter in omnibus processionibus: **exceptis** Processionibus sancti Sacramenti, & quæ fiunt in sollemnibus diebus.

**NIGRO COLORE VTITVR.**

In Feria sexta in Parasceue, & in Missis Defunctorum.

¶ In Officio Missæ Celebrans semper vtitur Planeta super Albam. Si autem sit Episcopus, & sollemniter celebrat, super Dalmatica & Tunicella.

¶ Pluuiali vtitur in processionibus, & benedictionibus, quæ fiunt in Altari. Item in Officio Laudum & Vesperarum, quando sollemniter dicuntur. eodem vtitur assistens Celebranti in Missa Pontificali. Item quando Celebrans post Missam Defunctorum facit in fine absolutionem.

¶ Cum Celebrans vtitur pluuiali, semper deponit manipulum: & vbi pluuiale haberi non potest, in benedictionibus, quæ fiunt in Altari, Celebrans stat sine Planeta cum Alba & Stola.

¶ Dalmatica & Tunicella vtuntur Diaconus & Subdiaconus in Missa sollemni & processionibus, & benedictionibus, quando cûque Sacerdoti ministrat.

¶ In diebus verò ieiuniorum, præterquam in Vigiliis Sanctorum, & in Dominicis, & Feriis Aduentus, & Quadragesimæ, ac in Vigilia Pētecostes ante Missam, exceptis Dominica Gaudente, etiam si eius Missa infra Hebdomadam repetatur, Dominica Lætare, Vigilia Natiuitatis, Sabbatho sancto in benedictione Cerei, & in Missa, & Quatuor Téporibus Pēt. in Cathedralibus & præcipuis Ecclesiis vtuntur Planetis plicatis ante pectus: quam planetam Diaconus dimittit, cû lecturus est Euangeliû, & tunc super sinistrum humerum super Stola complicatur, aut ponitur aliud genus Stolæ latioris, in modum Planetæ plicatæ: & facta comunione, resumit planetâ, vt prius. Similiter Subdiaconus dimittit eam, cû lecturus est Epistolam, quam legit, in Albis: & postea eam resumit vt prius.

¶ In minoribus autem Ecclesiis, prædictis diebus ieiuniorum Alba tantum amicti ministrent: Subdiaconus cum manipulo, Diaconus etiam cum Stola ab humero sinistro sub dextrum pendente.



# DE DEFECTIBVS IN CELEBRATIONE MISSARVM

## OCCURRENTIBVS.



**S**ACERDOS celebraturus, omnem adhibeat diligentiam, ne aliquid ex requisitis ad Sacramentum Eucharistiæ conficiendū desit. Potest autem defectus contingere ex parte materiæ consecrandæ, & ex parte formæ adhibendæ, & ex parte ministri conficientis. Quicquid enim horum deficit, scilicet materia debita, forma cum intentione, & ordo Sacerdotalis in conficiente, non conficitur Sacramentum. Et his existentibus, quibuscūque aliis deficientibus, veritas adest Sacramenti. Alij verò sunt defectus, qui in Missæ celebratione occurrentes, etsi veritatem Sacramenti non impediunt, possunt tamen aut cum peccato, aut cum scandalo contingere.

### De defectibus Materiæ.

**D**EFECTVS ex parte materiæ possunt contingere, si aliquid desit ex iis, quæ ad ipsam requiruntur. Requiritur enim, vt sit panis triticeus, & vinum de vite: & vt huiusmodi materia consecranda in actu consecrationis sit coram Sacerdote.

### De defectu Panis.

**S**i panis non sit triticeus, vel, si triticeus, sit admixtus granis alterius generis in tanta quantitate, vt non maneat panis triticeus, vel sit alioqui corruptus: non conficitur Sacramentum. Si sit confectus de aqua rosacea, vel alterius distillationis, dubium est, an confi-

ciatur. Si cœperit corrumpi, sed non sit corruptus: similiter si non sit azymus: secundum morem Ecclesiæ Latinæ, conficitur: sed conficiens grauius peccat.

¶ Si Celebrans ante consecrationē aduertit Hostiam esse corruptam, aut nō esse triticeam: remota illa Hostia aliam ponat, & à Canone iterum incipiat, & prosequatur Missam. Si id aduerterit post consecrationē, etiā post illius Hostiæ seu sanguinis summptionē, posita alia, à consecratione incipiat, scilicet, ab illis verbis **Qui pridie quā pateretur**: & illā priorem si non sumpsit, sumat post summptionem corporis & sanguinis, vel alij fumen adm tradat, vel alicubi reuerenter conseruet. Si autem sumpsit, nihilominus sumat eā, quā consecrauit: quia præceptum de perfectione Sacramenti maioris est ponderis quā quod à ieiunis sumatur. Aduertendū autem, quod si hoc contingat post summptionē Sanguinis, apponi debet rursus nouus panis, & vinum cum aqua, facta prius oblatione, & prosequenda omnia, quæ sequuntur: ne Sacramentū remaneat imperfectum, & vt debitus seruetur ordo.

¶ Si Hostia consecrata dispareat, vel casu aliquo, vt vento, aut miraculo, vel à mure accepta, vel alio animali, & nequeat reperiri: tunc altera consecretur (ab eo loco incipiēdo, **Qui pridie quā pateretur** facta eius prius oblatione) & illud animal si capi potest, occidatur, & comburatur, & cineres eiiciantur in sacrarium, vel sub Altari.



## De defectu vini.

**S**I Vinum sit factū penitus acetum, vel penitus putridum, vel de vuis acerbis, seu non maturis expressum, vel admixtum tantum aquæ, vt vinum sit corruptum: non conficitur Sacramentum.

¶ Si vinum cœperit acescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre, vel inustum, tunc de vuis expressum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua rosacea, seu alterius distillationis, conficitur Sacramentum, sed conficiens grauer peccat.

¶ Si Celebrans ante consecrationem sanguinis, quamuis post consecrationem corporis, aduertat aut Vinum, aut Aquam, aut vtrumque non esse in calice: debet statim apponere vinum cum aqua, & consecrare, incipiendo ab illis verbis: **Simili modo**, &c. Si post verba consecrationis aduertat vinū non fuisse positum, sed aquam: deposita aqua, iterum vinum cum aqua ponat in calice, & resumat à verbis prædictis. Si hoc aduertat post sumptionem corporis, vel huiusmodi aque, apponat aliam Hostiam iterum consecrandam, & vinum in calice: & vtrumque consecret, & sumat in fine, quamuis aliam Hostiam consecratam, vel aquam sumpserit, propter Sacramenti integritatem in celebratione seruandam.

¶ Si quis percipiat ante consecrationem vel post consecrationem, totum vinum esse acetū, vel aliàs corruptum: idem seruetur quod supra, ac si deprehenderet non esse positū vinū, vel solā aquā fuisse appositā in calice. Si autem Celebrans ante consecrationē calicis ad-

uertat non fuisse appositā aquā, statim ponat eam, & proferat verba consecrationis. Si id aduertat post consecrationē calicis, nullo modo apponat, quia non est de necessitate Sacramenti.

Si materia quæ esset apponanda ratione defectus, vel panis, vel vini, non posset vlllo modo haberi: si id sit ante consecrationem corporis, vltius procedi non debet: si post consecrationem corporis, aut etiam vini, depreheditur defectus alterius speciei, altera iam consecrata: tunc si nullo modo haberi possit, procedendum erit, & Missa absoluenda. Quòd si expectando aliquamdiu, haberi possit, expectandum erit, ne imperfectum sacrificium remaneat.

## De defectibus formæ.

**D**E F E C T V S ex parte formæ possunt contingere, si aliquid desit exiis, quæ ad integritatē verborum in ipsa consecratione requiruntur. Verba autem consecrationis, quæ sunt forma huius Sacramenti, sunt hæc, **Hoc est enim corpus meū. Et, Hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni testamēti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionē peccatorum.** Si quis autem aliquid diminueret, vel immutaret de forma consecrationis corporis & sanguinis, & in ipsa verborū immutatione, verba idem nō significarent: non conficeret Sacramentum. Si quis aliquid adderet, quod significationem non mutaret, conficeret quidem, sed grauissimè peccaret.

¶ Si Celebrans non recordetur se dixisse ea, quæ in cōsecratione cōmuniter dicuntur: non debet propterea turbari. Si tamē certò ei, vel valde probabiliter



constet se omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate Sacramenti, id est, formam consecrationis: resumat ipsam formam, & cætera prosequatur per ordinem. Si autem non sunt de necessitate Sacramenti: non resumat, sed procedat ulterius.

#### De defectibus ministri.

**D**E F E C T V S ex parte ministri, possunt contingere, quo ad ea, quæ in ipso requiruntur. Hæc autem sunt: In primis intentio, deinde dispositio animæ, dispositio corporalis, dispositio vestimentorum, dispositio in ministerio ipso, quo ad ea quæ in ipso possunt occurrere.

#### De defectu intentionis.

**S**I quis non intendit conficere, sed delusorie aliquid agere.

Item si aliqua Hostiæ ex obliuione remaneant in Altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua Hostia lateat, cum nõ intendat consecrare nisi quas videt.

¶ Item si quis habeat coram se vndecim hostias, & intendat consecrare solum decem, non determinans quas decem intendit: non cõsecrat, quia requiritur intentio. Secus si putans quidem esse decem, tamen omnes voluit consecrare quas coram se habebat: nam tunc omnes erunt consecratæ: atque ideo quilibet Sacerdos talem semper intentionem habere deberet, scilicet, consecrandi eas omnes, quas ante se ad consecrandum positas habet.

¶ Si Sacerdos putans se tenere vnam Hostiam, post consecrationem inuenit fuisse duas simul iunctas: in sumptione sumat simul vtrâque. Quod si deprehendat post sumptionem corpo-

ris & sanguinis, aut etiam post ablutio-

nem, reliquias aliquas relictas consecratas, eas sumat, siue paruæ sint, siue magnæ, quia ad idẽ sacrificium spectat. ¶ Si verò relictæ sit Hostia integra consecrata, eam in tabernaculo cum aliis reponat: si hoc fieri nequit, sequenti Sacerdoti ibi celebraturo, in Altari supra corporalia decenter opertam, sumendam vnâ cum altera quam est consecraturus, relinquat: vel, si neutrum horum fieri possit, in ipso calice seu patena decenter conseruet, quousque vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero sumatur: quod si non habeat quomodo honestè conseruetur, potest eam ipse met sumere.

¶ Si intentio non sit actualis in ipsa consecratione: propter euagationem mentis, sed virtualis, cum accedens ad Altare intendat facere quod facit Ecclesia: conficitur Sacramentum; etsi curare debet Sacerdos, vt etiam actualem intentionem adhibeat.

#### De defectibus dispositionis animæ.

**S**I quis suspensus, excommunicatus, & degradatus celebret: conficit quidem Sacramentum, sed grauissimè peccat, tam propter communionem, quam indignè sumit, quam propter executionem ordinum, quæ sibi erat interdicta.

¶ Si quis habens copiam confessoris celebret in peccato mortali, grauiter peccat.

¶ Si quis autem in casu necessitatis non habens copiam cõfessoris, in peccato mortali absque contritione celebret: grauiter peccat. Secus si coneratur: debet tamen, cum primùm poterit, confiteri. Si in ipsa celebratione



Missæ Sacerdos recordetur se esse in peccato mortali, conteratur cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Si recordetur se esse excommunicatum, vel suspensum, aut locum esse interdictum: similiter conteratur, cum proposito petendi absolutionem: ante consecrationem autem, si non timetur scâdalum, debet Missam inceptâ deferere, secus si esset publicè excommunicatus.

**De defectibus dispositionis corporis.**

**S**I quis nō est ieiunus post mediam noctem, etiam post sumptionem solius aquæ, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiam medicinæ, & in quantumcūque parua quantitate: non potest communicare, nec celebrare.

¶ Si autem ante mediam noctem cibum, aut potum sumpserit, etiâ si postmodum non dormierit, nec sit digestus, non peccat, sed ob perturbationē mentis, ex qua deuotio tollitur, consultitur aliquando abstinendum.

¶ Si reliquiæ cibi remanentes in ore transglutiantur, non impediunt communionem, cū non transglutiantur per modum cibi, sed per modum saliuę. Idem dicendum, si lauando os, deglutiantur stillæ aquæ præter intētionem.

¶ Si plures Missas in vna die celebret, vt in nocte Natiuitatis: in vltima tantum Missa percipiat purificationem.

¶ Si præcesserit pollutio nocturna, quæ causata fuerit ex præcedenti cogitatione, quæ sit peccatum mortale, vel euenit propter nimiam crapulam, abstinendum est à communionem, & celebratione. Si dubium est, an in præcedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, consultitur abstinendum, extra tamen

casum necessitatis. Si autem certum est non fuisse in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullâ fuisse cogitationem, sed euenisse ex naturali causa, aut ex diabolica illusionem, potest communicare, & celebrare, nisi ex illa corporis cōmotione tanta euenit perturbatio mentis, vt abstinendum videatur.

**De defectibus in ministerio ipso occurrentibus.**

**P**OSSUNT etiam defectus occurrere in ministerio ipso, si aliquid ex requisitis ad illud desit: vt si non celebretur in loco sacro, vel deputato ab Episcopo, nec in Altari consecrato, nec tribus mappis cooperto. Si non adsint luminaria cerea. Si non sit tempus debitum celebrandi, quod est ab aurora vsque ad meridiem, communiter: Si Celebrans saltem Matutinum eū Laudibus non dixerit. Si omittat aliquid ex vestibus sacerdotalibus. Si vestes sacerdotales, & mappæ non sint ab Episcopo vel ab alio hanc habente potestatem benedictæ. Si non adsit clericus, vel alius deseruiens in Missa: vel adsit, qui deseruire non debet, vt mulier. Si non adsit calix cum patena conueniens, cuius cuppa debet esse aurea, vel argentea, vel stannea, non ærea, vel vitrea. Si corporalia non sint munda, quæ debet esse ex lino, nec serico in medio ornata, & ab Episcopo, vel ab alio hanc habente potestatem benedicta. Si celebrat capite cooperto sine dispensatione. Si non adsit Missale, licet memoriter sciret Missam, quam intendit dicere.

¶ Si sacerdote celebrante violetur Ecclesia ante canonem, dimittatur Missa: Si post canonem, non dimittatur.



¶ Si Sacerdos ante consecrationem grauius infirmetur, vel in syncopen inciderit, aut moriatur: præmittitur Missa. Si post consecrationem corporis tantum, ante consecrationem sanguinis, vel utroque consecrato, id accidit: Missa per alium Sacerdotem expleatur ab eo loco, ubi ille desit. Si autem non obierit, sed fuerit infirmus, adeo ut possit communicari: & non adsit alia hostia consecrata: diuidat Hostiam, & unam partem præbeat infirmo; aliam ipse sumat. Si autem semiprolata forma corporis obiit Sacerdos, aut semiprolata forma sanguinis: tunc alter similiter prosequatur Missam, & super eandem Hostiam, seu eundem calicem repetat integram formam, ab eo loco (*qui pridie quam pateretur*), & in sanguine, ab eo loco (*simili modo postquam coenatum est*) vel possit super alium panem, & in calice similiter, cum in forma calicis deficit, super alium calicem præparatum, integram formam proferre, & Hostiam primi Sacerdotis inter reliquias seruare, vel eam sumere post abluitionem sanguinis, si constat quod non sit consecrata: in dubio vero, tutius est accipere post sumptionem: & idem de calice relicto semiconsecrato. Si quis extra huiusmodi casus necessitatis, integra Sacramenta non sumpserit, grauissime peccat.

¶ Si musca, vel aranea, vel aliquid aliud ceciderit in calicem ante consecrationem: proiciat vinum subtus Altare, & aliud ponat in calice, misceat parum aquæ, offerat, & prosequatur Missam. Si post consecrationem ceciderit musca, aut aliquid eiusmodi, & fiat nausea Sacerdoti: extrahat eam, & lauet cum vi-

no: finita Missa comburat: & combustio, ac lotio huiusmodi in sacrarium proiciatur. Si autem non fuerit ei nausea, nec vllum periculum timeat, sumat cum sanguine.

¶ Si aliquod venenosum ceciderit in calice, vel quod prouocaret vomitum: vinum consecratum reponendum est in alio calice, & aliud vinum cum aqua apponendum denuo consecrandum: & finita Missa sanguis repositus in panno lineo vel stappa tamdiu feruetur, donec species vini fuerint desiccata; & tunc comburatur, & combustio in sacrario proiciatur. Si aliquod venenatum contigerit Hostiam consecratam, tunc alteram consecret, & sumat modo, quo dictum est: & illa feruetur in tabernaculo loco separato, & animal captum occidatur, & comburatur, ut supra dictum est. Si fumendo sanguinem, particula remanserit in calice; digito ad labium calicis adducat, & sumat ante purificationem, vel infundat vinum, & sumat.

¶ Si Hostia ante consecrationem inueniatur fracta, nisi populo euidenter appareat, talis Hostia consecretur. Si autem scandalum populo esse possit, alia accipiatur, & offeratur: quod si illius Hostiam erat facta oblatio, eam post abluitionem sumat. Quod si ante oblationem Hostia appareat confracta, accipiatur altera integra, si citra scandalum, aut longam moram fieri poterit.

¶ Si propter frigus, vel negligentiam Hostia consecrata dilabatur in calicem, propterea nihil est reiterandum, sed Sacerdos Missam prosequatur.

¶ Si in hyeme sanguis congeletur in calice,

calice, inuoluatur calix pannis calefactis: si id non proficeret, ponatur in fermenti aqua, dummodo in calicem non intret, donec liquefiat.

¶ Si per negligentiam aliquid de sanguine Christi ceciderit, si quidem super tabulam, lingua lambatur, & pars illa tabulæ radatur quantum satis est. Item si non fuerit tabula, locus ipse radatur, & comburatur: cinis verò iuxta Altare recondatur. Si verò super lapidè Altaris ceciderit, sorbeat sacerdos stillam, & locus bene abluatur, & ablutio in sacrarium proiciatur. Si super linteum Altaris, & ad aliud linteum stilla peruenierit, si vsq; ad tertium: & linteamina ter abluantur, vbi stilla ceciderit, calice supposito, & aqua ablutionis in sacrarium proiciatur: & pars illa linthei siue pallæ post ablutionem abscindatur, & comburatur, & cinis in sacrario condatur. Quòd si in ipso solùm corporali, aut si in vestibus ipsis sacerdotalibus ceciderit: satis erit ablui, & ablutio in sacrarium proiciatur. Si in substrato pedibus panno, vel tapeto, & abluì oportebit, & partè abscindi & comburi, & cineres similiter in sacrarium immitti. At si contingat totum sanguinem post consecrationè effundi, si qui-

dem aliquid vel parum remansit, illud fumatur, & de effuso reliquo sanguine fiat, vt dictum est. Si verò nihil omnino remansit, ponat iterum vinum & aquam, & consecret ab eo loco (*similimodo postquam cœnatum est*;) facta prius tamen calicis oblatione.

Si Sacerdos euomat Eucharistiam, si species integræ appareant, reuerenter fumantur, nisi nausea fiat: tunc enim species consecratæ cautè separentur, & in aliquo loco sacro reponantur. Quòd si species non appareant, comburatur vomitus, & cineres in sacrarium proiciantur.

Si Hostia consecrata, vel aliqua eius particula dilabatur in terram: reuerenter accipiat, & locus vbi cecidit, mundeatur, & ali quantum abradatur, & puluis seu abrasio huiusmodi in sacrariu proiciatur. Si ceciderit extra Corporale in mappam, seu alio quouis modo in aliquod linteum, mappa vel lintheu huiusmodi diligenter lauatur, & lotio ipsa in sacrarium effundatur.

Possunt etiam defectus in ministerio ipso occurrere, si Sacerdos ignoret ritus & cæremonias ipsas in eo seruandas: de quibus omnibus in superioribus rubricis copiosè dictum est.



P R Æ P A R A T I O A D M I S -  
S A M P R O O P P O R T V N I T A T E

S A C E R D O T I S F A C I E N D A .

Ad Ecclesiæ ingressum ante Altare genuflexus orans dicit.

**I**N T R O I B O in domum tuam; in holocaustis reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

*Antiphona.*

**N**E reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parētum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Quæ Antiphona in Duplicibus tantum duplicatur. Deinde dicuntur sequentes Psalmi.

*Psalmus 83.*



Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea: exultauerunt in Deum viuum.

Et enim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum, vbi reponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum: rex meus, & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua Domine: in sæcula sæculorū laudābunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum; in loco quem posuit.

Et enim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion.

Domine Deus virtutū exaudi orationē meam: auribus percipe Deus Iacob.

Protektor noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies vna in atriis tuis: super millia.

Eligi abiectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiā & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dñs.

Non priuabit bonis eos qui ambulat in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te. Gloria patri.

*Psalmus 84.*

**B**enedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.

Nunquid in æternum irascēris nobis: aut extends iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Ostēde nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et su-

**E**t super sanctos suos: & in eos qui conuertuntur ad cor.

**V**eruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

**M**isericordia & veritas obuiauuerunt sibi: iustitia & pax osculata sunt.

**V**eritas de terra orta est: & iustitia de cælo prospexit.

**E**t enim Dominus dabit benignitatē: & terra nostra dabit fructum suum.

**I**ustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos. **Gloria patri.**

**Psalms 85.**

**I**nclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

**C**ustodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuū Deus meus sperantem in te.

**M**iserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

**Q**uoniam tu Dñe suauis & mitis: & multæ misericordię omnib⁹ inuocātib⁹ te.

**A**uribus percipe orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

**I**n die tribulationis meę clamaui ad te: quia exaudisti me.

**N**on est similis tui in diis Domine: & non est secundum opera tua.

**O**mnes gentes quascumque fecisti, uenient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

**Q**uoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

**D**educ me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meū, vt timeat nomen tuum.

**C**onfitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.

**Q**uia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

**D**eus, iniqui insurrexerunt super me: & synagoga potentiū quæsierunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo.

**E**t tu Domine Deus miserator & misericors: patiens & multæ misericordiæ & verax.

**R**espice in me & miserere mei, da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.

**F**ac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me. **Gloria patri.**

**Psalms 115**

**C**Redidi, propter quod locut⁹ sum: ego autē humiliatus sum nimis. **E**go dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

**Q**uid retribuam Domino: pro omnibus quæ retribuit mihi?

**C**alicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.

**V**ota mea Domino reddam corā omni populo eius: pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.

**O** Domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

**D**irupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiā laudis: & nomen Dñi inuocabo.

**V**ota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini, in medio tui Hierusalem.

**Gloria patri.**



*P salmus 129.*

**D**E profundis clamaui ad te Dñe:  
Domine exaudi vocem meam.

**F**iant aures tuæ intendentes: in vocem  
deprecationis meæ.

**S**i iniquitates obseruaueris Domine:  
Domine quis sustinebit?

**Q**uia apud te propitiatio est: & propter  
legem tuam sustinui te Domine.

**S**ustinuit anima mea in verbo eius: spe  
rauit anima mea in Domino.

**A**custodia matutina vsque ad noctem:  
speret Israel in Domino.

**Q**uia apud Dominum misericordia:  
& copiosa apud eum redemptio.

**E**t ipse redimet Israel: ex omnibus ini-  
quitatibus eius.

Gloria patri & filio.

*Deinde repetitur Antiphona.*

**N**e reminiscaris Domine delicta no-  
stra, vel parentum nostrorum: neq; vin-  
dictam sumas de peccatis nostris.

*Deinde Sacerdos dicit.*

**Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie**  
**eleison. Pater noster.**

**✠. Et ne nos inducas in tentationem.**

**℞. Sed libera nos à malo.**

**✠. Ego dixi, Domine, miserere mei.**

**℞. Sana animã meã, quia peccaui tibi.**

**✠. Conuertere Domine aliquantulum.**

**℞. Et deprecare super seruos tuos.**

**✠. Fiat misericordia tua Dñe super nos.**

**℞. Quemadmodum sperauimus in te.**

**✠. Sacerdotes tui induantur iustitiam.**

**℞. Et sancti tui exultent.**

**✠. Ab occultis meis munda me Domine.**

**℞. Et ab alienis parce seruo tuo.**

**✠. Domine exaudi orationem meam.**

**℞. Et clamor meus ad te veniat.**

**✠. Dñs vobiscum. ℞. Et cū spiritu tuo.**

*Oremus.*

**A**VRES tuæ pietatis, mitissime  
Deus, inclina precibus nostris, &  
gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum:  
vt tuis mysteriis dignè ministrare, teq;  
æterna charitate diligere mereamur.

**D**EVS, cui omne cor patet, & om-  
nis voluntas loquitur, & quem  
nullum latet secretum: purifica per in-  
fusionem sancti Spiritus cogitationes  
cordis nostri: vt te perfectè diligere, &  
dignè laudare mereamur.

**V**R E igne sancti Spiritus renes no-  
stros, & cor nostrum Domine: vt  
tibi casto corpore seruiamus, & mun-  
do corde placeamus.

**M**E N T E S nostras, quæsumus  
Dñe, Paraclitus, qui à te procedit,  
illuminet: & inducat in omnem, si-  
cut tuus promisit filius, veritatem.

**A**D S I T nobis, quæsumus, Dñi-  
ne, virtus Spiritus sancti, quæ &  
corda nostra clementer expurget, & ab  
omnibus tueatur aduersis.

**D**EVS, qui corda fidelium sancti  
Spiritus illustratione docuisti: da  
nobis in eodem Spiritu recta sapere, &  
de eius semper consolatione gaudere.

**C** O N S C I E N T I A S nostras, quæ-  
sumus, Domine, visitando purifi-  
ca: vt veniens Dñs noster Iesus Chri-  
stus, filius tuus, paratã sibi in nobis in-  
ueniat mansionem. Qui tecum viuit &  
regnat in vnitæte Spiritus sancti, Deus,  
per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Tum dicit Pontifex.*

**C** A L C I A me, Domine, caligas iucun-  
ditatis, & corrobora genua meã de-  
bilitatis, vt indefessus valeam per semi-

Præparatio ad Missam.

*tam mandatorum tuorum ad te peruenire.*

*Alia Oratio.*

**C**ALCIA, Domine, pedes meos in præparationem Euangelij pacis: & protege me in velamento alarum tuarum.

*Deinde dicit Pontifex.*

**E**XVEME, Domine, veterē hominem, cum moribus & actibus suis: & indue me nouum hominem, qui secundū Deum creatus est.

SEQVVTVR ORATIONES, cū & Pontifex & Sacerdos induitur facris paramentis. Cū lauauit manus.

**D**A, Dñe, virtutem manibus meis ad abstergendum omnem maculam: vt sine pollutione mentis & corporis valeam tibi seruire.

*Ad Amictum.*

**I**MPONE, Domine, capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incurfus.

*Ad Albam.*

**D**EALBAME, Domine, & munda cor meū: vt in sanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruar sempiternis.

*Ad Cingulum.*

**P**RÆCINGEME, Domine, cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis: vt maneat in me virtus continentia, & castitatis.

*Ad Crucem.*

**M**VNIRE digneris me, Domine Iesu Christe, ab omnibus insidiis inimicorum omnium, signo sanctissima Crucis tua: ac concedere digneris mihi indigno seruo tuo: vt, sicut hanc CRUCEM sanctorum tuorum reliquiis refertam ante pectus meum teneo: sic semper mente retineam & memoriam Passionis, & sanctorum victorias martyrum.

*Ad Manipulum.*

**M**EREAR, Dñe, portare manipulum fletus & doloris, vt cū exultatione recipiam mercedem laboris.

*Ad Stolum.*

**R**EDDE mihi, Dñe, stolā immortalitatis, quā perdidisti in præuaricatione primi parentis: & quāuis indignus accedo ad tuū sacrū mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

*Ad Tunicellam.*

**T**VNICA iucunditatis, & indumento letitiae induat me Dominus.

*Ad Dalmaticam.*

**I**NDVEME Domine indumento salutis, & vestimento letitiae, & Dalmatica iustitiae circunda me semper.

*Ad Chirothecas.*

**C**IRCUNDA, Domine, manus meas munditia noui hominis, qui de caelo descendit, vt quemadmodum Iacob dilectus tuus, pelliculis hœdorum operis manibus, paternam benedictionem, oblato patri cibo potuque gratissimo impetrauit; sic & oblata per manus nostras salutari hostia, gratia tua benedictionem merear.

*Ad Planetam seu Casulam.*

**D**OMINE, qui dixisti: Iugū meum suaue est, & onus meū leue: fac, vt istud portare sic valeam, quod consequar tuā gratiā. Amen. *Ad Mitram.*

**M**ITRAM Domine, & salutis galeam impone capiti meo: vt contra antiqui hostis, omniumq; inimicorum meorum insidias inoffensus euadam.

*Ad Annulum.*

**C**ORDIS & corporis mei Domine digitos virtute decora, & septiformis Spiritus sanctificatione circunda.

*Ad*



## Ad Manipulum.

**M**EREAR, Domine, portare manipulum fletus & doloris: ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.

GRATIARVM ACTIO  
POST MISSAM.

**Antiphona.** Trium puerorum cantesimus hymnum: quē cantabant sancti in camino ignis benedicētes Dominum.

**Quæ Antiphona in Duplicibus tantum duplicatur.**

## Canticum trium puerorum.

Dan. 3.

**B**enedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.

**B**enedicite Angeli Domini Domino: benedicite cæli Domino.

**B**enedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

**B**enedicite Sol & Luna Domino: benedicite stellæ cæli Domino.

**B**enedicite imber & ros Domino: benedicite omnes spiritus Dei Domino.

**B**enedicite ignis & æstus Domino: benedicite frigus & æstas Domino.

**B**enedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.

**B**enedicite glacies & niues Domino: benedicite noctes & dies Domino.

**B**enedicite lux & tenebræ Domino: benedicite fulgura & nubes Domino.

**B**enedicat terra Dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.

**B**enedicite montes & colles Domino: benedicite vniuersa germinantia in terra Domino.

**B**enedicite fontes Domino: benedicite maria & flumina Domino.

**B**enedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis, Domino: benedicite omnes volucres cæli Domino.

**B**enedicite omnes bestiæ & pecora Domino: benedicite filij hominum Dño.

**B**enedicat Israel Dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.

**B**enedicite sacerdotes Domini Domino: benedicite serui Domini Domino.

**B**enedicite spiritus & animæ iustorum Domino: benedicite sancti & humiles corde Domino.

**B**enedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.

**B**enedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu: laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

**B**enedictus es Domine in firmamento cæli: & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in sæcula.

## Psalmus 150.

**L**audate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

**L**audate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

**L**audate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara.

**L**audate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

**L**audate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.

**Gloria patri, & filio.**

## Deinde repetitur Antiphona.

**Trium puerorum cantesimus hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes Dominum.**

Deinde

Deinde Sacerdos dicit.

**Kyrie** eleison. **C**hriste eleison. **Kyrie** eleison. **P**ater noster.

☩. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

☩. Cōfiteātur tibi Dñe omnia operatua.

℞. Et sancti tui benedicant tibi.

☩. Exultabunt sancti in gloria.

℞. Lætabuntur in cubilibus suis.

☩. Non nobis Domine, non nobis.

℞. Sed nomini tuo da gloriam.

☩. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

☩. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo. **O**remus.

**D**EVS, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium: concede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

**A**CTIONES nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

**D**A nobis, quæsumus, Dñe, vitiorum nostrorum flamas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo, tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dñm nostrum. ℞. Amen.

ALIÆ ORATIONES PRO OPPORTVNITATE SACERDOTIS ante Celebrationem & communionem dicendæ.

SANCTI AMBROSII MEDIO- lanensis Episcopi, precatio prima præparans ad Missam.

**S**VMME Sacerdos & vere pontifex Iesu Christe, qui te obtulisti Deo pa-

tri Hostiã puram, & immaculatã in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus, qui que dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, & sanguinem tuum ad bibendum, & posuisti mysterium illud in virtute Spiritus sancti, dicens: Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Rogo per tuum sanguinem pretiosum, magnum salutis nostre pretium: rogo per hanc miram & ineffabilem charitatem, qua nos miseros, & indignos sic amare dignatus es, vt lauares nos à peccatis nostris in sanguine tuo. Doce me seruum tuum indignum, quem inter cætera dona tua, ad officium sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordie tuæ. Doce me, quæso, per Spiritum sanctum tuum, tantum mysterium tractare, ea reuerentia & honore, eaque deuotione & timore, quibus oportet, & decet. Fac me Domine Iesu Christe, per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere & intelligere, sentire & firmiter retinere, dicere & cogitare quod tibi placet, & expedit animæ meæ. Intret spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, & sine strepitu verborum, loquatur omnem veritatem tatorum mysteriorum. Profunda sunt nimis, & sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi hodie & semper Missarum Sollemnia puro corde & pure mente celebrare. Libera cor meum ab immundis & nefandis, vanis & obnoxiiis cogitationibus. Munire me beatorum Angelorum pia & fida tutela, atq; fortissima custodia, vt hostes omnium bonorum, confusi discedant per

\*\*\*\*

vir-



virtutē tanti mysterij, & per manū sancti Angeli tui. Repelle à me, Dñe Iesu Christe, & à cunctis seruis tuis. durissimum spiritum superbiæ, cenodoxiæ, inuidiæ, iracundiæ, fornicationis, & immūditæ, dubietatis & blasphemæ. Confundantur qui me persequuntur: pereant illi qui perdere cūcta festināt.

Feria secundā.

¶ **R**EX virtutum, amator castitatis, & integritatis amator Deus, cælesti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo totum fomitem ardentem libidinis, vt maneat in me tenor totius castitatis animæ & corporis. Mortifica in membris meis carnis stimulos, & omnes libidinis commotiones, & da mihi veram & perpetuam castitatem cum cæteris bonis tuis, quæ tibi placent in veritate, vt sacrificiū laudis casto corpore & mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim Domine Iesu Christe cordis contritione & lacrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis castitate, & animæ puritate istud diuinum & cæleste Sacrificium est celebrandum, vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibitur: vbi summis ima coniunguntur: vbi adest præsentia sanctorum Angelorum: vbi tu es sacerdos, & sacrificium mirabiliter & ineffabiliter constitutus! Quis dignè hoc celebrare poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio, & verè scio, & ipsum pietati tuæ cōfiteor, quia non sum dignus accedere ad tantum mysteriū, propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed scio veraciter, & credo ex toto corde, & ore confiteor, quia potes me facere dignum,

Feria tertiā.

qui solus potes mundum facere de immundo conceptum semine, de peccatoribus iustos facis & sanctos. Iob. 6.

¶ **P**ER hanc omnipotentiam tuam te rogo, vt concedas mihi peccatori hoc cæleste sacrificium celebrare cum timore & tremore, cum cordis puritate, & lacrymarum fonte; cum lætitia spiritali, & cælesti gaudio. Sentiat mēs mea dulcedinem beatissimæ præsentia tuæ, & excubias sanctorum angelorum tuorum in circuitu meo. Ego enim, Domine, memor venerandę Passionis tuę, accedo ad Altare tuum, licet peccator, vt offeram tibi sacrificium quod tu instituisti, & offerri præcepisti in commemorationem tuam, pro salute nostra. Feria quarta.

¶ **S**VSCIPE ergo istud, quæso, summe Deus, dulcissime Iesu Christe, pro Ecclesia tua sancta, & pro cuncto populo tuo, quem acquisisti sanguine tuo pretioso. Et quoniam me **P**ECCATOREM inter te & eundem populum medium esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officium dispensationis creditæ non recuses, nec per me indignum famulū tuum eorum salutis pereat pretium, pro quiqus Victimam factus salutaris dignatus es esse redemptio. Profero ergo Domine (si dignaris propitius intueri) tribulationes plebium; pericula populorum, captiuorum gemitum; miseriam orphanorum, necessitates peregrinorū; inopiam debiliū, desperationes languentium, defectus senū, suspiria iuuenum, vota virginum, lamenta viduarum.

¶ **T**V enim misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Memorare quæ sit nostra substantia, Sap. 11.  
Feria quinta.

quia



quia tu Pater noster es, ne irascaris factis, neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer à nobis Domine iniquitates nostras, & ignem sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra, & da nobis cor carneum, quod te timeat, diligat, & honorificet; te delectetur; te sequatur, & te perfruatur.

**ORAMVS** Domine clementiam tuam, vt sereno vultu familiam tuam, sacri tui nominis officia præstolantem, aspicere digneris, & vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere, quas ipse audire propitius & exaudire delecteris. Rogamus etiam te Sancte **PATER** pro spiritibus fidelium defunctorum, vt sit illis salus æterna, ac perpetua sanitas, gaudium & refrigerium sempiternum, hoc magnum pietatis Sacramentum. Domine Deus meus, sit illis hodie magnus & plenum gaudium de te Pane viuo & vero, qui de cælo descendisti, & das vitam mundo, de carne sancta & benedicta, Agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi, & potari de Fonte pietatis tuæ, qui per lanceam militis de latere emanauit Crucifixi Domini nostri, vt consolati exultent in laude & gloria tua sancta.

**Peto** Domine clementiam tuam, vt descendat super hunc panem & calicem istum plenitudo tuæ diuinitatis. Descendat etiam, Domine, illa sancti Spiritus tui inuisibilis forma & incomprehensibilis maiestas, sicut quondam

in patrum hostias descendebat: qui & oblationes nostras corpus, & sanguinem tuum efficiat, & me indignum sacerdotem tuum doceat tantum tractare mysterium: ita vt placidè & benignè sacrificium suscipias de manibus meis ad salutem omnium tam viuorum, quàm defunctorum. Rogo te Domine, per ipsum sacrosanctum mysterium corporis & sanguinis tui, quo quotidie in Ecclesia tua pascimur & potamur, abluimur & sanctificamur, atque vnus tuæ summæque diuinitatis participes efficiamur: quatenus des mihi virtutes tuas sanctas, quibus repletus, bona conscientia ad Altare tuum accedam, ita vt hæc cælestia Sacramenta efficiantur mihi salus & vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto & benedicto: Panis quem ego dederò, caro mea est pro mundi vita: & Qui manducat me, vita viuet propter me: ipse manet in me, & ego in eo. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.

**PANIS** dulcissime, sana palatum cordis mei: vt sentiam suauitatem amoris tui. Sana ab omni languore, vt nullam præter te ainem pulchritudinem. Panis candidissime, habens in te omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem; qui nos semper reficis, comede te cor meum: & dulcedine saporis tui repleatur viscera animæ meæ. Manducat te angelus pleno ore, manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico.

**PANIS** sancte, panis viue, panis pulcher, panis munde, qui descendisti de cælo, & das vitam mundo, veni in cor



meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & spiritus. Intra in animam meam: sana & sanctifica me interius, & exterius. Esto tutamentum & perpetua salus corporis & animæ meæ. Repelle à me insidiâtes mihi. Hostes recedant procul à præsentia tua: vt foris & intus per te munitus recto tramite perueniam ad tuum regnum; vbi non mysteriis sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo patri, & erit Deus omnia in omnibus. Tunc me de te satiabis satietate <sup>miserica</sup> ~~mentis~~, vt nec esuriam, nec sitiam in æternum. Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu sancto viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Alia Oratio sancti Ambrosij.*

**A**D mensam dulcissimi conuiuij tui, pie Domine Iesu Christe, ego peccator de propriis meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia, & bonitate, accedere vereor, & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatū, mentem & linguam non cautè custoditam. Ergo ô pia deitas, ô tremenda maiestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiæ recurro: ad te festino sanandus: sub tuâ protectionem fugio: & quem iudicem sustinere nequeo, saluatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, & magna, pro quibus timeo. Spero misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiæ tuæ, Domine Iesu Christe, rex æterne, Deus, &

homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantē in te: miserere mei pleni miseriis & peccatis, tu qui fontē miserationis numquam manare cessabis. Salue salutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis & pretiose sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Iesu Christi profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturæ tuæ, quam tuo sanguine redemisti: poenitet me peccasse: cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me clementissime pater omnes iniquitates & peccata mea: vt purificatus mente & corpore, dignè degustare merear sancta sanctorum: & concede, vt sancta prælibatio corporis & sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, bonorumque sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animæ quoque & corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

*Oratio sancti Thomæ Aquinatis.*

**O**MNIPOTENS sempiternæ Deus, ecce accedo ad Sacramentū vniuersi filij tui Domini nostri Iesu Christi. Accedo tanquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dominum cæli & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meâ curare digneris infirmitatem lauare sceditatē, illuminare cæcitatem, ditare



ditare paupertatem, vestire nuditatem: vt panem angelorum, regem regum, dominum dominantium, tanta suscipiam reuerentia & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate, & fide, tali proposito & intentione, sicut expedit salutem animæ meæ. Da mihi quæso Domini corporis & sanguinis, non solum suscipere Sacramentum, sed etiam rem & virtutem Sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus vnigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi, quod traxit de virgine Maria, sic suscipere, vt corpori suo mystico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantissime pater, concede mihi dilectum filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum viuit, & regnat, &c.

ALIAE ORATIONES POST  
Celebrationem, & Communionem dicendæ.

Oratio sancti Thomæ.

**G**RATIA s tibi ago, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ satiare dignatus es, pretioso corpore & sanguine filij tui Domini nostri Iesu Christi. Et precor, vt hæc sancta Communio non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & scutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiscentiæ & libidinis exterminatio: charitatis & patientiæ, humilitatis & obedientiæ augmentatio:

contra insidias inimicorum omnium, tam visibilium, quàm inuisibiliũ, firma defensio: motuum meorum, tam carnalium quàm spiritualium, perfecta quietatio; in te vno ac vero Deo firma adhæsiõ: atque finis mei felix consummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem perducere digneris: vbi tu cum Filio tuo & Spiritu sancto, Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, iucunditas consummata, & felicitas perfecta. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Alia Oratio sancti Bonauenturæ.

**T**RANSFIGE dulcissime Domine Iesu medullas & viscera animæ meæ, suauissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera, serenaque & Apostolica sanctissima charitate, vt langueat & liquefiat anima mea solo semper amore, & desiderio tui, te concupiscat, & deficiat in atria tua, cupiat dissolui, & esse tecum. Da, vt anima mea te esuriat, panem angelorum, refectio- nem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum, supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem, & saporem, & omne delectamentum suauitatis: te, in quem desiderant angeli prospicere, semper esuriat, & comedat cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ: te semper sitiatur fontem vitæ, fontem sapientiæ & scientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatem domus Dei: te semper ambiat, te quærat, te inueniat; ad te tendat, ad te perueniat; te meditetur, te loquatur: & omnia operetur in laudem & gloriam no-



minis tui, cum humilitate & discretione, cum dilectione & delectatione, cum facilitate & affectu, cum perseverantia usque in finem: & tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, diuitiæ meæ, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies, & tranquillitas mea, pax mea, suauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, & possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa, & firma, & immobiliter semper sit radicata mens mea, & cor meum. Amen.

*Rhythmus sancti Thomæ ad sacram Eucharistiam.*

**A**DORO te deuotè latens Deitas,  
Quæ sub his figuris verè latitas.  
Tibi se cor meum totum subiicit,  
Quia te contemplans totum deficit.  
Visus, gustus, tactus in te fallitur,  
Sed auditu solo tutè creditur.

Credo quicquid dixit Dei filius,  
Nihil veritatis hoc verbo verius.  
In cruce latebat sola Deitas,  
Sed hic latet simul & humanitas.  
Ambo tamen credens atque confitens,  
Peto quod petiuit latro pœnitens.  
Plagas, sicut Thomas, non intueor,  
Deum tamen meum te confiteor.  
Fac me tibi semper magis credere,  
In te spem habere, te diligere.  
O memoriale mortis Domini,  
Panis verus, vitam præstans homini.  
Præsta meæ menti de te viuere,  
Et te illi semper dulce sapere.  
Pie pelicane Iesu Domine,  
Me immundum munda tuo sanguine:  
Cuius vna stilla saluum facere  
Totum mundum posset omni scelere.  
Iesu, quem velatum nunc aspicio,  
Quando fiet illud, quod tam sitio:  
Vt te reuelata cernens facie,  
Visu sim beatus tuæ gloriæ. Amen.

# I A N V A R I V S

Habet dies xxxi. Luna xxx.

xix	A	Calēdis.	1	Circuncisio Domini, duplex.
viiij	b	iiij no.	2	Oct. S. Stephani, dupl. cum commemorat. Oct.
	c	iiij no.	3	Oct. S. Ioan. dupl. cum commemorat. Oct. SS. Innoc.
xvj	d	Prid. no.	4	Octaua sanctorum Innocentium, duplex.
v	e	Nonis.	5	Vigilia.
	f	viiij id.	6	Epiphania Domini, duplex.
xiiij	g	vij id.	7	De Octaua Epiphaniæ.
ij	A	vj id.	8	De Octaua.
	b	v id.	9	De Octaua.
x	c	iiij id.	10	De Octaua.
	d	iiij id.	11	De Oct. & commem. S. Higinij Papæ & mart.
xviiij	e	Prid. Id.	12	De Octaua.
vij	f	Idibus.	13	Octaua Epiphaniæ, duplex.
	g	xix cal.	14	Hilarij Episc. & confess. semidup. fuit heri. cum commem. S. Felicis presbyt. & confess.
xv	A	xviiij cal.	15	Pauli primi Eremitæ, semidup. fuit 10. huius, cum comm. S. Mauri Abbatis.
iiiiij	b	xvii cal.	16	Marcelli Papæ & martyris, semiduplex.
	c	xvj cal.	17	Antonij Abbatis, duplex.
xij	d	xv cal.	18	Cathedra sancti Petri Romæ, duplex, & commem. S. Priscæ virginis & martyris.
j	e	xiiii cal.	19	Marij, Marthæ, Audifax, & Abacum Martyrum.
	f	xiiij cal.	20	Fabiani & Sebastiani martyrum, duplex.
ix	g	xij cal.	21	Agnetis virginis & martyris, duplex.
	A	xj cal.	22	Vincentij, & Anastasij martyrum, semiduplex.
xviiij	b	x cal.	23	Emerentianæ virginis & martyris.
vj	c	ix cal.	24	Timothei Episcopi & martyris.
	d	viiij cal.	25	Conuersio sancti Pauli Apostoli, duplex.
xiiiiij	e	vij cal.	26	Polycarpi Episcopi & martyris.
iiij	f	vj cal.	27	Ioannis Chrysofomi Episc. & confess. duplex.
	g	v cal.	28	Agnetis secundo.
xj	A	iiiiij cal.	29	"
	b	iiij cal.	30	"
xix	c	Prid. cal.	31	"

Ianuarij	I	Horas	9	I	Nox	14	3
dies	10	habet	9	2		14	2
	20		9	3		14	1



# F E B R V A R I V S

Habet dies **xxiix.** Luna **xxix.**

viiij	d	Calēdis.	1	Ignatij episcopi & martyris, <i>femidupl.</i>
xvj	e	iiij no.	2	<i>Purificatio beatæ Mariæ, duplex.</i>
v	f	iiij no.	3	Blasij episcopi & martyris.
	g	Prid.no.	4	
xiiij	A	Nonis.	5	Agathæ virginis & martyris, <i>femidupl.</i>
ij	b	viiij id.	6	Dorotheæ virginis & martyris.
	c	vij id.	7	
x	d	vj id.	8	
	e	v id.	9	Apolloniæ virginis & martyris.
xviiij	f	iiij id.	10	
vij	g	ij id.	11	
	A	Prid.Id.	12	
xv	b	Idibus.	13	
iiiiij	c	xvj cal.	14	Valentini presbyteri & martyris.
	d	xv. cal.	15	Faufstini & Iouitæ martyrum.
xij	e	xiiij cal.	16	
j	f	xiiij cal.	17	
	g	xij cal.	18	Simeonis episcopi & martyris.
ix	A	xj cal.	19	
	b	x cal.	20	
xviiij	c	ix cal.	21	
vj	d	viiij cal.	22	<i>Cathedræ sancti Petri Antiochiæ, duplex.</i>
	e	vij cal.	23	<i>Vigilia.</i>
xiiiiij	f	vj cal.	24	<i>Matthiæ Apoltoli, duplex.</i>
iiij	g	v cal.	25	
	A	iiij cal.	26	
xj	b	ij cal.	27	
	c	Prid. cal.	28	

Anno bissextili additur vnus dies, & fit dierum **29.** sed Festum S. Matthiæ celebratur die **25.** & tunc dicitur bis, sexto Calendas, hoc est, **24.** & **25.** die, & sic litera Dominicalis mutatur in superiorē, vt si fit D, in C; si fit C, in B: similiter & in aliis.

Februarij	I	Horas	IO		14
dies	IO	habet	IO	2	Nox 13 2
	20		II		13

# M A R T I V S

Habet dies xxxj. Luna xxx.

xix	d	Calēdis.	1	
viiij	e	vj no.	2	
	f	v no.	3	
xvj	g	iiij no.	4	
v	A	iiij no.	5	
	b	Prid.no.	6	
xiiij	c	Nonis.	7	Sancti Thomæ de Aquino confess. & commem. SS. Perpetuæ & Felicitatis mart.
ij	d	viiij id.	8	
	e	vij id.	9	Quadragesima martyrum, semiduplex.
x	f	vj id.	10	
	g	v id.	11	
xviiij	A	iiij id.	12	Gregorij Papæ & confess. & Eccles. Doct. dupl.
vij	b	iiij id.	13	
	c	Prid. Id.	14	
xv	d	Idibus.	15	
iiiiij	e	xvij cal.	16	
	f	xvj cal.	17	
xij	g	xv cal.	18	
j	A	xiiii cal.	19	Ioseph confessoris, duplex.
	b	xiiij cal.	20	
ix	c	xij cal.	21	Benedicti Abbaris, duplex.
	d	xj cal.	22	
xvij	e	x cal.	23	
vj	f	ix cal.	24	
	g	viiij cal.	25	Annunciatio beatæ Mariæ, duplex.
xiiiiij	A	vij cal.	26	
iiij	b	vj cal.	27	
	c	v cal.	28	
xj	d	iiiiij cal.	29	
	e	iiij cal.	30	
xix	f	Prid.cal.	31	

	1		11	2	12	2
Martij dies	10	Horas habet	12		Nox	12
	20		12	2		11
						2



# A P R I L I S

Habet dies xxx. Luna xxix.

viiij	g	Calēdis.	1	
xvj	A	iiij no.	2	
v	b	ij no.	3	
	c	Prid. no.	4	
xiiij	d	Nonis.	5	
ij	e	viiij id.	6	
	f	vij id.	7	
x	g	vj id.	8	
	A	v id.	9	
xviiij	b	iiii id.	10	
vij	c	ij id.	11	Leonis Papæ & confessoris, duplex.
	d	Prid. Id.	12	
xv	e	Idibus.	13	
iiiiij	f	xviiij cal.	14	Tiburtij, Valeriani, & Maximi mart.
	g	xvij cal.	15	
xij	A	xvj cal.	16	
j	b	xv cal.	17	Aniceti Papæ & martyris.
	c	xiiii cal.	18	
ix	d	xiiij cal.	19	
	e	xij cal.	20	
xvi	f	xj cal.	21	
vj	g	x cal.	22	Sotheris & Caij Pontificum & martyrum, semiduplex.
	A	ix cal.	23	Georgij martyris, semiduplex.
xiiiiij	b	viiij cal.	24	
iiij	c	vij cal.	25	Marci Euangelistæ, duplex.
	d	vj cal.	26	Cleti & Marcellini Pontificum & mart. semiduplex.
xj	e	v cal.	27	
	f	iiiiij cal.	28	Vitalis martyris.
xix	g	iiij cal.	29	
viiij	A	Prid. cal.	30	

---

Aprilis	I	Horas	13		11
dies	10	habet	13	2	Nox
	20		14		10

---

# M A I V S

Habet dies xxxj. Luna xxx.

	b	Calēdis.	1	Philippi, & Iacobi Apostolorum, duplex.
xvj	c	vj no.	2	Athanasij, Episcopi & confess. duplex.
v	d	v no.	3	Inuentio S. Crucis. duplicum commemor. SS. Alexandri, Euentij, Theoduli martyrum, ac Iuuenalis Episcopi & confessoris.
	e	iiij no.	4	Monicæ viduæ.
xiiij	f	ij no.	5	
ij	g	Prid. no.	6	Ioannis ante portam Latinam, duplex.
	A	Nonis.	7	
x	b	viiij id.	8	Apparitio S. Michaelis, duplex.
	c	vij id.	9	S. Gregorij Theol. Episc. & confess. duplex.
xviiij	d	vj id.	10	Gordiani, & Epimachi martyrum.
vij	e	v id.	11	
	f	iiiiij id.	12	Nerei, Archillei, & Pancratij martyrum.
xv	g	iiij id.	13	
iiiiij	A	Prid. Id.	14	Bonifacij martyris.
	b	Idibus.	15	
xij	c	xvij cal.	16	
j	d	xvj cal.	17	
	e	xv cal.	18	
ix	f	xiiiiij cal.	19	Pudentianæ virginis.
	g	xiiij cal.	20	
xviij	A	xij cal.	21	
vj	b	xj cal.	22	
	c	x cal.	23	
xiiiiij	d	ix cal.	24	
iiij	e	viiij cal.	25	Vrbani Papæ, & martyris.
	f	vij cal.	26	Eleutherij Papæ & martyris.
xj	g	vj cal.	27	Ioannis Papæ & martyris.
	A	v cal.	28	
xix	b	iiiiij cal.	29	
viiij	c	iiij cal.	30	Felicis Papæ & martyris.
	d	Prid. cal.	31	Petronillæ virginis.

	1		14	1	9	3
Maij dies	10	Horas habet	14	2	Nox	2
	20		14	3		1



# I V N I V S

Habet dies xxx. Luna xxix.

xvj	e	Calēdis.	1	
v	f	iiij no.	2	Marcellini, Petri, & Erasmi martyrum.
xiiij	g	iiij no.	3	
ij	a	Prid. no.	4	
	b	Nonis.	5	
x	c	viiij id.	6	
	d	vij id.	7	
xviiij	e	vj id.	8	
vij	f	v id.	9	Primi & Feliciani martyrum.
	g	iiij id.	10	
xv	A	iiij id.	11	Barnabæ Apostoli, duplex.
iiiiij	b	Prid. Id	12	Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij mart.
	c	Idibus.	13	
xij	d	xviiij cal.	14	Basilij Episc. & confessoris, duplex.
j	e	xvij cal.	15	Viti, Modesti, & Crescentiæ martyrum.
	f	xvj cal.	16	
ix	g	xv cal.	17	
	A	xiiiiij cal.	18	Marci & Marcelliani fratrum mart.
xviij	b	xiiij cal.	19	Geruasij, & Protasij martyrum.
vj	c	xij cal.	20	Syluerij Papæ & martyris.
	d	xj cal.	21	
xiiiiij	e	x cal.	22	Paulini Episc. & confessoris.
iiij	f	ix cal.	23	Vigilia.
	g	viiij cal.	24	Natiuitas S. Ioannis Baptistæ duplex.
xj	A	vij cal.	25	De Octaua Natiuit. S. Ioannis Baptistæ.
	b	vj cal.	26	Ioannis & Pauli martyrum, semidup. cum commemorat. Octauæ Natiuit. S. Ioannis.
xix	c	v cal.	27	De Octaua Natiuit. S. Ioannis.
viiiij	d	iiiiij cal.	28	Leonis Papæ, & confessoris, semidup. cum commemorat. Octauæ, & Vigiliæ.
	e	iiij cal.	29	Petri & Pauli Apostolorum duplex.
xvj	f	Prid. cal	30	Cōmem. S. Pauli Apost. dupl. cum comm Oct. S. Ioan.

Iunij	I	Horas	15	Nox	9
dies	10	habet	15		9
	20		15		9

# I V L I V S

Habet dies xxxj. Luna xxx.

v	g	Calēda	1	Oēt. S. Ioan. Bapt. dupl. cum commem. Oēt. Apost.
	A	vj no.	2	Visitatio B. Mariæ, dupl. cum commem. Oēt. Apost. & SS. Processi, & Martiniāni mart.
xiiij	b	v no.	3	De Oētaua Apostolorum.
ij	c	iiij no.	4	De Oētaua.
	d	iiij no.	5	De Oētaua.
x	e	Prid. no.	6	Oētaua Apost. Petri, & Pauli, duplex.
	f	Nonis.	7	
xviiij	g	viiij id.	8	
vij	A	vij id.	9	
	b	vj id.	10	Septem fratrum mart. & SS. Ruffinæ, ac Secundæ virg. & mart. semiduplex.
xv	c	v id.	11	Pij Papæ & martyris.
iiiiij	d	iiij id.	12	Naboris, & Felicis martyrum.
	e	iiij id.	13	Anacleti Papæ & martyris, semiduplex.
xij	f	Prid. Id.	14	Bonauenturæ pont. & confess. semiduplex.
j	g	Idibus.	15	
	A	xvij cal.	16	
ix	b	xvj cal.	17	Alexij confessoris.
	c	xv cal.	18	Symphorosæ cum septem filiis martyribus.
xviiij	d	xiiiiij cal.	19	
vij	e	xiiij cal.	20	Margaritæ virginis & martyris.
	f	xij cal.	21	Praxedis virginis.
xiiiiij	g	xj cal.	22	Mariæ Magdalenæ, duplex.
iiij	A	x cal.	23	Apollinaris Episcopi & martyris, semiduplex.
	b	ix cal.	24	Vigilia, & commem. S. Christinæ virg. & mart.
xj	c	viiij cal.	25	Iacobi Apost. duplex & commem. S. Christophori mart. in Missis priuatis.
xix	d	vij cal.	26	
	e	vj cal.	27	Pantaleonis martyris.
viiij	f	v cal.	28	Nazarij, Celsi, & Victoris Papæ & mart. & Innocentij Papæ & confess. semidupl.
	g	iiiiij cal.	29	Marthæ virg. semidupl. & com. SS. Felicis Papæ, Simplificij, Faustini & Beatricis mart.
xvj	A	iiij cal.	30	Abdon, & Sennen martyrum.
v	b	Prid. cal.	31	

Iulij	I	Horas	14	3	Nox	9	1
dies	10	habet	14	2		9	2
	20		14	1		9	3



**A V G V S T V S**

**Habet dies xxxj. Luna xxix.**

xij	c	Calédis.	1	Petri ad vincula, dupl. & commem. SS. Machab. mart.
ij	d	iiij no.	2	Sephani Papæ & mart.
	e	iiij no.	3	Inuent. S. Stephani protomart. <b>semidupl.</b>
x	f	Prid. no.	4	Dominici confessoris, duplex.
	g	Nonis.	5	Dedicatio S. Mariæ ad Niues, duplex.
xvij	A	viiij id.	6	Transfiguratio Domini, dupl. & commem. SS. Xisti Papæ, Felicissimi, & Agapiti mart.
vij	b	vij id.	7	Donati Episcopi & martyris.
	c	vij id.	8	Cyriaci, Largi, & Smaragdi, mart. <b>semidupl.</b>
xv	d	v id.	9	Vigilia, & commem. S. Romani mart.
iiij	e	iiij id.	10	Laurentij martyris; duplex.
	f	iiij id.	11	De Oct. S. Laur. cum commem. SS. Tib. & Suf. mart.
xij	g	Prid. Id.	12	De Oct. & comm. S. Claræ virginis.
j	A	Idibus.	13	De Oct. & comm. SS. Hippolyti & Cassiani martyrum.
	b	xix cal.	14	De Vigilia, cum commem. Oct. & S. Eusebij confess.
ix	c	xviiij cal.	15	Assumptio B. Mariæ virg. duplex.
	d	xvij cal.	16	De Oct. Assump. B. Mariæ, cum comm. Oct. S. Laurent.
xvij	e	xvj cal.	17	Oct. S. Laurent. duplex. & commem. Oct. Assumpt.
vj	f	xv cal.	18	De Octaua, & commem. S. Agapiti mart.
	g	xiiij cal.	19	De Octaua.
xiiij	A	xiiij cal.	20	Bernardi Abb. dupl. cum commem. Oct. Assumpt.
iiij	b	xij cal.	21	De Octaua.
	c	xj cal.	22	Oct. Assump. B. Mariæ, dupl. & commem. SS. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani mart.
xj	d	x cal.	23	Vigilia.
xix	e	ix cal.	24	Bartholomæi Apost. dupl. Romæ celebr. 25.
	f	viiij cal.	25	Ludouici Regis Franciæ, confessoris.
vij	g	vij cal.	26	Zepherini Papæ & martyris.
	A	vij cal.	27	(S. Hermetis mart.)
xvj	b	v cal.	28	August. Episc. confess. & Eccles. Doct. dup. & cōm
v	c	iiij cal.	29	Decollatio S. Ioannis Baptist. duplex. & commem. S. Sa- binæ martyris.
	d	iiij cal.	30	Felicis & Adaucti martyrum.
xiii	e	Prid. cal.	31	

Augusti	1	Horas	14	Nox	10
dies	10	habet	13	2	10
	20		13		11

# S E P T E M B E R

Habet dies **XXX.** Luna **XXX.**

ij	f	<b>Calēdis</b>	1	Egidij Abbatis, & <b>commem.</b> Sanctorum martyrum duodecim fratrum.
	g	iiij no.	2	
x	A	iiij no.	3	
	b	Prid.no.	4	
xvii	c	<b>Nonis.</b>	5	
vij	d	viiij id.	6	
	e	vij id.	7	
xv	f	vj id.	8	<b>Natiuitas beatæ Mariæ, duplex. &amp; cōm.</b> S. Adriani mart. in Missis priuatis.
iiiiij	g	v id.	9	De Oct. S. Mariæ, & <b>commem.</b> S. Gorgonij mart.
	A	iiiiij id.	10	De Octaua.
xij	b	iiij id.	11	De Oct. & <b>comm.</b> SS. Proti, & Hyacinthi mart.
j	c	<b>Prid. Id</b>	12	De Octaua.
	d	<b>Idibus.</b>	13	De Octaua.
ix	e	xviiij cal.	14	Exaltatio S. Crucis, <b>dup. cum cōm.</b> Oct. Nat. S. Mariæ.
	f	xvii cal.	15	Oct Natiuit. B. Marię, <b>dupl. cum cōm.</b> S. Nicomedis mart.
xvi	g	xvj cal.	16	Cornelij, & Cypriani pont. & mart., <b>semidupl. &amp; cōmem.</b> SS. Eufemię, Lucię, & Geminiani mart.
vj	A	xv cal.	17	
	b	xiiii cal.	18	
xiii	c	xiii cal.	19	
iiij	d	xij cal.	20	Vigilia, & <b>commem.</b> S. Eustachij, & soc. mart.
	e	xj cal.	21	<b>Matthęi Apostoli, duplex.</b>
xj	f	x cal.	22	Mauritij & sociorum martyrum.
xix	g	ix cal.	23	Lini Papę & mart. <b>semid. &amp; cōm.</b> S. Theclę virg. & mart.
	A	viiij cal.	24	
viiij	b	vij cal.	25	
	c	vj cal.	26	Cypriani & Iustinię martyrum.
xv	d	v cal.	27	Cosmę, & Damiani mart. <b>semidupl.</b>
v	e	iiiiij cal.	28	
	f	iiij cal.	29	<b>Dedicatio S. Michaelis Archangeli, dupl.</b>
xiiij	g	<b>Prid. cal</b>	30	Hieronymi presbyt. confess. & Eccles. Doct. <b>dupl.</b>

---

Septembris	1	Horas	12	2	Nox	11	2
dies	10	habet	12			12	
	20		11			13	

---



# O C T O B E R

Habet dies xxxj. Luna xxix.

ij	A	Calēdis.	1	Remigij Episcopi & confessoris.
x	b	vj no.	2	
	c	v no.	3	
xvij	d	iiij no.	4	Francisci confessoris, duplex.
vij	e	iiij no.	5	
	f	Prid.no.	6	
xv	g	Nonis.	7	Sancti Marci Papæ & confess. & comm. SS. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apulei martyrum.
iiij	A	viiij id.	8	
	b	vij id.	9	Dionysij, Rustici, & Eleuth. mart. semidupl.
xij	c	vj id.	10	
j	d	v id.	11	
	e	iiij id.	12	
ix	f	iiij id.	13	
	g	Prid. Id.	14	Calisti Papæ & martyris, semiduplex.
xvij	A	Idibus.	15	
vj	b	xvij cal.	16	
	c	xvj cal.	17	
xiiij	d	xv cal.	18	Lucæ Euangelistæ, duplex.
ij	e	xiiij cal.	19	
	f	xiiij cal.	20	
xj	g	xij cal.	21	Hilarionis Abbatis, & comm. SS. Ursulæ, & sociarum virginum, & martyrum.
	A	xj cal.	22	
xix	b	x cal.	23	
viiij	c	ix cal.	24	
	d	viiij cal.	25	Chryfanti, & Dariæ martyrum.
xvj	e	vij cal.	26	Euaristi Papæ, & martyris.
v	f	vj cal.	27	Vigilia.
	g	v cal.	28	Simonis & Iudæ Apostolorum, duplex.
xiiij	A	iiij cal.	29	
ij	b	iiij cal.	30	
	c	Prid. cal.	31	Vigilia.

Octobris	I	Horas	II		13
dies	IO	habet	IO	2	Nox 13 2
	20		IO		14

# N O V E M B E R

Habet dies **xxx.** Luna **xxx.**

x	d	Calēdis.	1	Festum omnium sanctorum, duplex.
	e	iiij no.	2	Commemoratio omnium fidelium Defunctorū, dupl. & de Oct. omnium Sanctorum.
xviiij	f	iiij no.	3	De Octaua.
vij	g	Prid.no.	4	De Oct.& comm. SS.Vitalis,& Agricolæ martyrum.
	A	Nonis.	5	De Octaua.
xv	b	viiij id.	6	De Octaua.
iiiiij	c	vij id.	7	De Octaua.
	d	vj id.	8	Oct.omniū.SS.dup.& cōm.SS.Quatuor Coronat.mart.
xij	e	v id.	9	Dedicat. Basilicæ Saluat. dup.& cōm.S.Theodori mart.
j	f	iiiiij id.	10	Triphonis, Respicij, & Nymphæ mart.
	g	iiij id.	11	Martini Episc. & conf. dupl. & cōmem. S. Menæ mart.
ix	A	Prid. Id.	12	Martini Papæ & martyris, semiduplex.
	b	Idibus.	13	
xvij	c	xviiij cal.	14	
vj	d	xvij cal.	15	
	e	xvj cal.	16	
xiiiiij	f	xv cal.	17	Gregorij Thaumaturgi Episcopi, & confess.
iiij	g	xiiiiij cal.	18	Dedicatio Basilicarum Petri & Pauli, dupl.
	A	xiiij cal.	19	Pontiani Papæ & martyris.
xj	b	xij cal.	20	
xix	c	xj cal.	21	
	d	x cal.	22	Cæcilie virginis & martyris, semidupl.
viiij	e	ix cal.	23	Clementis Papæ, & martyris, semidupl. & commem. S. Felicitatis martyris.
	f	viiij cal.	24	Chryfogoni martyris.
xvj	g	vij cal.	25	Catharinæ virginis & martyris, duplex.
v	A	vj cal.	26	Petri Alexandrini Episcopi & martyris.
	b	v cal.	27	
xiiiiij	c	iiiiij cal.	28	
iiij	d	iiij cal.	29	Vigilia, & commem. S. Saturnini mart.
	e	Prid. cal.	30	Andree Apostoli, duplex.

---

Nouembris	I	Horas	9	3		14	1
dies	10	habet	9	2	Nox	14	2
	20		9	1		14	3

---



# D E C E M B E R

Habet dies xxxj Luna xxix.

x	f	Calēdis.	1	
xvij	g	iiij no.	2	Bibianæ virg. & martyris.
vij	A	iiij no.	3	
	b	Prid. no	4	Barbaræ virg. & martyris, commemorat.
xv	c	Nonis.	5	Sabbæ Abbatis, commemorat.
iiiiij	d	vij id.	6	Nicolai Episcopi & confessoris, semidupl.
	e	vij id.	7	Ambrosij Episc. & confess. & Eccles. Doct. dupl.
xii	f	vj id.	8	* Conceptio beatæ Mariæ, duplex.
i	g	v id.	9	
	A	iiij id.	10	Melchiadis Papæ & martyris, commem.
ix	b	iiij id.	11	Damasi Papæ & confessoris, semidupl.
	c	Prid. Id	12	
xvij	d	Idibus.	13	Luciæ virginis & martyris, duplex.
vj	e	xix cal.	14	
	f	xviiij cal.	15	
xiiiij	g	xvij cal.	16	
iiij	A	xvj cal.	17	
	b	xv cal.	18	
xj	c	xiiii cal.	19	
xix	d	xiiij cal.	20	Vigilia.
	e	xij cal.	21	Thomæ Apostoli, duplex.
viiij	f	xj cal.	22	
	g	x cal.	23	
xvj	A	ix cal.	24	Vigilia.
v	b	viiij cal.	25	Natiuitas Domini nostri Iesu Christi, dupl.
	c	vij cal.	26	Stephani protomart. dupl. & comm. Oct. Natiuit.
xiiij	d	vj cal.	27	Ioannis Apost. & Euang. dupl. & commem Octauarum.
ij	e	v cal.	28	SS. Innoc. mart. dupl. & commem. Octauarum.
	f	iiij cal.	29	Thomæ Cant. Episc. & mart. semidup. & commem. Oct.
x	g	iiij cal.	30	De Dñica infra Oct. Natiuit. vel de Oct. cum com. Oct.
	A	Prid. cal.	31	Siluestri Papæ & confess. dupl. cum commemorat. Oct.

Decembris	I	Horas	9	Nox	15
dies	10	habet	9		15
	20		9		15

Aduentus Domini inchoatur Dominica proximiori festo S. Andree, vel ipsa die S. Andree, si in Dominica venerit. Quatuor Tempora celebrantur quarta & sexta Feria, & Sabbatho post tertiam Dominicam Aduentus, post primam Dominicam Quadragesimæ, post Pentecosten, & post Festum Exaltationis sanctæ Crucis.

DIES NUPTIARVM EX DECRETO CONCILII TRIDENT.

A Dominica prima Aduentus vsque in diem Epiphaniæ, & à Feria quarta Cinerum vsque ad Octauam Paschæ inclusiuè, sollemnitates nuptiarum prohibentur, aliis temporibus permittuntur.

## ELVCIDATIO CALENDARII.

**I**N CALENDARIO locatur primò Aureus numerus, deinde literæ Dominicales & Feriali; tertio numerus Calendarum, Nonarum, & Iduum: quartò dies cuiusque mensis cum Festis Sanctorum suo loco.

AUREVS NUMERVS.

xiiij. xliij. xv. xvj. xvij. xviiij. xix.

j. ij. iij. iiij. v. vj. vij. viij. ix. x. xj. xij.

*IN* superiori numerorum serie sic deprehenditur Aureus numerus: Primus numerus qui est *xij.* tribuatur anno 1570. Sequens qui est *xliij.* tribuatur anno 1571. & sic deinceps, donec ad annum currentem perueniatur. Finitis decem & nouem annis, redeundum est ad principium. Sic autem in singulis mensibus est accommodatus, ut ubi cadit in Calendario, ibi sit Nouilunium.

LITERÆ DOMINICALES.

A. G. F. D. C. B. A. F. E. D. C. A. G. F. E. C. B.

E. G. B. D.

A. G. E. D. C. B. G. F. E. D. B.

F. A. C.

*IN* superiori tabula litera Dominicalis singulis annis sic inuenitur: Prima litera qua est *A.* tribuatur Anno 1570. Sequens qua est *G.* tribuatur anno 1571. Similiter & in annis sequentibus, litera super quam cadit millesimum illius anni, erit litera Dominicalis: qua si duplex fuerit, annus bissextilis intelligitur, & tunc superior vsque ad Festum S. Matthiae, inferior ad reliquum anni deferuiet. Finitis 28. annis, redeundum est ad principium.

DE NUMERO NONARVM ET IDVVM  
cuiusque mensis. Versus.

Sex Maius Nonas, October, Iulius & Mars:

Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo.

QVA DIE MENSIS CALENDÆ, NONÆ,  
& Idus sumuntur.

*PRIMA* quaque mensis die dicitur, Calendis; ubi autem Nonæ fuerint quatuor, quinta die dicitur, Nonis; decima tertia, Idibus. Vbi fuerint sex, septima die dicitur, Nonis; decima quinta Idibus; reliquis vero diebus dicitur, Pridie, tertio, quarto Calendas, aut Nonas, aut Idus, retrorsum numerando vsque ad eundem diem, quo aut Calendas, aut Nonis, aut Idibus dicitur.

DE ANNO ET EIVS PARTIBVS.

*ANNVS* habet Menses duodecim; Hebdomadas quinquaginta duas, cum die vno; Dies trecentos sexaginta quinque, & sex Horas. Hoc enim temporis interuallo Sol Zodiacum circuit. Quatuor autem sex hora singulis quaternis annis diem constituunt; hinc annus ille fit intercalaris, qui bissextilis dicitur.

DE NUMERO DIERVM CUIVSQVE  
mensis, Versus.

Triginta Aprilis, Iunius, Septemque Nouemque:

Vno plus alij, viginti Februus octo:

At si bissextus fuerit, superadditur vnus,

Et tunc bis sexto Marsi conscribe Calendas.

DE INCREMENTO DIERVM ET NOCTIVM.

*IN* precedenti etiam Calendario post finem cuiusque mensis indicantur incrementa, & diminutiones dierum & noctium in decimum quemque diem mensis, per horas duntaxat integras, & quartas hora partes: in quibus designandis preposito dierum numero sequenti priori numero hora, altero quarta significantur.

\*\*\*\*\*



TABVLA PERPETVA

Litera Domi- nicalis.	Aureus nu- merus.	Septuageli- ma.	Dies Cine- rum.	Dies Pa- schæ.
<b>A</b>	1. 4. 9. 12. 2. 5. 13. 16. 3. 6. 11. 14. 17. 7. 10. 15. 18. 8. 19.	5 Febr. 22 Ianu. 12 Febr. 29 Ianu. 19 Febr.	22 Febr. 8 Febr. 1 Martij 15 Febr. 8 Martij	9 April. 26 Martij 16 April. 2 April. 23 April.
<b>B</b>	1. 9. 12. 17. 2. 5. 13. 16. 3. 6. 11. 14. 4. 7. 10. 15. 18. 8. 19.	6 Febr. 23 Ianu. 13 Febr. 30 Ianu. 20 Febr.	23 Febr. 9 Febr. 2 Martij 16 Febr. 9 Martij	10 April. 27 Martij 17 April. 3 April. 24 April.
<b>C</b>	1. 6. 9. 12. 17. 2. 5. 10. 13. 16. 3. 11. 14. 19. 4. 7. 15. 18. 8.	7 Febr. 24 Ianu. 14 Febr. 31 Ianu. 21 Febr.	24 Febr. 10 Febr. 3 Martij 17 Febr. 10 Martij	11 April. 28 Martij 18 April. 4 April. 25 April.
<b>D</b>	1. 6. 9. 17. 2. 5. 10. 13. 3. 8. 11. 14. 19. 4. 7. 12. 15. 18. 16.	8 Febr. 25 Ianu. 15 Febr. 1 Febr. 18 Ianu.	25 Febr. 11 Febr. 4 Martij 18 Febr. 4 Febr.	12 April. 29 Martij 19 April. 5 April. 22 Martij
<b>E</b>	1. 4. 7. 12. 15. 2. 10. 13. 18. 3. 8. 11. 19. 5. 16. 6. 9. 14. 17.	2 Febr. 26 Ianu. 16 Febr. 19 Ianu. 9 Febr.	19 Febr. 12 Febr. 5 Martij 5 Febr. 26 Febr.	6 April. 30 Martij 20 April. 23 Martij 13 April.
<b>F</b>	1. 4. 12. 15. 2. 7. 10. 13. 18. 3. 6. 9. 14. 17. 5. 16. 8. 11. 19.	3 Febr. 27 Ianu. 10 Febr. 20 Ianu. 17 Febr.	20 Febr. 13 Febr. 27 Febr. 6 Febr. 6 Martij	7 April. 31 Martij 14 April. 24 Martij 21 April.
<b>G</b>	1. 4. 9. 12. 15. 2. 7. 10. 18. 3. 6. 14. 17. 5. 13. 16. 8. 11. 19.	4 Febr. 28 Ianu. 11 Febr. 21 Ianu. 18 Febr.	21 Febr. 14 Febr. 28 Febr. 7 Febr. 7 Martij	8 April. 1 April. 15 April. 25 Martij 22 April.

FESTORVM MOBILIVM.

Ascensio Domini.	Dies Pentecostes.	Corpus Christi.	Dominica post Pent.	Aduentus Domini.
18 Maij	28 Maij	8 Iunij	26	3 Decemb.
4 Maij	14 Maij	25 Maij	28	3 Decemb.
25 Maij	4 Iunij	15 Iunij	25	3 Decemb.
11 Maij	21 Maij	1 Iunij	27	3 Decemb.
1 Iunij	11 Iunij	22 Iunij	24	3 Decemb.
19 Maij	29 Maij	9 Iunij	25	27 Nouemb.
5 Maij	15 Maij	26 Maij	27	27 Nouemb.
26 Maij	5 Iunij	16 Iunij	24	27 Nouemb.
12 Maij	22 Maij	2 Iunij	26	27 Nouemb.
2 Iunij	12 Iunij	23 Iunij	23	27 Nouemb.
20 Maij	30 Maij	10 Iunij	25	28 Nouemb.
6 Maij	16 Maij	27 Maij	27	28 Nouemb.
27 Maij	6 Iunij	17 Iunij	24	28 Nouemb.
13 Maij	23 Maij	3 Iunij	26	28 Nouemb.
3 Iunij	13 Iunij	24 Iunij	23	28 Nouemb.
21 Maij	31 Maij	11 Iunij	25	29 Nouemb.
7 Maij	17 Maij	28 Maij	27	29 Nouemb.
28 Maij	7 Iunij	18 Iunij	24	29 Nouemb.
14 Maij	24 Maij	4 Iunij	26	29 Nouemb.
30 Aprilis	10 Maij	21 Maij	28	29 Nouemb.
15 Maij	25 Maij	5 Iunij	26	30 Nouemb.
8 Maij	18 Maij	29 Maij	27	30 Nouemb.
29 Maij	8 Iunij	19 Iunij	24	30 Nouemb.
1 Maij	11 Maij	22 Maij	28	30 Nouemb.
22 Maij	1 Iunij	12 Iunij	25	30 Nouemb.
16 Maij	26 Maij	6 Iunij	26	1 Decemb.
9 Maij	19 Maij	30 Maij	27	1 Decemb.
23 Maij	2 Iunij	13 Iunij	25	1 Decemb.
2 Maij	12 Maij	23 Maij	28	1 Decemb.
30 Maij	9 Iunij	20 Iunij	24	1 Decemb.
17 Maij	27 Maij	7 Iunij	26	2 Decemb.
10 Maij	20 Maij	31 Maij	27	2 Decemb.
24 Maij	3 Iunij	14 Iunij	25	2 Decemb.
3 Maij	13 Maij	24 Maij	28	2 Decemb.
31 Maij	10 Iunij	21 Iunij	24	2 Decemb.



**A**D maiorem commoditatem inueniendi Festa mobilia, posita est præcedens tabula : in qua , inuenta litera Dominicali, & apud eã Aureo numero anni currentis, ad rectam lineam eiusdem Aurei numeri progrediendo, omnia Festa mobilia illius anni, quo die & mense aduenerint, reperiuntur. In anno autẽ Bissextili semper Septuagesima quærenda est per primam literam Dominicalem. Quod si ipsa Septuagesima venerit ante **III.** Idus Februarij, etiam dies Cinerum per ipsam primã literam debet quæri. Si verò Septuagesima post **III.** Idus Februarij venerit, dies Cinerum cum reliquis Festis mobilibus quærenda est per secundam literam Dominicalem, quæ mutatur in festo S. Matthiæ. Si autem numerus dierum Septuagesimæ & aliorum Festorum mobilium ad rectam lineam Aurei numeri anni currentis in secunda litera assignatus, superet numerũ dierum huiusmodi ad rectam lineam eiusdem aurei numeri in prima litera assignatum: tunc reliqua Festa mobilia post Septuagesimam non erũt sumenda ad rectam lineã Aurei numeri currentis in secunda litera, sed ad rectam lineam Septuagesimæ, quæ vnus diei numero minus in secunda litera signatur. Vt, si in litera **D**, Septuagesima signatur **15.** Februarij, Cineres & reliqua Festa mobilia sumuntur ad rectam lineam Septuagesimæ, quæ in secunda litera **C**, ponitur **14** Februarij: & in huiusmodi aliis similiter. Quia numerus dierum in secunda litera signatus, vno die semper in anno Bissextili minuitur à numero dierum primæ literæ.

# ALIA TABVLA PERPETVA AD INVENIEN-

D.V.M. FESTA MOBILIA.

Literæ Mart.	Aureus numer.	Litera Dom.	Septua- gelima.	Cinis.	Pascha.	Ascen- sio.	Pente- cost.	Corpus Dni.
h	5	d	18. Janu.	4. Febr.	22. Mar.	30. Apr.	10. Maij.	21. Maij.
q	13	e	19	5	23	1. Maij.	11	22
c	2	f	20	6	24	2	12	23
n	10	g	21	7	25	3	13	24
b	18	A	22	8	26	4	14	25
k	7	b	23	9	27	5	15	26
f	15	c	24	10	28	6	16	27
g	4	d	25	11	29	7	17	28
p	12	e	26	12	30	8	18	29
d	1	f	27	13	31	9	19	30
m	9	g	28	14	1. April.	10	20	31
A	17	A	29	15	2	11	21	1. Junij.
i	6	b	30	16	3	12	22	2
r	14	c	31	17	4	13	23	3
f	3	d	1. Febr.	18	5	14	24	4
o	11	e	2	19	6	15	25	5
c	19	f	3	20	7	16	26	6
v	8	g	4	21	8	17	27	7
		A	5	22	9	18	28	8
		b	6	23	10	19	29	9
		c	7	24	11	20	30	10
		d	8	25	12	21	31	11
		e	9	26	13	22	1. Junij.	12
		f	10	27	14	23	2	13
		g	11	28	15	24	3	14
		A	12	1. Mart.	16	25	4	15
		b	13	2	17	26	5	16
		c	14	3	18	27	6	17
		d	15	4	19	28	7	18
		e	16	5	20	29	8	19
		f	17	6	21	30	9	20
		g	18	7	22	31	10	21
		A	19	8	23	1. Junij.	11	22
		b	20	9	24	2	12	23
		c	21	10	25	3	13	24
		d	22					

**I**n præfenti tabula quærat<sup>r</sup> Aureus numerus anni currentis, sub quo litera Dominicalis anni eiusdem quæ prima occurrerit. Nam ex eius directo habebuntur Festa mobilia ipsius anni, quoto scilicet die mensis celebrentur: qui dies eius mensis est, cuius nomen proximè superscribitur. Verùm in anno Bissextili ex geminis literis Dominicalibus capienda est posterior, quæ scilicet post sancti Matthiæ festum anno seruit. Sed tunc Septuagesima, ac etiam Quadragesima, si intra Februarium ceciderit, celebranda est postridie quàm Tabula indicabit.

**A** sinistro latere eiusdem Tabulæ existunt etiam literæ Martyrologij, aureo numero accommodatæ, vt eo habito deprehendatur è regione litera Martyrologij tali anno debita. Hoc anno <sup>1570.</sup> cum aureus numerus sit <sup>13.</sup> Litera Martyrologij erit **Q**. Sequenti anno quia Aureus numerus curret <sup>14.</sup> erit litera Martyrologij **R**. &c. Finitis <sup>19.</sup> annis, redeun- dum est ad principium cum annis currentibus. <sup>1571.</sup>









# PROPRIVM MISSARVM DE TEMPORE.

DOMINICA  
PRIMA DE  
Aduentu.

*Statio ad sanctam Ma-  
riam maiorem.*

Ad Missam Introitus.



**A**D te leuavi  
animã meã:  
Deus meus  
in tecõfido,  
non erube-  
scam: neque irrideãt me ini-  
mici mei: etenim vniuersi,  
qui te expectant, nõ confun-  
dentur. *Psal.* Vias tuas Do-  
mine demonstra mihi, & se-  
mitas tuas edoce me. *ꝯ.* Glo-  
ria patri, & filio, & sp̃ritui  
sancto. Sicut erat in princi-  
pio, & nunc, & semper, & in  
sæcula sæculorum, Amen.

Quo finito repetitur Introi-  
tus, Ad te leuavi. vsque ad  
Psalmum.

Hic modus repetēdi Introi-  
tum seruatur per totũ annũ.  
Non dicitur G loria in excel-  
sis, ab hac Dominica vsque  
ad Natiuitatem Domini, ni-  
si in Festis.

O remus.

Oratio.

**E**Xcita, quæsumus,  
Dõmine, potētiam  
tuam, & veni: vt ab im-  
minētibus peccatõrum  
nostrõrum periculis te  
mereãmur protegēte é-  
ripi, te liberante saluãri.  
Qui viuis & regnas cum  
Deo patre in vnitãte sp̃i-  
ritus sancti, Deus: per oĩa  
sæcula sæculorũ. *Rz.* Amē.



¶ Ab hac die vsque ad Vigiliam Natiuitatis Domini post Orationem diei dicitur Oratio, Deus qui de beatæ Mariæ. & Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium fidelium. vt infra.

¶ Si autem faciendâ sit commemoratio alicuius festi simplicis occurrentis, post Orationem diei dicitur Oratio de sancto, tertia de sancta Maria.

Oratio de sancta Maria.

**D**eus, qui de beatæ Mariæ virginis utero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt, qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Contra persecutores Ecclesiæ.

**E**cclésiæ tuæ, quæsumus, Domine, preces placatus admittite: vt, destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secûra tibi seruiat libertate. Per Dominum.

Vel pro Papa.

**D**eus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest, proficere: vt ad vitam vnâ cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: qui tecum viuit & regnat, in unitate spiritus sancti, Deus: per omnia sæcul. **R.** Amen.

¶ Infra hebdomadas Aduentus, quando dicitur Missa de festo semiduplici, secunda Oratio erit de Aduentu, tertia de sancta Maria, quæ terminatur sic: Per eundem Dominum nostrum, &c.

Si autem dicatur Missa de festo duplici, post Orationem festi dicitur Oratio tantum de Aduentu.

¶ In Aduentu de festis simplicibus non dicitur Missa conuentualis, sed eorum fit tantum commemoratio.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.

**F**ratres: Scièntes, quia hora est cap. 13. iam nos de somno surgere. Nunc autem propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox præcessit: dies autem appropinquauit. Abiiciam ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Sicut in die, honestè ambulemus. Non in comessationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, et impudiciis: non in cõtentione & emulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum.

**Graduale.** Vniuersi, qui te expectant, psal. 134. non confundentur, Domine.

**Ps.** Vias tuas, Domine, notas fac mihi: & semitas tuas edoce me.

**A**lleluia, alleluia. **Ps.** Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis, alleluia. psal. 134.

¶ In Feriis Aduentus quando per hebdomadam resumitur Missa de Dominica, non dicitur Alleluia, nec Versus sequens, sed tantum Graduale.

Sequen-



Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.

**I**n illo tēpore: Dixit I E S V S discipulis suis. Erunt signa in sole, & luna, & stellis: & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuū: arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi. Nam virtutes cælorum mouebuntur. Et tūc videbunt filiū hōminis venientem in nube, cum potestate magna, & maiestate. His autē fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneā, & omnes arbores: cum producant iam ex se fructum, scitis, quoniam prope est estas. Ita & vos, cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnū Dei. Amen dico vobis: quia nō præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt: verba autē mea nō transibūt.

Et dicitur **C**redo.

**Psal. 24.** **Offertor.** Ad te leuavi animā meam: Deus meus in te confido, non erubescā: neque irideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectāt, nō confundentur.

Secreta.

**H**æc sacra nos, Dñe, potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principiū. Per Dñm nostrum Iesum Christū

filiū tuum: qui tecum viuit & regnat, in vnitāte spīrit⁹ sancti, Deus: per oīa sæcula sæculorū. **R.** Amen.

De sancta Maria. Secreta.

**I**n mētibus nostris, quæsumus Dōmine, veræ fidei sacramenta confirma: vt, qui cōceptum de virgine Deum verum & hōminē confitemur: per eius salutiferæ resurrectionis potētiam, ad æternam mereāmur peruenire lætitiā.

Contra persecutores Ecclesiæ.

Secreta.

**P**rotege nos, Dñe, tuis mysteriis seruiētes: vt, diuinis rebus inhæretes, & corpore tibi famulēmur, & mente. Per Dōminum.

Vel pro Papa.

**O**blatis, quæsumus Dñe, placāre muneribus: & famulum tuum **N.** quem pastōrem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernā. Per Dōminum.

**Communio.** Dñs dabit benignitatē: **Psal. 84.**  
& terra nostra dabit fructum suum.

Postcommunio.

**S**uscipiāmus, Dñe, misericordiam tuā in medio templi tui: vt reparatiōnis nostrę ventūra sollemnia, congruis honoribus præcedāmus. Per Dōminum.

De Sancta Maria. Postcomm.

**G**ratiam tuā, quæsumus, Dōmine, mētibus nostris infunde: vt, qui, ángelo nunciāte, Christi



filijs tui incarnationē cognouimus:  
per passiōnem eius & crucē, ad re-  
surrectiōnis glōriam perducāmur.

Contra persecutores Ecclesiæ.

Postcommunio.

**Q**uæsumus Dñe Deus noster;  
vt, quos diuina trībuis parti-  
cipatiōne gaudere, humanis nō si-  
nas subiacere periculis. Per Dō-  
minum nostrum.

Vel pro Papa.

**H**æc nos, quæsumus Dōmine,  
diuini sacramenti percēptio  
prōteget: & famulū tuum **N.** quē  
pastōrem Ecclesiæ tuæ præesse vo-  
luisti: vnā cum commisso sibi gre-  
ge, saluet semper, & mūniat. Per  
Dōminum nostrum.

Dicitur, **B**enedicamus Domino. Et  
sic seruat quōties non dicitur, **G**loria  
in excelsis.

¶ Si infra hebdomadā dicenda sit Missa  
de Feria, semper resumitur Missa de Do-  
minica præcedenti, nisi propria Missa  
assignetur.

Cum verò in Aduentu, Quadragesi-  
ma, Quatuor tēporibus, Vigiliis & Ro-  
gationibus dicitur Missa de festo dupli-  
ci, vel semiduplici occurrente, semper fit  
commemoratio de Feria: & pro com-  
memoratioe Feriarum Aduentus di-  
citur Oratio Dominicæ præcedentis:  
nisi sint Quatuor tempora, in quibus ha-  
beretur Oratio propria.



**D O M I N I C A S E-**  
**cunda de Aduentu.**

*Statio ad S. Crucem in Hierusalem.*

Introitus.



**P**opulus Sion, ecce Dō-  
minus veniet ad saluā-  
das gentes: & auditam  
faciet Dominus glo-  
riam vocis suæ in læti-  
tia cordis vestri.

**Psal.** Qui regis Israel intende, qui de-  
ducis velut ouem Ioseph. **Y.** Gloria pa-  
tri. **N**on dicitur **G**loria in excelsis.

Oratio.

**E**xcita, Dōmine, corda nostra  
ad præparandas vnigēniti tui  
vias: vt per eius aduentum, purifi-  
cātis tibi mētibz seruire mereā-  
mur. Qui tecum viuit, & regnat in  
vnitāte spīritus sancti, Deus: per  
ōmnia sæcula sæculōrum. **R.** Amē.

Oratio de Sancta Maria.

**D**eus, qui de beate Marię vir-  
ginis vtero, verbum tuū an-  
gelo nunciante, carnem suscipere  
voluisti: præsta supplicibus tuis:  
vt, qui verè eam genitricē Dei cré-  
dimus: eius apud te intercessiōni-  
bus adiuuēmur.

Pro Papa.

Oratio.

**D**eus omnium fideliū pastor,  
& rector: famulū tuum **N.**  
quem pastōrem Ecclesiæ tuæ præ-  
esse voluisti, propitius respice: da  
ei, quæ-



ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest, proficere: vt ad vitã vnã cum grege sibi crédito peruëniat sempiternam. Per Dóminum nostrum.

*Vel contra persecutores Ecclesiæ Oratio, Ecclesiæ tuæ, vt in Dominica præterita.*

*Lectio epístolæ beati Pauli apóstoli ad Romanos.*

**Cap. 15.** **F**Ratres: Quæcunque scripta sunt, ad nostrã doctrinam scripta sunt: vt per patiëntiam & consolatiõnem scripturãrum spem habeamus. Deus autem patiëntiæ & solatiij, det vobis idípsum scãpere in alterutrũ secundũ Iesum Christũ: vt vnánimès, vno ore honorificëtis Deum, & patrem Dñi nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicẽ, sicut & Christus suscepit vos in honõrem Dei. Dico enim Christum Iesum ministrũ fuísse circumcisiõnis propter veritãtem Dei, ad confirmãdas promissiõnes patrũ. Gentes autẽ super misericórdia honorãre Deũ, sicut scriptũ est. Propterea confitẽbor tibi in gẽtibus Dñe, & nómini tuo cantãbo. Et iterum dicit. Lætãmini gentes cum plebe eius. Et iterũ. Laudãte omnes gẽtes Dñm, & magnificãte eũ omnes pópuli. Et rursum Isaiãas ait. Erit radix Iesse: & qui exúrget régere gentes, in eum gentes sperãbunt.

Deus autem spei répleat vos omni gáudio & pace in credẽdo: vt abũdëtis in spe, & virtũte spírit⁹ sancti.

*Graduale. Ex Siõ species decoris eius: psal. 49.*

Deus manifestè veniet. *ψ.* Congregate illi sanctos eius, qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia.

*A*lleluia, alleluia. *ψ.* Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus, alleluia. *psal. 122.*

*Sequẽtia sancti Euangelij secundum Matthæum.*

**Cap. 12.** **I**N illo tẽpore: Cũ audisset Ioãnes in vñculis opẽra Christi, mittēs duos ex discipulis suis, ait illi. Tu es qui ventũrus es, an alium expectãmus? Et respõdens Iesus, ait illis. Eũntes, renuciãte Ioãnni, quæ audistis, & vidistis. Cæci vident, claudi ambulãnt, leprósi mundantur, surdi audiunt, mórtui resurgunt, páuperes euangelizãntur. Et beãtus est, qui non fũerit scãdalizãtus in me. Illis autem abeũtibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioãne. Quid existis in defertum vidẽre? Arũdinem vento agitãtã? Sed quid existis vidẽre? Hóminem móllibus vestitum? Ecce, qui móllibus vestiũtur, in dómibus regum sunt. Sed quid existis vidẽre? Prophẽtam? Etiam dico vobis, & plus quãm prophẽtam. Hic est enim, de quo scriptum est. Ecce, ego mitto ángelum meum ante faciẽm tuam,



qui præparabit viam tuam ante te.

*Etdicitur C* redo.

*Pfal. 84.*

*Offertor.* Deus tu conuertens viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te: ostende nobis, Dñe, misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

*Secreta.*

**P**lacare, quæsumus, Domine, humilitatis nostræ precibus, & hostiis: & vbi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuis nobis succurre præsiidiis. Per Dominum.

*De sancta Maria. Secreta.*

**I**n mentibus nostris, quæsumus, Domine, veræ fidei sacramenta confirma: vt, qui cõceptum de virgine Deum verum, & hominẽ confitemur: per eius salutiferæ resurrectionis potẽtiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiã.

*Pro Papa.*

*Secreta.*

**O**blatis, quæsumus Domine, placare muneribus: & famulum tuũ **N** quem pastorẽ Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernã. Per Dominum.

*Vel cõtra persecutores Ecclesiæ. Secreta.* **P**rotege. vt in Dñica præterita, pag. 3.

*Bar. 4.*

*Communio.* Hierusalem surge, & sta in excelsis: & vide iucũditatem, quæ veniet tibi à Deo tuo.

*Postcommunio.*

**R**eplẽti cibo spirituãlis alimõniẽ supplexes te, Dõmine, deprecãmur; vt huius participatiõne

mystèrij, dõcea: nos terrẽna despicerẽ, & amãre cælẽstia. Per Dñm.

*De sancta Maria. Postcommunio.*

**G**ratiam tuã, quæsumus Dñe, mẽtib; nostris infunde: vt, qui, ángelo nũciãnte, Christi filij tui incarnatiõnẽ cognõuimus: per passiõnem eius & crucem, ad resurrectionis glõriã perducãmur.

*Pro Papa.*

*Postcommunio.*

**H**æc nos, quæsumus Dñe, diuini sacramenti percẽptio prõtegat: & famulum tuũ **N** quem pastõrem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti: vnã cum cõmissõ sibi grege, saluet semper & muniat. Per Dñm.

*Vel contra persecutores Ecclesiæ. Postcommunio.* Quæsumus Domine. vt in Dominica præterita. pag. 4.



## DOMINICA III.

de Auentu.

*Statio ad Sanctum Petrum.*

*Introitus.*



Audete in Dño semper: iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prope est: nihil solliciti sitis: sed in omni oratione petitiones vestræ innotescant apud Deum.

*Pfal.* Benedixisti Domine terrã tuam: *Pfal. 84.* auertisti captiuitatem Iacob. *¶* Gloria patri. *Non dicitur G*loria in excelsis.

*Ora.*



**Oratio.**

**A**vrem tuam, quæsumus Dómine, précibus nostris accómmoda: & mentis nostræ ténebras, grátia tuæ visitatiónis illústra. Qui viuis & regnas.

**Oratio de sancta Maria.**

**D**eus, qui de beátæ Mariæ vírginis vtero, verbú tuum, ángelo nunciante, carnem suscipere voluísti: præsta supplicibus tuis: vt, qui verè eam genitrícẽ Dei credimus: eius apud te intercessiónibus adiuuémur.

**Contra persecutores Ecclesiæ.****Oratio.**

**E**cclésiæ tuæ, quæsumus, Dómine, preces placátus admítte: vt, destrúctis aduersitatibus, & erróribus vniuersis: secúra tibi seruiat libertâte. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

**Vel pro Papa. Oratio.** Deus omnium fidelium. vt in prima Dominica.

**Lectio epístolæ beati Pauli apóstoli ad Philippenses.**

**Cap. 4.** **F**Ratres: Gaudete in Dómino semper: iterum dico, gaudete. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim prope est. Nihil solíciti sitis: sed in omni oratióne, & obsecratióne, cum grátiarum actióne, petitiónes vestræ innotéscant apud Deú. Et pax Dei quæ exúperat omnem sensum, cu-

stódiat corda vestra, & intelligétias vestras: in Christo Iesu Dño nostro.

**Graduale.** Qui sedes, Dñe, super Cherubim, excita potétiã tuã, & veni. **ψ.** Qui regis Israel intende; qui deducis, velut oué, Ioseph. Alleluia, alleluia. **ψ.** Excita, Domine, potétiam tuam, & veni: vt saluos facias nos, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélij secundum Ioánnem.**

**I**N illo témpore: Misérunt Iudæi **Cap. 1.** ab Hierosólymis sacerdotes & leuítas ad Ioánnẽ, vt interrogárẽt eũ: tu quis es? Et cõfessus est, & nõ negáuit. Et cõfessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogauerũt eũ. Quid ergo? Elías es tu? Et dixit. Nõ sum. Prophêta es tu? Et respõdit. Nõ. Dixérũt ergo ei. Quis es, vt respõsum dem⁹ his, qui misérũt nos? Quid dicis de teípso? Ait. Ego vox clamántis in desérto: dirígite viam Dómini, sicut dixit Isaías prophêta. Et qui missi fuerant, erãt ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixérunt ei. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Elías, neque prophêta? Respõdit eis Ioánnes, dicens. Ego baptizo in aqua: médius autem vestrũ stetit, quem vos nescítis. Ipse est, qui post me véturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrígiã calceaménti. Hæc in Bethánia facta sunt trans Iordânẽ,



ubi erat Ioannes baptizans.

Et dicitur Credo.

*Psal. 124.*

**Offertor.** Benedixisti, Domine, terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob: remisisti iniquitatem plebis tuæ.

*Secreta.*

**D**euotionis nostræ tibi, quæsumus, Dñe, hostia iugiter immoletur, quæ & sacri peragat instituta mysterij, & salutare tuum in nobis mirabiliter operetur. Per Dñm.

*De sancta Maria. Secreta.*

**I**n mentibus nostris, quæsumus, Dñe, veræ fidei sacramenta confirmata: ut, qui conceptum de virgine Deum verum, & hominem confitemur: per eius salutiferæ resurrectionis potetiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiã.

*Contra persecutores Ecclesiæ.*

*Secreta.*

**P**rotege nos, Dñe, tuis mysterijs seruietes: ut, diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dominum.

*Vel pro Papa. Secreta. Oblatis. ut in prima Dominica.*

*Isaiz 35.*

**Communio.** Dicite pusillanimes: confortamini, & nolite timere: ecce Deus noster veniet, & saluabit nos.

*Postcommunio.*

**I**mploramus, Dñe, clementiam tuam: ut hæc diuina subsidia, à vitis expiatis ad festa ventura nos præparent. Per Dominum.

*De sancta Maria. Postcommunio.*

**G**ratiam tuam, quæsumus, Dñe, mentibus nostris infunde: ut, qui, angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur.

*Contra persecutores Ecclesiæ.*

*Postcommunio.*

**Q**uæsumus, Dñe Deus noster: ut, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per Dominum nostrum.

*Vel pro Papa. Postcommunio. Hæc nos: ut in prima Dominica.*

## F E R I A Q V A R T A

*Quatuor temporum Aduentus.*

*Statio ad S. Mariam maiorem.*

*Introitus.*



Orate cæli desuper, & *Isaiz 45.*  
nubes pluant iustum:  
aperiatur terra, & germinet saluatorem.

*Psalm.* Cæli enarrant *Psal. 16.*

gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. *V.* Gloria patri.

*Post Kyrie eleison, immediatè dicitur,*  
**O**remus. Flectamus genua. *R.* Leuate.

*Oratio.*

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut redemptionis nostræ ventura sollénitas: & præsentis nobis vitæ subsidia conferat, & æternæ bea-



nae beatitudinis praemia largiatur.  
Per Dominum.

Prophetia.

Lectio Isaiae prophetae.

<sup>Cap. 2.</sup> **I**N diebus illis: Dixit Isaías propheta. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Dñi in vértice mótiū: & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes: & ibunt pópuli multi, & dicēt. Veníte, ascendámus ad montem Dómini, & ad domum Dei Iacob: & docébit nos vias suas: & ambulábimus in sémitis eius: quia de Sió exíbit lex, & verbum Dñi de Hierusalém. Et iudicábit gentes: & arguet pópulos multos. Et conflábūt gládios suos in vómeres, & lánceas suas in falces. Non leuábit gens cōtra gentem gládiū: nec exercebúntur vltra ad praelium. Domus Iacob veníte, & ambulémus in lumine Dei nostri.

<sup>Psal. 113.</sup> **Graduale.** Tollite portas principes vestras: & eleuamini portae aeternales: & introibit rex gloriae. **V.** Quis ascendet in móte Dñi: aut quis stabit in loco sancto eius: innocens manibus & múdo corde. **Hic dicitur V.** Dominus vobiscum. **sine** Flectamus genua. **Oratio.**

**F**estína, quæsumus Dñe, ne tardaueris: & auxiliū nobis supernae virtutis impēde: vt aduētus tui cōsolationib⁹ subleuētur, q̄ in tua pietate cōfidūt. Qui viuus & regn.

De sancta Maria. **Oratio.**

**D**Eus, qui de beatae Mariae virginis vtero, verbum tuū, ange lo nunciante, carnem suscipere voluisti: praesta supplicibus tuis: vt, qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuēmur.

Pro Papa. **Oratio.**

**D**Eus omniū fideliū pastor, & rector: famulū tuū **N.** quem pastore Ecclesiae tuae praesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exēplo, quibus praest, proficere: vt ad vitā vnā cū grege sibi crédito, peruēniat sempiternam. Per Dominum nostrum.

Vel cōtra persecutores Ecclesiae. **Oratio.** Ecclesiae tuae. vt in Dñica praeterita.

Lectio Isaiae prophetae.

<sup>Cap. 7.</sup> **I**N diebus illis: Locutus est Dñs ad Achaz dicens. Pete tibi signū à Dño Deo tuo in profundū inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Nō petā, & nō tētābo Dóminū. Et dixit. Audíte ergo domus Dauid. Nūquid parū vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dñs ipse vobis signū. Ecce virgo concipiet, & pariet filiū: & vocabitur nomē eius Emmāuel. Butyrum & mel cōmedet: vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

**Graduale.** Prope est Dñs oībus inuo-



cantibus eū, oībus qui inuocāt eū in veritate. *v̄*. Laudē Dñi loquetur os meū, & benedicat oīs caro nomē sanctum eius.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.*

**C**ap. 1. **I**N illo tempore: Missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatē Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem despōsatam viro, cui nomen erat Iosēph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingressus angelus, ad eam dixit. Aue grātia plena: Dōminus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cū audisset, turbāta est in sermōne eius: & cogitābat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim grātiam apud Deū. Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocābis nomē eius Iesum. Hic erit magnus: & filius altissimi vocābitur. Et dabit illi Dōminus Deus sedem Dauid patris eius: & regnābit in domo Iacob in eternū: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei. Spīritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrābit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum: vocābitur filius Dei. Et ecce Elisābeth cognāta tua: & ipsa cōcepit filium in senectūte sua. Et hic mēsis, est sextus illi quæ

vocatur stérilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbū. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Dōmini: fiat mihi secundum verbum tuum.

**Offertor.** Confortamini, & iam nolite timere: ecce enim Deus noster retribuet iudicium: ipse veniet & saluos nos faciet. *Isaie. 35.*

*Secreta.*

**A**Ccepta tibi sint, quæsumus Dñe, nostra ieiunia: quæ & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad promissa sempiterna perducant. Per Dominum.

*De sancta Maria. Secreta.*

**I**N mentibus nostris, quæsumus Domine, veræ fidei sacramenta confirma: vt, qui cōceptum de virgine Deum verum & hominē confitemur: per eius salutiferæ resurrectionis potentiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiā.

*Pro Papa. Secreta.*

**O**blatis, quæsumus Dñe, placare muneribus: & famulū tuū N. quem pastorē Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernā. Per Dominum.

*Vel contra persecutores Ecclesiæ. Secreta. Protege nos. vt in Dñica præterita.*

**Communio.** Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocābitur nomen eius Emmanuel. *Isaie 7.*

*Postcommunio.*

**S**alutaris tui, Domine, munere satiati, supplices deprecāmur:

vt cu-



vt cuius lætāmur gustū, renouē-  
mur effēctū. Per Dōminum.

*De sancta Maria. Postcommunio.*

**G**Rátiam tuā quæsumus, Dñe,  
Gmētibus nostris infūde: vt,  
qui, ángelo nūnciāte, Christi filij  
tui incarnatiōnem cognouimus:  
per passiōnem eius & crucē, ad re-  
surrectiōnis glóriam perducāmur.

*Pro Papa. Postcommunio.*

**H**Æc nos, quæsumus Dñe, di-  
uini sacramēti percēptio p-  
tegat: & famulū tuū. N. quē pastō-  
rem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti:  
vnà cū commisso sibi grege, saluet  
semper & mūniat. Per Dōminum.

*Vel cōtra persecutores Ecclesiæ. Post-  
communio. Quæsumus vt in Domini-  
ca præterita, pag. 8.*

cítius aduersitāte liberentur. Qui  
uiuus & regnas.

*De sancta Maria. Oratio.*

**D**Eus, qui de beatæ Mariæ vír-  
ginis vtero, verbum tuū, án-  
gelo nūnciāte, carnem suscipere  
voluisti: præsta supplicibus tuis: vt,  
qui verè eam genitricem Dei credi-  
mus, eius apud te intercessiōibus  
adiuuemur.

*Contra persecutores Ecclesiæ.*

*Oratio.*

**E**Cclésiæ tuæ, quæsumus, Dñe,  
preces placātus admítte: vt,  
destrúctis aduersitatibus & erróri-  
bus vniuersis: secúra tibi seruiat li-  
bertāte. Per Dōminum.

*Vel pro Papa. Deus omnium fideiū.  
vt in Feria quarta præcedenti.*

*Lectio Isaiæ prophætæ.*

**H**Æc dicit Dñs Deus. Egrediē- Cap. 11.  
tur virga de radice Iesse: &  
flos de radice eius ascēdet. Et re-  
quiescet super eum spíritus Dñi:  
spíritus sapiētiæ & intellēctus: spí-  
ritus consilij & fortitudinis: spíri-  
tus sciētiæ & pietatis: & replēbit  
eum spíritus timōris Dñi. Non se-  
cūdum visiōnem oculōrū iudicā-  
bit: neque secūndū auditum auriū  
arguet: sed iudicābit in iustitia pau-  
peres: & arguet in æquitāte pro  
mansuetis terræ. Et percūtiet ter-  
ram virga oris sui: & spíritū labiō-  
rum suōrum interficiet impiū.

Et

F E R I A S E X T A

*Quatuor temporum Aduentus.*

*Statio ad sanctos duodecim apostolos.*

*Introitus*

Rope es tu, Domine:  
& omnes viæ tuæ ve-  
ritas: initio cognoui  
de testimoniis tuis: qa  
in æternum tu es.



*Psal. 118*

*Ibidem.*

*Psal. Beati immaculati in via, qui am-  
bulant in lege Domini. ✠. Gloria patri.*

*Oratio.*

**E**Xcita, quæsumus Dñe, potén-  
tiam tuam, & veni: vt hi, qui  
in tua pietāte confidunt, ab omni



Et erit iustitia cingulum lumborū eius: & fides cinctoriū renū eius.

Psal. 84.

**Graduale.** Ostende nobis Dñe misericordiam tuā: & salutare tuum da nobis.

Ibidem.

**V.** Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

**Sequentia sancti Euangelij  
secundum Lucam.**

Cap. 1.

**I**n illo tempore: Exurgēs Maria abiit in mōtāna cū festinātiōne, in ciuitatē Iuda, & intrāuit in domum Zachariā: & salutāuit Elisabeth. Et factū est, vt audīuit salutatiōnem Marię Elisabeth: exultāuit infans in vtero eius. Et replēta est spīritu sancto Elisabeth: & exclamāuit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus vētris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Dñi mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutatiōnis tuę in auribus meis: exultāuit in gāudio infās in vtero meo. Et beāta quę credidisti: quoniam perficiētur ea, quę dicta sunt tibi à Dño. Et ait Maria. Magnificat anima mea Dñm. Et exultāuit spīritus meus, in Deo salutāri meo.

Psal. 84.

**Offertor.** Deus tu conuertens viuificabis nos: & plebs tua letabitur in te: ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Secreta.

**M**uneribus nostris, quęsum⁹ Domine, precibusq; susce-

ptis, & cęlestibus nos munda mysteriis, & clemēter exaudi. Per Dominum nostrum.

De sancta Maria. Secreta.

**I**n mentibus nostris, quęsumus Domine, verę fidei sacramenta confirma: vt, qui cōceptum de virgine Deū verū & hominē confitemur: per eius salutiferę resurrectiōnis potentiam, ad æternam mereamur peruenire letitiam.

Contra persecutores Ecclesię.

Secreta.

**P**rotege nos, Domine, tuis mysteriis seruiētes: vt, diuinis reb⁹ inhærētes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dominum.

Vel pro Papa, Oblatis. vt in Feria quarta præterita.

**Communio.** Ecce Dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna. Zach. 14.

Postcommunio.

**T**vi nos, Dōmine, sacramenti libatio sancta restauret: & à vetustate purgatos, in mystērij salutaris faciat transire consortium. Per Dōminum nostrum.

De sancta Maria. Postcommunio.

**G**ratiam tuā, quęsumus, Dñe, mētibus nostris infunde: vt, qui, angelo nunciante, Christi filij tui incarnatiōnē cognouimus: per passiōnem eius & crucē, ad resurrectiōnis glōriam perducāmur.

Contra



Contra persecutores Ecclesiæ.

Postcommunio.

**Q**uæsumus Dñe Deus noster: vt, quos diuina tribuis participatiōe gaudere, humanis nō finas subiaccere periculis. Per Dñm.

Vel pro Papa. Postcomm. Hæc nos. vt in Feiã quarta præterita.

## S A B B A T H O

Quatuor temporum Aduentus.

Statio ad Sanctum Petrum.

Introitus.

**V**eni, & ostende nobis faciem tuam, Dñe, qui sedes super Cherubim: & salui erimus.

Psal. Qui regis Israel

intende: qui deducis velut ouem Ioseph.

ÿ. Gloria patri. Post K yrie eleison dicitur

O remus. Flectamus genua. R. Leuate.

Oratio.

**D**eus, qui cōspicis, quia ex nostra prauitate affligimur; cōcède propitius: vt ex tua visitatiōne cōsolēmur. Qui viuis, & regn.

Prophetia prima.

Lectio Isaiaë prophetae.

**I**N diēbus illis: Clamabunt ad Dōminum à facie tribulantis: & mittet eis saluatōrem, & propugnatorē: qui liberet eos. Et cognoscetur Dōminus ab Ægypto: & cognoscēt Ægyptij Dōminum in die illa: & colent eum in hōstiis

& munēribus: & vota vouebunt Dño, & soluēt. Et percūtiēt Dominus Ægyptū plaga, & sanābit eā: & reuertentur ad Dōminū, & placabitur eis: & sanābit eos Dōminus Deus noster.

**Graduale.** A summo cælo egressio eius: & occurfus eius vsque ad summum eius. ÿ. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmiter. O remus. Flectamus genua. R. Leuate.

Oratio:

**C**oncède, quæsumus, omnipotens Deus: vt qui sub peccati iugo, ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Per eundem Dominum.

Prophetia secunda.

Lectio Isaiaë prophetae.

**H**æc dicit Dñs. Letabitur deserta & inuia: & exultabit solitudo: & florēbit quasi liliū. Germinās germinābit: & exultabit lætabūda & laudās. Glōria Libani data est ei: decor Carmeli & Saron. Ipsi vidēbūt glōriā Dñi: & decōrē Dei nostri. Confortate manus dissolutas: & gēna debilia roborate. Dicitē pusillānimis. Cōfortamini, & nolite timere. Ecce Deus noster vltiōnē addūcet retributiōnis: Deus ipse veniet, & saluābit nos. Tunc aperiētur oculi cæcorū: & aures surdōrū patēbūt. Tūc fa-

liet,



Psal. 79.

Ibidem.

Cap. 19.



liet, sicut certius, claudus: & aperta erit lingua mutôrû: quia sciisse sunt in deserto aquæ, & torrêtes in solitûdine. Et quæ erat arida, erit in stagnum: & sitiês in fontes aquârû. Ait Dóminus omnipotens.

*Psal. 18.* **Graduale.** In sole posuit Dominus tabernaculû suû, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. *¶* A summo cælo egressio eius, & occurfus eius vsq; ad summum eius. *O*remus. Flectamus genua. *R.* Leuate.

**Oratio.**  
**I**ndignos nos, quæsumus Dñe, famulos tuos, quos actiônis propriæ culpa contristat: vnigéniti filij tui aduentu lætifica. Per eundem.

**Prophetia tertia.**

**Lectio Isaia propheta.**

*Cap. 40.* **H**æc dicit Dñs. Super môtêm excelsum ascêde tu qui euangelizas Siôn. Exalta in fortitudine você tuâ, qui euangelizas Hierusalê. Exalta, noli timêre. Dic ciuitatibus Iudæ. Ecce Deus vester: ecce Dñs Deus in fortitudine véniet: & brachiû eius dominabitur. Ecce, merces eius cum eo: & opus illûs corâ ipso. Sicut pastor, gregem suum pascet: & in brachio suo congregabit agnos: & in sinu suo leuabit eos Dóminus Deus noster.

*Psal. 79.* **Graduale.** Dñe Deus virtutû cõuerte nos: & ostêde faciê tuâ, & salui erimus. *¶* Excita, Dñe, potentiâ tuâ, & veni: vt saluos facias nos. *O*remus. Flectamus

genua. *R.* Leuate.

**Oratio.**

**P**ræsta, quæsumus, omnipotês Deus: vt filij tui ventûra sollêntitas, & præsentis nobis vitæ remédia cõferat: & præmia æterna cõcêdat. Per eundem Dóminum.

**Prophetia quarta.**

**Lectio Isaia propheta.**

*Cap. 45.* **H**æc dicit Dñs christo meo Cyro: cuius apprehendi dexteram, vt subiiciâ ante faciê eius gentes: & dorsa regû vertâ: & apêriam coram eo iânuas: & portæ nõ claudêtur. Ego ante te ibo: & gloriosos terræ humiliâbo. Portas æreas cõterâ: & vectes fêreos cõfringâ. Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcâna secretôrum: vt scias, quia ego Dñs, qui voco nomê tuû, Deus Israel: propter Iacob seruum meum, & Israél elêctum meum. Et vocâui te noïe tuo: assimilâui te, & non cognouisti me. Ego Dñs, & nõ est amplius: extra me nõ est Deus. Accinxi te, & non cognouisti me: vt sciant hi, qui ab ortu solis, & qui ab occidête: quóniam absque me non est Deus. Ego Dóminus, & nõ est alter: formans lucem, & creans tenebras: faciens pacê, & creâs malû. Ego Dñs, faciês omnia hæc. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustû: aperiâtur terra, & gérminet saluatôre: & iustitia oriâtur simul. Ego Dóminus creâui eum.

**Graduale.**



Psal. 79.

**Graduale.** Excita, Dñe, potētā tuam, & veni: vt saluos facias nos. **ꝛ.** Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Ioseph: qui sedes super Cherubim, appa- re corā Ephraim, Benjamin & Manasse. **O** remus. Flectamus genua. **ꝛ.** Leuate.

**Oratio.**

**P** Reces pópuli tui, quæsumus, Dñe, clemēter exaudi: vt qui iustè pro peccātis nostris affligi- mur: pietātis tuæ visitatiōne conso- lēmur. Qui viuis.

**Prophetia quinta.****Lectio Daniēlis prophētæ.**

Cap. 3.

**I** N diēbus illis: Angelus Dñi de- scēdit cū Azaria & sóciis eius in fornacē: & excussit flammā ignis de fornace: & fecit médiū fornacis quasi ventū roris flātē. Flamma au- tem diffusa est super fornacē cūbi- tis quadraginta nouem: & incēdit quos réperit iuxta fornacē de Chal- dæis ministros regis, qui eam incē- débant. Illos autē omnino nō tēti- git ignis, neq; cōtristāuit, nec quic- quā molēstie intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudábant, & glo- rificábant, & benedicébant Deum in fornace, dicētes.

**Hymnus.**

Dan. 3.

**B** enedictus es Domine Deus patrū nostrorū. Et laudabilis & glorio- sus in sæcula.

Et benedictum nomen gloriæ tuæ: quod est sanctum. Et laudabile & glo-

riosum in sæcula.

**B** enedict⁹ es in tēplo sancto glorię tuę. Et laudabilis & gloriosus in sæcula.

**B** ñdictus es super thronū sanctū regni tui. Et laudabilis & gloriosus in sæcula.

**B** ñdictus es super sceptrum diuinitatis tuę. Et laudabilis & gloriosus in sæcula.

**B** enedictus es qui sedes super Cheru- bim, intuēs abyssos. Et laudabilis & glo- riosus in sæcula.

**B** enedictus es, qui ambulas super pēnas ventorum, & super vndas maris. Et lau- dabilis & gloriosus in sæcula.

**B** enedicāt te omnes angeli, & sancti tui. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

**B** enedicāt te cæli, terra, mare, & omnia, quæ in eis sunt. Et laudent te, & glorifi- cent in sæcula.

**G** loria patri, & filio, & spiritui sancto. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

**S** icut erat in principio, & nunc, & sem- per, & in sæcula sæculorum, amen. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

**B** ñdictus es Dñe Deus patrū nostrorū. Et laudabilis & gloriosus in sæcula.

**Hic dicitur ꝛ.** Dominus vobiscū: **fine** Flectamus genua. **Oratio.**

**D** Eus, qui tribus púeris mitigā- sti flāmas igniū, cōcēde pro- pítius: vt nos fámulos tuos nō exû- rat flamma vitiōrum. Per Dñm.

**De Sancta Maria. Oratio.**

**D** Eus, qui de beátæ Mariæ vír- ginis útero, verbū tuū, ange- lo nunciante, carnem suscipere vo- luisti:



luidisti : præsta supplicibus tuis : vt, qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

*Pro Papa.*

*Oratio.*

**D**eus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum Nquē pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest, proficere: vt ad vitā vnā cum grege sibi credito peruēniat sempiternā. Per Dōminum.

*Vel cōtra persecutores Ecclesiæ. Ecclesiæ tuæ. vt in Feria sexta præcedenti.*

*Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.*

*a. Cap. 1.*

**F**ratres : Rogamus vos per aduentum Dñi nostri Iesu Christi: & nostræ congregatiōnis in ipsum, vt nō citò moueamini à vestro sensu: neq; terreāmini, neq; per spiritū, neque per sermōnem, neq; per epistolam tanquā per nos missam, quasi instet dies Dñi. Ne quis vos seducat vllō modo, quoniā, nisi venerit discēssio primū, & reuelat⁹ fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur De⁹, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostēdēs se tanquā sit Deus. Non retinetis, quòd cū adhuc essem apud vos, hæc dicēbā vobis: Et nunc quid detineat scitis: vt reuelē

tur in suo tempore. Nam mysteriū iam operatur iniquitatis: tantū vt qui tenet nūc, teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dōminus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustrationē aduentus sui.

*Tractus. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph.* *Psal. 79.*

*Y.* Qui sedes super Cherubim: appare coram Ephraim, Benjamin, & Manasse.

*Y.* Excita, Dñe, potētiam tuam, & veni, vt saluos facias nos.

*Sequētia sancti euangēlij secundum Lucam.*

**A**Nno quintodécimo Imperij *Cap. 3.* Tibērij Cæsaris, procurante Pōntio Pilato Iudæā, tetrarcha autem Galilææ Herōde, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Traconitidis regiōnis, & Lysania Abilinae tetrarcha, sub principibus sacerdotū Anna & Caipha: factū est verbum Dñi super Ioānnem Zachariæ filium, in deserto. Et venit in omnē regiōnē Iordānis, prædicās baptisimū pænitiæ in remissionē peccatorū: sicut scriptū est in libro sermōnū Isaiæ pphete. Vox clamā *Isaiz. 40.* tis in deserto. Parate viā Dñi, rectas facite semitas ei⁹. Omnis vallis implebitur: & omnis mōs & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa: & aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei.

*Offert.*



Zach. 9.

**Offertor. E**xulta satis filia Sion : prædica filia Hierusalem : ecce rex tuus venit tibi sanctus, & saluator. **Secreta.**

**S**acrificiis præsentibus, quæsumus Domine, placatus intēde: vt & deuotioni nostræ proficiant, & salutē. Per Dominum.

**De sancta Maria. Secreta.**

**I**N mentibus nostris, quæsumus, Domine, veræ fidei sacramenta confirma: vt, qui cōceptum de virgine Deum verum & hominē confitemur: per eius salutiferæ resurrectionis potētiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiā.

**Pro Papa. Secreta.**

**O**blatis, quæsumus Domine, placare muneribus: & famulū tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernā. Per Dominum.

**Vel cōtra persecutores Ecclesiæ. Secreta. P**rotege. vt in Feria sexta præcedenti.

Psal. 18.

**Cōmunio. E**xultauit vt gigas ad currendā viam: à summo cælo egressio eius, & occurfus eius vsq; ad summū eius.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus, Dñe Deus noster: vt sacrosancta mystéria, quæ pro reparatiōnis nostrę munimine cōtulisti: & præsens nobis remediū esse facias & futurū. Per Dōminū.

**De sancta Maria. Postcommunio.**


**G**ratia tuā, quæsumus, Dñe, mentibus nostris infunde: vt

qui, ángelo nunciante, Christi filij tui incarnationē cognouimus: per passiōnem eius & crucem, ad resur- rectionis glóriam perducāmur.

**Pro Papa. Postcommunio.**

**H**æc nos, quæsumus Dōmine, diuini sacramenti percēptio próte- gat: & famulum tuū **N.** quē pastōrē Ecclesiæ tuæ præesse voluisti: vnā cum commisso sibi grege, saluet semper & muniat. Per Dō- minum nostrum.

**Vel contra persecutores Ecclesiæ. Post- communio. Q**uæsumus. vt in Feria sexta præcedenti.



## DOMINICA IIII.

de Aduentu.

*Statio ad sanctos duodecim apostolos.*

**Introitus.**



Orate cæli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem. Uai. 41.

**Psal.** Cæli enarrant gloriā Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. **Ÿ.** Gloria patri. Psal. 18.

**Oratio.**

**E**xcita, Dōmine, potētia tuā, & veni: & magna nobis virtūte succurre: vt per auxiliū gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpēdiunt, indulgētia tuæ propitiatiōnis accēleret. Qui uiuis.

**De sancta Maria. Oratio.**

B Deus



**D**Eus, qui de beátæ Mariæ vir-  
ginis vtero, verbum tuũ, an-  
gelo nunciante, carnem suscipere  
voluisti: præsta supplicibus tuis: vt,  
qui verè eam genitricem Dei cré-  
dimus: eius apud te intercessiõni-  
bus adiuuémur.

*Contra persecutores Ecclesiæ. Oratio.*

**E**Cclésiæ tuæ, quæ sumus, Dó-  
mine, preces placatus admitte:  
vt, destrúctis aduersitatibus, & er-  
roribus vniuersis: secúra tibi ser-  
uiat libertate. Per Dóminum.

*Vel pro Papa. Deus omnium fideiũ.  
vt in Sabbatho præcedenti.*

*Lectio epistolæ beati Pauli  
apóstoli ad Corinthios.*

1. Cap. 4.

**F**Ratres: Sic nos exístimet ho-  
mo, vt ministros Christi, & di-  
spensatóres mysteriõrum Dei. Híc  
iam quæritur inter dispensató-  
res, vt fidêlis quis inueniatur. Mihi  
autem pro mínimo est, vt à vobis  
iúdicer, aut ab humano die: sed ne-  
que meípsum iú dico. Nihil enim  
mihi cõsciũ sum: sed non in hoc  
iustificatus sum. Qui autẽ iúdicat  
me, Dñs est. Itaq; nolite ante tẽpus  
iudicãre: quoadúsq; veniat Dñs, q̄  
& illuminabit abscondita tenebrã  
rũ, & manifestabit cõsilia cordiũ.  
Et tunc laus erit vnicuique à Deo.

*Psal. 144. Graduale.* Prope est Dominus omni-  
bus inuocantibus eum, omnibus qui in-  
uocant eum in veritate.

**V** Laudẽ Dñi loquatur os meũ, & be-  
nedicat omnis caro nomẽ sanctum eius.  
**A**lleluia, alleluia. **V.** Veni Domine, &  
noli tardare: relaxa facinora plebis tuæ  
Israel, alleluia.

*Sequẽtia sancti Euangélij  
secúndum Lucam.*

**A**Nno quintodécimo Impérij Cap. 3.  
Tibérij Cæsaris, procurante  
Póntio Piláto Iudæã, tetrárcha au-  
tem Galilææ Herõde, Philíppo au-  
tem fratre eius tetrárcha Iturææ &  
Traconítidis regiõnis, & Lysania  
Abilinæ tetrárcha, sub princípibus  
sacerdotum Anna & Cáipha: factũ  
est verbum Dómini super Ioánnẽ  
Zachariæ filium, in deserto. Et ve-  
nit in omnem regiõnem Iordãnis,  
prædicans baptísmum pæniténtiæ  
in remissiõnem peccatórum: sicut  
scriptum est in libro sermõnũ Isaia  
prophætæ. Vox clamantis in deser- Isaie 40.  
to. Parate viam Dómini, rectas fá-  
cite semitas eius. Omnis vallis im-  
plébitur: & omnis mons & collis  
humiliabitur. Eterunt praua in di-  
rècta: & áspera in vias planas. Et vi-  
dèbit omnis caro salutãre Dei.

*Et dicitur Credo.*

*Offertor.* **A**ue Maria, gratia plena, Do- Luc. 1.  
minus tecum: benedicta tu in mulieri-  
bus, & benedictus fructus ventris tui.

*Secreta.*

**S**acrificiis præsentibus, quæ su-  
mus, Dómine, placatus intède:

vt &



vt & deuotiôni nostræ proficiant, & salutis. Per Dóminum.

*De sancta Maria. Secreta.*

**I**N mentibus nostris, quæsumus, Dñe, veræ fidei sacramenta confirmata: vt, qui cõceptum de virgine Deum verum, & hominem confitemur: per eius salutiferæ resurrectionis potetiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiã.

*Contra persecutores Ecclesiæ. Secreta.*

**P**rotege nos, Dñe, tuis mysteriis seruietes: vt, diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dominum.

*Vel pro Papa, Secreta. Oblatis. vt in Sabbatho præcedenti.*

*Communio.* Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. *Postcommunio.*

**S**umptis munéribus, quæsumus: Dómine: vt cum frequetatione mysterij crescat nostræ salutis effectus. Per Dóminum.

*De sancta Maria. Postcommunio.*

**G**ratiam tuã, quæsumus, Dñe, mētibus nostris infunde: vt, qui, angelo nunciante, Christi filij tui incarnationē cognouimus: per passionem eius & crucē, ad resurrectionis glóriã perducamur.

*Contra persecutores Ecclesiæ.*

*Postcommunio.*

**Q**uæsumus Dñe Deus noster, vt, quos diuina tribuis parti-

cipatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dñm.

*Vel pro Papa. Postcommunio. Hæc nos quæsumus. vt in Sabbatho præcedenti.*

**¶** Si Vigilia Natiuitatis Domini venerit in Dominica, totum officium Missæ fit de Vigilia, cum cõmemoratione Dñicæ.

**I N V I G I L I A**

*Natiuitatis Domini.*

*Statio ad S. Mariam maiorem.*

*Introitus.*



Odie sciatis, quia veniet Dominus, & saluabit nos: & mane videbitis gloriam eius. *Exod. 16.*

*Psal. Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. ¶ Gloria patri. Oratio.*

**D**eus, qui nos redemptionis nostræ annua expectatione lætificas: præsta, vt vnigenitum tuum, quem redemptorem læti suscipimus, venientem quoque iudicem securi videamus Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat.

*Et dicitur hæc Oratio tantum, nisi Vigilia venerit in Dominica.*

*Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.*

**F**ratres: Paulus seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in euangélium Dei, (quod ante



promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis ) de filio suo , qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem : qui predestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. Per quem accepimus gratiam & apostolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius : in quibus estis & vos vocati Iesu Christi Domini nostri.

**Graduale.** Hodie scietis, quia veniet Dominus, & saluabit nos : & mane videbitis gloriam eius. **V.** Qui regis Israel, intede: qui deducis, velut ouem, Ioseph: qui sedes super Cherubim, appare coram Ephraim, Benjamin & Manasse.

Psal. 79.

**Non dicitur Alleluia, cum sequente Versu, nisi hæc Vigilia venerit in Dñica.** Alleluia, alleluia. **V.** Crastina die debetur iniquitas terre: & regnabit super nos Saluator mundi, alleluia.

**Sequentia sancti Euangelij  
secundum Matthæum.**

Cap. 1.

**I**n illo tempore: Cū esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph: antequam conuenirent, inuenta est in utero habens de spiritu sancto.

Ioseph autem vir eius cū esset iustus, & nollet eam traducere: voluit occultè dimittere eam. Hęc autem eo cogitante, ecce angelus Domini in somnis apparuit ei dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

**Offertor.** Tollite portas principes vestras: & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

**Secreta.**

**D**A nobis, quæsumus, omnipotens Deus: vt sicut adoranda filij tui natalitia præuenimus: sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Qui tecum viuit.

**Communio.** Reuelabitur gloria Domini: & videbit omnis caro salutare Dei nostri.

Ipsal. 49.

**Postcommunio.**

**D**A nobis, quæsumus, Domine, vnigeniti filij tui recensitata natiuitate respirare: cuius cælesti mysterio nascimur & potamur. Per eundem Dominum.



IN



IN NATIUITATE  
DOMINI.


¶ Sacerdos quoniã in die Natalis Domini celebrat tres Missas, in prima & secunda Missa non sumat purificationẽ, sed in tertia Missa.

AD PRIMAM MISSAM IN  
nocte Natiuitatis Domini.

Statio ad sanctam Mariam  
maiolem ad presepe.

Introitus

Pfal. 2.



Ibidem.

**D**omi-  
n<sup>o</sup> di-  
xit ad me:  
filius meus  
es tu, ego  
hodie ge-  
nui te.

**Pfal.** Qua-  
re fremue-

runt gẽtes: & populi meditati sunt inania? **¶** Gloria patri.

**Oratio.**

**D**eus qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratiõne clarẽscere: da quãsumus: vt cuius lucis mystẽria in terra cognõuimus: eius quoque gaudiis in cælo perfruãmur. Qui tecũ.

**Lectio epistolæ beati Pauli  
apõstoli ad Titum.**

Cap. 2.

**C**arissime: Appãruit grãtia Dei saluatõris nostri omnib<sup>9</sup> hominibus, erudiens nos: vt abnegantes impietãtẽ, & sæcularia desideria: sobriẽ, & iustẽ, & piẽ viuã-

mus in hoc sæculo: expectãtes beãtam spem, & aduentum glõriæ magni Dei, & saluatõris nostri Iesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitãte: & mundãret sibi populum acceptabilem, sectatõtem bonõrum õperum. Hęc loquere, & exhortãre: in Christo Iesu Dõmino nostro.

**Graduale.** Tecum principium in die Pfal. 109.

virtutis tuæ: in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. **¶** Di- Ibidem.  
xit Dominus Domino meo: sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

**Alleluia, alleluia.** **¶** Dominus dixit ad Pfal. 2.  
me: filius meus es tu, ego hodie genui te, alleluia.

**Sequẽtia sancti euangelij  
secũdum Lucam.**

**I**n illo tẽpore: Exiit edictum à Cap. 2.  
Cæsare Augusto, vt describerẽtur vniuersus orbis. Hęc descriptio prima, facta est à præsìde Syriæ Cyriõno. Et ibant omnes, vt profiterẽntur, singuli in suam ciuitãtem. Ascẽdit autẽ & Ioseph à Galilæa de ciuitãte Nazaréth, in Iudæã, in ciuitãtẽ Dauid, quẽ vocãtur Bethlehem: eò q<sup>d</sup> esset de domo & familia Dauid: vt profiterẽtur cũ Maria desponsãta sibi vxõre, prægnañte. Factũ est autẽ: cùm essent ibi, implẽti sunt dies, vt pãreret. Et pẽperit



rit filium suum primogénium: & pannis eum inuoluit: & reclinâuit eum in præsepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regiõne eâdem vigilâtes, & custodièntes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce, ângelus Dómini stetit iuxta illos: & claritas Dei circumfúlit illos: & timuérunt timóre magno. Et dixit illis ângelus. Nolíte timère. Ecce enim euangelizo vobis gáudium magnum, quod erit omni pópulo: quia natus est vobis hódie saluátor, qui est Christus Dñs, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signũ. Inueniétis infántem pannis inuolútum: & pòsitũ in præsepio. Et súbito facta est cũ ângelo multitúdo militiæ cælestis, laudántium Deum & dicéntium. Glória in altíssimis Deo: & in terra pax homínibus bonæ volútâtis. Et dicitur Credo.

Psal. 95.

**Offertor.** Latétur cæli, & exultet terra ante faciem Dñi: quoniã venit. **Secreta.**

**A**ccépta tibi sit, Dómine, quæsumus, hodiernæ festiuitatis oblátio: vt tua grátia largiènte, per hæc sacrosancta cõmércia, in illius inueniámur forma, in quo tecũ est nostra substãtia. Qui tecum viuit.

**Præfatio.** Æterne Deus. Quia per incarnati. Et dicitur quotidie vsque ad Epiphaniã. **Infra actionẽ.** Communicãtes & noctẽ sacratissimam celebrantes.

Et dicitur quotidie vsque ad Octauam Natiuitatis tantũ inclusiuè. In hac Missã tantũ dicitur noctẽ, deinceps verò diem.

**Communio.** In splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te. Psal. 104

**Postcommunio.**

**D**A nobis, quæsumus, Dómine Deus noster: vt qui natiuitatẽ Dómini nostri Iesu Christi mystériis nos frequentãre gaudẽmus, dignis conuersationibus ad eius mereãmur peruenire consórtium. Qui tecum viuit.

**D**ebet sacerdos ante quamlibet Missam confessionẽ dicere, & in fine cuiuslibet populo benedicere, & euangelium sancti Ioannis, In principio erat verbũ, legere. Post terciã verò Missã, loco prædicti euãgelij dicitur euãgeliũ. Cũ natus esset Iesus. quod in die Epiphaniæ legitur.



A D S E C V N D A M

Missam in Aurora, in die Natiuitatis Domini.

*Statio ad sanctam Anastasiam.*

Introitus.



**L**Vx ful Isaie 9.  
gebit hodie super nos: quia natus est nobis Dñs: & vocabitur admirabilis, Deus, princeps



ceps pacis, pater futuri sæculi: cuius regni non erit finis.

*Psalm.* Dominus regnavit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

*v.* Gloria patri.

*Oratio.*

**D**A nobis, quæsumus, omnípotens Deus, vt qui noua incarnati verbi tui luce perfúndimur: hoc in nostro respléndeat opere, quod per fidem fulget in méte. Per eúndem Dóminum.

*Pro sancta Anastasia.*

*Commemoratio.*

**D**A, quæsumus, omnípotens Deus, vt qui beátæ Anastasiæ mártiris tuæ sollénia cólimus: eius apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

*Léctio epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Titum.*

*Cap. 3.* **C**ARÍSSIME: Appáruit benignitas, & humanitas saluatôris nostri Dei: nō ex opéribus iustítia, quæ fecimus nos: sed secúndū suam misericórdiam saluos nos fecit. Per lauácrum regeneratiōnis & renouatiōnis spíritus sancti, quem effúdit in nos abúndè per Iesum Christum saluatôrem nostrum: vt iustificáti grátia ipsius, hærédes simus secúndū spem vitæ æternæ, in Christo Iesu Dómino nostro.

*Psalm. 117.* *Graduale.* Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus, & illu-

xit nobis. *v.* A Domino factū est istud: & est mirabile in oculis nostris.

*Alleluia, alleluia.* *v.* Dñs regnavit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute, alleluia. *Psalm. 92.*

*Sequéntia sancti euangélii secúndum Lucam.*

*Cap. 2.* **I**N illo témpore: Pastóres loquebantur ad inuicem. Transeámus vsque Bethlechem: & videámus hoc verbum, quod factum est, quod fecit Dóminus, & osténdit nobis. Et venérunt festinántes: & inuenérūt Mariam & Ioséph, & infántem pòsitum in præsépio. Vidétes autem, cognouérunt de verbo, quod dictū erat illis de púero, hoc. Et omnes, qui audiérunt, miráti sunt, & de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria auté conseruábat omnia verba hæc, cónferens in corde suo. Et reuérsi sunt pastóres, glorificántes & laudántes Deum in ómnibus quæ audierant, & viderant: sicut dictum est ad illos.

*Et dicitur Credo.*

*Offertor.* Deus firmavit orbem terræ, qui non cōmouebitur: parata sedes tua, Deus, ex tunc, à sæculo tu es. *Psalm. 92.*

*Secreta.*

**M**Vnera nostra, quæsumus, Domine, natiuitatis hodiernæ mysteriis apta proueniant, & pacem nobis semper infundant: vt sicut homo genitus idem refulsit



Deus, sic nobis hæc terrena substantia conferat, quod diuinum est. Per eundem.

*Pro sancta Anastasia.*

*Secreta.*

**A**ccipe, quæsumus, Domine, munera dignanter oblata: & beatæ Anastasiæ suffragâtibz meritis, ad nostræ salutis auxiliũ prouenire concede. Per Dominum.

*Præfatio & Communicantes . vt supra.*

Zach. 9.

**C**ommunio. Exulta filia Sion: lauda filia Hierusalem: ecce rex tuus venit sanctus, & saluator mundi.

*Postcommunio.*

**H**uius nos, Dómine, sacramenti semper nóuitas natâlis instauret: cuius natíuitas singulâris humânam répulit vetústatem. Per eundem.

*Pro Sancta Anastasia.*

*Postcommunio.*

**S**atiâsti, Dómine, familiã tuam munéribus sacris: eius, quæsumus, interuentiõne nos réfove, cuius sollémnia celebrâmus. Per Dóminum nostrum.



**A D T E R T I A M**

*Missam in die Natiuitatis*

*Domini.*

*Statio ad sanctam Mariã maiorem.*

*Introitus.*



**P**er natus est nobis, <sup>Isaie 9.</sup> & filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius: & vocabitur nomen eius magni consilij angelus.

*Psal.* Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. <sup>Psal. 7.</sup> Gloria patri.

*Oratio.*

**C**oncède, quæsumus, omnípotés Deus: vt nos vnigéniti tui noua per carnem natíuitas líberet: quos sub peccáti iugo vetústa seruitus



uitus tenet. Per eundem Dñm.

*Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Hebræos.*

Cap. 1.

**F**Ratres: Multifariam multisq;  
modis olim Deus loquens pa-  
tribus in prophetis: nouissimè diè-  
bus istis locutus est nobis in filio:  
quem constituit hæredem vniuer-  
sorum: per quem fecit & sæcula.  
Qui cū sit splendor glóriæ, & figū-  
ra substantiæ eius, portansq; omnia  
verbo virtutis suæ: purgationē pec-  
catōrum faciēs, sedet ad dexteram  
maiestatis in excelsis: tanto melior  
angeli effectus, quanto differētius  
præ illis nomen hæreditauit. Cui  
enim dixit aliquādo angelōrum:  
Filius meus es tu; ego hodie genui  
te? Et rursus. Ego ero illi in patrē,  
& ipse erit mihi in filium? Et cū  
iterum introducit primogénitum  
in orbem terræ, dicit. Et adōrent eū  
omnes angeli Dei. Et ad angelos  
quidem dicit. Qui facit angelos  
suos, spiritus: & ministros suos, flā-  
mam ignis. Ad filiū autem. Thro-  
nus tuus Deus in sæculum sæculi:  
virga æquitatis, virga regni tui. Di-  
lexisti iustitiam, & odisti iniquitā-  
tem: propterea vnxit te Deus, Deus  
tuus oleo exultationis, præ partici-  
pibus tuis. Et, Tu in principio Dō-  
mine terram fundāsti: & ópera má-  
nuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt,  
tu autem permanēbis: & om-

Psal. 2.

2. Reg. 7.

Psal. 96.

Psal. 103.

Psal. 44.

Psal. 101.

nes vt vestimētum veterāscant. Et  
velut amictum mutābis eos, & mu-  
tabuntur. Tu autem idem ipse es,  
& anni tui non deficient.

*Graduale.* Viderunt omnes fines terræ Psal. 97.  
salutare Dei nostri: iubilare Deo omnis  
terra. *ψ.* Notum fecit Dominus saluta-  
re suum: ante conspectum gentium re-  
uelauit iustitiam suam.

*Alleluia, alleluia. ψ.* Dies sanctificatus  
illuxit nobis: venite gentes, & adorete  
Dominum: quia hodie descendit lux ma-  
gna super terram, alleluia.

*Initium sancti Euangelij  
secundum Ioannem.*

**I**N principio erat verbum: & ver- Cap. 1.  
bum erat apud Deum: & Deus  
erat verbum. Hoc erat in principio  
apud Deum. Omnia per ipsum fa-  
cta sunt: & sine ipso factum est ni-  
hil. Quod factum est, in ipso vita  
erat: & vita erat lux hominum:  
& lux in tenebris lucet: & tenebræ  
eam non comprehendunt. Fuit  
homo missus à Deo, cui nomen e-  
rat Ioannes. Hic venit in testimō-  
nium: vt testimōnium perhiberet  
de lumine, vt omnes crederent per  
illum. Non erat ille lux: sed vt te-  
stimōnium perhiberet de lumine.  
Erat lux vera, quæ illuminat omnē  
hominem veniēte in hunc mun-  
dum. In mundo erat: & mundus  
per ipsum factus est: & mundus eū  
non cognouit. In propria venit: &



fui eum nõ recepérunt. Quotquot autem recepérunt eũ, dedit eis potestâtem filios Dei fieri: his qui credunt in nõmine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt.

*Psal. Pe-  
cator g-  
nua.*

**Et verbũ caro factũ est:**  
& habitauit in nobis (& vidimus glóriam eius, glóriam quasi vnigéniti à patre, plenum grátia & veritatis. *Credo.*

*Psal. 88.*

**Offertor.** Tui sunt cæli, & tua est terra: orbem terrarũ & plenitudinem eius tu fundasti: iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.


**Secreta.**

**O**blata, Dómine, múnera, noua vnigéniti tui natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum máculis emúnda. Per eúndem.

**Præfatio, & Communicantes. vt in**  
*Psal. 97.* **Canone. Communio.** Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.

**Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt natus hodie saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuít.



**I N F E S T O**

**S. Stephani Protomartyris.**

*Statio ad S. Stephanũ in Calio monte.*

**Introitus.**



**S**ederunt *Psal. 118*  
principes, & aduersum me loquebantur: & iniqui persecuti sunt me: adiuua me,

Domine Deus meus: quia seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus.

*Psal.* Beati immaculati in via, qui ambulabant in lege Domini. *Idem.* ✠. Gloria patri.

**Oratio.**

**D**A nobis, quæsumus, Dómine, imitari quod colimus: vt discam⁹ & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui no- uit etiam pro persecutoribus exorare Dñm nostrũ Iesum Christum filiũ tuum. Qui tecum viuít.

**Et fit Commemoratio de Natiuitate.**

**Oratio.**

**C**oncède, quæsumus, omnipotens Deus: vt nos vnigéniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo uetusta seruitus tenet. Per eúndem.

**Lectio Actuum apostolorum.**

**I**N diẽbus illis: Stéphan⁹ plenus *Cap. 6.*  
grátia & fortitudine, faciẽbat prodí-



prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellabatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant à Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano: & non poterant resistere sapientie & spiritui, qui loquebatur. Audiētes autem hæc: dissecabatur cordibus suis, & stridēbant dentibus in eum. Cū autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei, & ait. Ecce, video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. Exclamantes autem voce magna, continuērunt aures suas: & impetum fecerunt unanimiter in eum. Et eicientes eum extra ciuitatem, lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem. Domine Iesu, accipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamauit voce magna, dicens. Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino.

**Psal. 118.** **Graduale.** Sederunt principes, & aduersum me loquebantur: & iniqui persecuti sunt me. **Ps.** Adiuua me Domine Deus meus: saluum me fac propter misericordiam tuam.

**Act. 7.** **A**lleluia, alleluia. **Ps.** Video cælos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei, alleluia.

### Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

**I**n illo tempore: dicebat Iesus turbis Iudæorum & principibus sacerdotum. Ecce, ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas: & ex illis occidētis & crucifigētis: & ex eis flagellabitis in synagogis vestris: & persequemini de ciuitate in ciuitate: ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram: à sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachie, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis: veniet hæc omnia super generationem istam. Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: & noluisti. Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: non me videbitis amodo, donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine Domini. **Et dicitur Credo.**

**Offert.** Elegerunt apostoli Stephanum leuitam, plenum fide & spiritu sancto: quem lapidauerunt Iudei orantes & dicentes: Domine Iesu, accipe spiritum meum, alleluia. **Secreta.**

**S**uscipe, Domine, munera pro tuorum commemoratione sanctorum: ut sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. **Per Dominum.**

**Pro Natiuitate Domini. Secreta.**

O blata,



**O**blata, Dñe, munera, noua v-  
nigeniti tui natiuitate sancti-  
fica: nosque à peccatorū nostrorū  
maculis emunda. Per eūdem.

psallere nomini tuo altissime. ✠. Gloria  
patri.

Oratio.

**E**cclésiā tuam, Dñe, benignus  
illústra: vt beāti Ioānis apósto-  
li tui & euāgelistæ illumināta do-  
ctrinis, ad dona peruēniat sempi-  
térna. Per Dóminum.

Act. 7.

**Communio.** V ideo cælos apertos, &  
Iesum stātem à dextris virtutis Dei: Dñe  
Iesu, accipe spiritū meum, & ne statuas  
illis hoc peccatum. **Postcommunio.**

Pro Natiuitate.

Oratio.

**A**vxiéntur nobis, Dñe, sum-  
pta mystéria: & intercedente  
beāto Stéphano protomártyre tuo,  
sempitérna protectiōne confirmēt.  
Per Dóminum.


**C**oncède, quæsumus oīpotens  
De⁹: vt nos vnigéniti tui noua  
p carnē natiuitas liberet, quos sub  
peccāti iugo vetústa seruitus tenet.

Pro sancto Stephano.

Oratio.

**P**ro Natiuitate. **Postcommunio.**  
Ræsta, quæsumus, omnípotēs  
Deus: vt natus hódie saluātor  
mundi, sicut diuinæ nobis gene-  
ratiōnis est auctor: ita & immorta-  
litātis sit ipse largitor. Qui tecum.

**D**A nobis, quæsumus, Dómi-  
ne, imitári quod cólimus: vt  
discām⁹ & inimicos diligere: quia  
eius natalítia celebrāmus, qui no-  
uit etiā pro persecutoribus exorāre  
Dóminum nostrum Iesum Chri-  
stum filium tuum. Qui tecū viuit.



## I N F E S T O

Sancti Ioannis Apostoli & euāgelistæ.

Statio ad S. Mariam miaorem.

Introitus.

Lectio libri Sapientia.

**Q**ui timet Deū, faciet bona: &  
qui cōtinens est iustitiæ, ap-  
prehēdet illā: & obuiābit illi quasi  
mater honorificāta. Cibābit illum  
pane vitæ & intellēctus: & aqua sa-  
piētiæ salutāris potābit illum. Et  
firmābitur in illo, & non flectētur:  
& continēbit illum, & nō confun-  
dētur: & exaltābit illū apud próxi-  
mos suos. In médio Ecclésiæ aperiet  
os eius: & implēbit eum Dóminus  
spíritu sapiētiæ & intellēctus: &  
stolam glóriæ induet eum. Iucun-  
ditātem & exultatiōnem thesauri-  
zābit

Eccel. 15



ctus, stolam glóriæ induit eum.

Psal. 91.

**Psal.** Bonum est confiteri Domino: &



zabit super eum: & nōmine æ terno hæreditabit illū Dñs Deus noster.

cuius nos confidimus patrociniō liberari. Per Dominum.

Joan. 11.

**Graduale.** Exiit sermo inter fratres, quòd discipulus ille non moritur: & nō dixit Iesus, nō moritur. *ŷ.* Sed sic eū volo manere donec veniā, tu me sequere.

**Pro Natiuitate. Secreta.**

**O**blata, Dñe, munera, noua v-nigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque per hæc à peccatorū nostrorum maculis emunda.

**Alleluia, alleluia.** *ŷ.* Hic est discipul⁹ ille, qui testimoniū perhibet de his: & scim⁹ quia verū est testimoniū eius, alleluia.

**Pro sancto Stephano. Secreta.**

**S**vscipe, Dñe, munera pro tuorū cōmemoratiōe sanctorū: vt, sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per.

**Sequētia sancti euangēlij secundum Ioānnem.**

Cap. 11.

**I**n illo tēpore: Dixit Iesus Petro. Séquere me. Conuērsus Petrus, vidit illum discipulum, quem diligēbat Iesus, sequētem: qui & recūbuit in cæna super pectus eius, & dixit: Dñe, quis est qui tradet te. Hunc ergo cū vidisset Petrus, dixit Iesu. Dñe, hic autem quid? Dicit ei Iesus. Sic eum volo manēre, donec veniā. Quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quòd discipulus ille nō moritur. Et non dixit ei Iesus, quia nō moritur: sed sic eum volo manēre, donec veniam, quid ad te. Hic est discipulus ille, qui testimoniū perhibet de his: & scripsit hæc. Et scimus, quia verū est testimoniū eius.

**Communio.** Exiit sermo inter fratres, <sup>Ioan. 11.</sup> quòd discipulus ille non moritur: & nō dixit Iesus, non moritur: sed sic eū volo manere donec veniam. **Postcōmunio.**

**R**efecti cibo potuque cælesti, Deus noster, te supplices deprecāmur: vt in cuius hæc cōmemoratiōe percēpimus, eius muniamur & precibus.

**Pro Natiuitate. Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus, omnípotēs Deus: vt natus hodie saluātor mundi, sicut diuinæ nobis generatiōnis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor.

**Pro sancto Stephano. Postcommunio.**

**A**vxiéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: & intercedente beato Stéphanō protomartyre tuo, sempiterna protectiōne confirmet. Per Dóminum nostrum.

Mat. 91.

**Offertor.** Iustus, vt palma, florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur. **Secreta.**

**S**vscipe, Dñe, munera, quæ in eius tibi sollēnitate deferimus:





## IN F E S T O

Sanctorum Innocentium.

Statio ad sanctum Paulum.

Introitus

Psal. 3.



Ibidem.

**E**X ore  
infan-  
tiū, Deus,  
& lacten-  
tiū perfeci-  
sti laudem  
ppter ini-  
micostuos.

Psal. Dñe

Dñs noster, quàm admirabile est nomē  
tuum in vniuersa terra. *ψ.* Gloria patri.

*Non dicitur Gloria in excelsis. nec Al-  
leluia. nec Ite Missa est. nisi hoc festum  
venerit in Dominica: sed in Octaua sem-  
per dicuntur.*

Oratio.

**D**Eus, cuius hodierna die præ-  
cōnium Innocētes mārty-  
res, non loquēdo, sed moriēdo con-  
fēssi sunt: omnia in nobis vitiōrum  
mala fortifica: vt fidem tuam, quā  
lingua nostra loquitur, etiam mō-  
ribus vita fateatur. Per Dōminum.

Pro Natiuitate. Oratio.

**C**oncēde, quæsumus, omnīpo-  
tens Deus: vt nos vnigēniti  
tui noua per carnem natiuitas libe-  
ret: quos sub peccāti iugo vetūsta  
seruitus tenet.

Pro sancto Stephano. Oratio.

**D**A nobis, quæsum⁹, Dñe, imi-  
tari quod cōlimus: vt discām⁹

& inimicos diligere: quia eius na-  
talitia celebrāmus, qui nouit etiam  
pro persecutōribus exorāre Dñm  
nostrū Iesum Christū filiū tuum.

Pro sancto Ioanne. Oratio.

**E**cclēsiā tuā, Dñe, benignus  
illūstra: vt beāti Ioānnis apō-  
stoli tui & euangelistæ illumināta  
doctrinis, ad dona peruēniat semp-  
tērna. Per Dōminum.

Lectio libri Apocalypsis beāti  
Ioānnis apōstoli.

**I**N diēbus illis: Vidi supra montē <sup>Cap. 14.</sup>  
Sion agnum stantem, & cum eo  
centum quadragintaquātuor mil-  
lia habētes nomen eius, & nomen  
patris eius scriptū in frōtibus suis.  
Et audīui vocem de cælo, tanquam  
vocē aquārū multārū: & tanquā  
vocem tonitruī magni. Et vocem,  
quam audīui, sicut citharcedōrum  
citharizantium in citharis suis. Et  
cantābant quasi cānticum nouum  
ante sedem Dei, & ante quātuor a-  
nimālia: & seniores. Et nemo pōte-  
rat dicere cānticū, nisi illa cētū qua-  
draginta quātuor mīllia, qui empti  
sunt de terra. Hi sunt qui cū muliē-  
rib⁹ nō sunt coinquināti. Virgines  
enim sunt. Hi sequūtur agnū, quo-  
cūque ierit. Hi empti sunt ex ho-  
mīnibus primitiæ Deo & agno: &  
in ore ipsōrum non est inuentum  
mendaciū. Sine mākula enim sunt  
ante thronum Dei.

Gra-



**Psal. 113.** **Graduale.** Anima nostra sicut passer crepta est de laqueo venantiū. **V.** Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: adiutorium nostrū in nomine Dñi, qui fecit celū & terrā. **Alleluia, alleluia.** **V.** Laudate pueri Dñm, laudate nomē Dñi, alleluia.

**Psal. 112.** **Tractus subscriptus semper dicitur prætermisso Alleluia, nisi hoc festū venerit in Dñica. In octaua verò nūquā dicitur. Tractus.** Effuderunt sanguinē sanctorum, velut aquam in circuitu Hierusalem. **V.** Et non erat qui sepeliret. **V.** Vindica, Dñe, sanguinem sanctorū tuorum, qui effusus est super terram.

**Sequētia sancti Euangelij secundum Matthæum.**

**Cap. 1.** **I**n illo tēpore: Angelus Dñi apparuit in somnis Iosēph, dicens. Surge, & accipe puerū, & matrem eius, & fuge in Ægyptū: & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futūrū est enim, vt Heródes quærat puerū ad perdēndum eum. Qui consurgens accēpit puerū, & matrē eius nocte: & secēssit in Ægyptum. Et erat ibi vsq; ad obitū Herôdis: vt adimpleretur quod dictum est à Dño per prophētam dicentē. Ex Ægypto vocaui filiū meū. Tūc Heródes, vidēs quóniā illūsus esset à Magis: irātus est valde. Et mittēs, occīdit oēs pueros, qui erāt in Bethlehē, & in omnibus finibus eius, à bimātu & infra, secūdū tēpus quod exquisierat à Magis. Tunc adimplētū est, quod

dictū est per Hieremiā prophētā, dicentem: Vox in Rama audita est, **Hier. 31.** plorātus & vlulātus mult⁹, Rachel plorans filios suos: & noluit consolari, quia non sunt. **Credo.**

**Offertor.** Anima nostra, sicut passer, crepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. **Psal. 113.**

**Secreta.**

**S**anctorū tuorum, Dñe, nobis sp̄ia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuā nobis indulgētiam semper obtineat. Per.

**Pro Natiuitate. Secreta.**

**O**blata, Dñe, munera, noua v̄nigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda.

**Pro sancto Stephano. Secreta.**

**S**uscipe, Dñe, munera pro tuorū commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

**Pro sancto Ioanne. Secreta.**

**S**uscipe, Dñe, munera, quę in eius tibi sollennitate deferimus: cuius nos confidimus patrociniō liberari. Per Dóminum.

**Communio.** Vox in Rama audita est, **Hier. 31.** ploratus & vlulatus, Rachel plorans filios suos: & noluit consolari, quia non sunt.

**Postcommunio.**

**V**otīua, Dómine, dona percēpimus: quę sanctorum nobis précibus, & præsentis, quęsumus,

vita



vitaë pariter & æternæ tribue conferre subsidium. Per Dñm.

*Pro Natiuitate. Postcommunio.*

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt natus hodie saluator mundi, sicut diuinæ nobis generatiōnis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor.

*Pro sancto Stephano. Postcommunio.*

**A**Vxiliētur nobis, Dñe, sumpta mystéria: & intercedēte beato Stéphano protomartyre tuo, sempiterna protectiōne confirmēt.

*Pro sancto Ioanne. Postcommunio.*

**R**Efecti cibo, potuque cælesti, Deus noster, te supplices deprecāmur: vt in cuius hæc cōmemoratiōne percēpimus, eius muniamur & precibus. Per Dñm.

*¶ Si festum S. Thomæ venerit in Dominica, transfertur in sequentem diem.*

I N F E S T O

*S. Thomæ episcopi & martyris.*

*Introitus.*



Audeamus omnes in Dño, diem festum celebrantes sub honore beati Thomæ martyris: de cuius passione gaudent angeli, & collaudant filiū Dei.

*Psal. Exultate iusti in Dño: rectos decet collaudatio. ✠. Gloria patri. Oratio.*

**D**Eus, pro cuius ecclēsia gloriōsus pōntifex Thomas glā-

diis impiōrū occubuit: præsta, quæsumus: vt oēs, qui eius implōrant auxiliū, petitiōnis suæ salutārem consequantur effectum. Per Dñm.

*Pro Natiuitate Domini. Oratio.*

**C**oncēde, quæsumus omnipotens Deus: vt nos vnigēniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos sub peccāti iugo vetūsta seruitus tenet.

*Pro sancto Stephano. Oratio.*

**D**A nobis, quæsumus, Dōmine, imitari quod colimus: vt discām⁹ & inimicos diligere: quia eius natalitia celebrāmus, qui nouit etiā pro persecutoriis exorāre Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum.

*Pro sancto Ioanne. Oratio.*

**E**cclesiā tuam, Dñe, benignus illūstra: vt beati Ioānis apōstoli tui & euāgelistæ illumināta doctrinis, ad dona puēniat sēpiterna.

*Pro Innocentibus. Oratio.*

**D**Eus, cuius hodierna die præcōnium Innocētes martyres, non loquēdo, sed moriēdo cōfessi sunt: omnia in nobis vitiōrum mala fortifica: vt fidē tuā, quā lingua nostra loquitur, etiā moribus vita fateatur. Per Dñm.

*Lectio epistolæ beati Pauli apōstoli ad Hebræos.*

**F**Ratres: Omnis pōntifex ex hominibus assumptus, pro hominibus



nibus constituitur in his quæ sunt ad Deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his, qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet, quæadmodum pro populo, ita etiã pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à Deo, tanquã Aarõ. Sic & Christus nõ semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodum, & in alio loco dicit. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec.

Psal. 1.

Psal. 109

Psal. 44.

Psal. 109.

Cap. 10.

**Graduale.** Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. *ÿ.* Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.

**Alleluia, alleluia.** *ÿ.* Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas: & cognoscunt me meæ, alleluia.

**Sequentia sancti Euangelij  
secundum Ioannem.**

**I**n illo tẽpore: Dixit Iesus Pharisæis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autẽ & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupũ venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispèrgit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: &

nõ pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas: & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem: & animã meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, & vnus pastor. **Et dicitur Credo.**

**Offert.** Posuisti, Dñe, in capite eius coronam de lapide pretioso: vitã petiit à te, & tribuisti ei, alleluia. Psal. 120.

**Secreta.**

**M**Vnera tibi, Dñe, dicata sanctifica, & intercedente beato Thoma martyre tuo atque pontifice: per eadem nos placatus intende. Per Dòminum.

**Pro Natiuitate. Secreta.**

**O**blata, Domine, munera noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque à peccatorũ nostrorum maculis emunda.

**Pro sancto Stephano. Secreta.**

**S**uscipe, Dñe, munera, pro tuorũ commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit: ita nos deuotio reddat innocuos.

**Pro sancto Ioanne.**

**Secreta.**

**S**uscipe, Domine, munera, quæ sin eius tibi sollemnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari.



Pro Innocentibus. *Secreta.*

**S**anctorū tuorū nobis, Dñe, pia nō defit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuā nobis indulgentiā semper obtineat. Per Dñm.

*Iean 10.* **Communio.** Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. **Postcommunio.**

**H**æc nos cōmūnio, Dñe, purget à crimine: & intercedēte beāto Thomā mārtyre tuo, atque pōtífice, cælēstis remēdij faciat esse cōfōrtes. Per Dōminum.

Pro Natiuitate. **Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus, omnīpotens Deus: vt natus hōdie saluātor mundi, sicut diuīnæ nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largītor.

Pro sancto Stephano. **Postcōmunio.**

**A**uxiliētur nobis, Dñe, sumpta mysteria: & intercedēte beāto Stéphanō protomārtyre tuo, sempiterna protectiōne confirmet.

Pro sancto Ioanne. **Postcommunio.**

**R**efēcti cibo, potuque cælēsti Deus noster, te sūpplices deprecāmur: vt in cuius hęc commemoratiōne percēpimus, eius muniamur & precibus.

Pro Innocentibus. **Postcommunio.**

**V**otūa, Dñe, donā percēpim⁹: quæ sanctōrum nobis precibus, & præsentis, quæsumus, vitæ pariter, & æternæ tribue conferre

subsidium. **Per Dōminum.**

**¶** Si festum Natiuitatis Dñi, S. Stephani, S. Ioannis, & SS. Innocentiū, venerit in Dñica, ipsa die nihil fit de Dñica: sed die proximo post festum S. Thomæ martyris dicitur Missā de Dominica. Si autem festū S. Thomæ venerit in Dñica, dicitur Missā de Dñica cum commemoratione de aliis Octauis: & festū S. Thomæ trāsferitur in secundā feriam. Si verò post festum S. Thomæ fuerit Sabbathū, ipsa die Sabbathi dicitur Missā de Octaua Natiuitatis, vt infr. pag. 37. cū commemoratione de aliis Octauis. Et in die S. Siluestri fit Officiū de festo cū cōmemoratione de Dñica & de aliis Octau.

M I S S A D E  
Dominica infra Octauam Natiuitatis Domini.

Introitus.



Vm in medium silentiū Sap. 18. tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus, Dñe, de cælis à regalibus sedibus venit.

**Psal.** Dominus regnavit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. **¶** Gloria patri. Psal. 92.

Oratio.

**O**mnipotēs sempitærne Deus, dirige actus nostros in beneplácito tuo: vt in nōmine dilēcti filij tui mereāmur bonis opēribus abun-



abundare. Per eundem.

Et fit Commemoratio de Octauis.

Pro Natiuitate. Oratio.

**C**oncède, quæsumus, omnipotens Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano. Oratio.

**D**A nobis, quæsumus, Domine, imitari quod colimus: vt discam⁹ & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum.

Pro sancto Ioanne. Oratio.

**E**cclesiam tuam Domine, benignus illustra: vt beati Ioannis apostoli tui & euangelistæ illuminata doctrinis; ad dona perueniat sempiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

**D**eus, cuius hodierna die præconium. Innocentes martyres, non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiõrum mala fortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Galatas.

**F**Ratres: Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit Dñs omniũ, sed sub tu-

toribus & actoribus est, vsque ad præfinitũ tempus à patre. Ita & nos cum effem⁹ paruuli, sub elementis mudi huius eram⁹ seruietes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suũ, factũ ex muliere, factum sub lege: vt eos, qui sub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorũ reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantẽ, abba, pater. Itaq; iam non est seruus, sed filius. Quod si filius: & hæres per Deum.

**Graduale.** Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. *Psal. 44.*  
 ¶. Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.

**Alleluia, alleluia.** ¶. Dominus regnavit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute, alleluia. *Psal. 92.*

Sequẽtia sancti euangelij secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Erant Ioseph & Maria mater Iesu, mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam: & in resurrectionẽ multorum in Israél: & in signũ cui contradicetur, & tuam ipsius animam pertransibit gladius: vt reueletur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in



diēbus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua vsq; ad annos octoginta quatuor: quæ non discedēbat de tēplo, ieiūniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc, ipsa hora superueniens, confitebatur Dño: & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israël. Et vt perfecērūt omnia secundum legē Dñi, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth. Puer autē crescēbat, & confortabatur: plenus sapiētia: & gratia Dei erat in illo. **C**redo.

Psal. 91.

**O**ffertor. **D**eus firmavit orbem terre, qui nō commouebitur: parata sedes tua Deus, ex tunc, à sæculo tu es. **Secreta.**

**C**oncede, quæsumus, omnipotēs Deus: vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis piæ deuotionis obtineat, & effectum beatæ perēnitatis acquirat. Per Dominum.

**Pro Natiuitate. Secreta.**

**O**blata, Dñe, munera, noua vniogeniti tui natiuitate sanctifica: nosque à peccatorū nostrorū maculis emunda.

**Pro sancto Stephano. Secreta.**

**S**uscipe, Domine, munera, pro tuorum commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit: ita nos deuotio reddat innocuos.

**Pro sancto Ioanne. Secreta.**

**S**uscipe, Domine, munera, quæ sine iustibi sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

**Pro Innocentibus. Secreta.**

**S**anctorū tuorum, Dñe, nobis pia nō desit oratio: quæ & munera nostra cōciliet, & tuam nobis indulgētiam semper obtineat. Per Dōminum.

**Communio.** **T**olle puerum & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. **Postcommunio.**

**P**er huius, Dōmine, operationem mysterij, & vitia nostra purgētur, & iusta desideria compleantur. Per Dōminum.

**Pro Natiuitate. Postcommunio.**

**P**roxima, quæsumus, omnipotēs Deus: vt natus hōdie saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor.

**Pro sancto Stephano. Postcommunio.**

**A**uxiliētur nobis, Dñe, sumpta mysteria: & intercedēte beato Stéphano protomartyre tuo, sempiterna protectiōne confirmēt.

**Pro sancto Ioanne. Postcommunio.**


**R**efecti cibo, potuque cælesti, Deus noster, te supplices deprecāmur: vt in cuius hæc commemoratiōne percēpimus, eius muniamur



niâmur & précibus.

*Pro Innocentibus. Postcommunio.*

**V**otîua, Dómine, dona percé-  
pimus: quę sanctórum nobis  
précibus, & præsentis, quæsumus,  
vitæ páriter & æternæ tribue con-  
ferre subsidium. Per.



M I S S A D E  
Octaua Natiuitatis Domini.

*Introitus.*

*Isa. 9.*



Ver natus est nobis, &  
filius datus est nobis:  
cuius imperium super  
humerum eius: & vo-  
cabitur nomé eius ma-  
gni consilij angelus.

*Psal. 97.*

*Psal.* Cantate Dño canticū nouū, quia  
mirabilia fecit. *ψ.* Gloria patri. *Oratio.*

**C**oncède, quæsumus, omnípo-  
tēs Deus: vt nos vnigéniti tui  
noua per carnem natiuitas liberet:  
quos sub peccáti iugo vetústa ser-  
uitus tenet. Per eúndem.

*Pro sancto Stephano. Oratio.*

**D**A nobis, quæsumus, Dómi-  
ne, imitári quod cólimus: vt  
discâm⁹ & inimicos diligere: quia  
eius natalitia celebrâmus, qui no-  
uit étiam pro persecutóribus exo-  
râre Dóminum nostrū Iesum Chri-  
stum filium tuum.

*Pro sancto Ioanne. Oratio.*

**E**cclésiã tuã, Dñe, benignus il-  
lústra: vt beáti Ioãnis apóstoli

tui & euāgelístæ illuminâta doctri-  
nis, ad dona peruéniat sempiterna.

*Pro Innocentibus. Oratio.*

**D**Eus, cuius hodierna die præ-  
cóniū Innocētes mártires nō  
loquēdo, sed moriēdo cōfessi sunt:  
ómnia in nobis vitiórū mala mor-  
tífica: vt fidem tuam, quam lingua  
nostra loquitur, étiam móribus vi-  
ta fateâtur. Per Dóminum.

*Léctio epístolæ beáti Pauli  
apóstoli ad Titum.*

**C**arissime: Appáruit benigni- cap. 2.  
tas & humanitas saluatóris  
nostri Dei: nō ex opéribus iustitiæ,  
quæ fécimus nos; sed secūndum suã  
misericórdiã saluos nos fecit. Per la-  
uácrū regeneratiōis, & renouatio-  
nis spírit⁹ sancti: quē effúdit in nos  
abūdè per Iesum Christū saluatéiē  
nostrū: vt iustificáti grátia ipsius,  
hæredes simus secūdū spē vitæ æter-  
næ. In Christo Iesu Dño nostro.

*Graduale.* Viderunt omnes fines terræ psal. 97.  
salutare Dei nostri: iubilate Deo omnis  
terra. *ψ.* Notú fecit Dñs salutare suū: ante  
conspectū gētiū reuelauit iustitiam suã.

*Alleluia, alleluia. ψ.* Dies sanctificatus  
illuxit nobis: venite gentes, & adorate  
Dñm: quia hodie descendit lux magna  
super terram, alleluia.

*Sequētia sancti Euangélij  
secūndum Lucam.*

**I**n illo témpore: Pastóres loque- cap. 2.  
bântur ad ínucem. Transeamus



vsque Bethlehem: & videamus hoc verbum, quod factum est: quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in praesepe. Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati sunt; & de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba haec: conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus quae audierant, & viderant: sicut dictum est ad illos. **Credo.**

**Psal. 88.** **Offertor.** Tui sunt caeli, & tua est terra: orbem terrarum, & plenitudinem eius tu fundasti: iustitia & iudicium preparatio sedis tuae. **Secreta.**

**O** Blata, Domine, munera noua v-nigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda Per eundem.

**Pro sancto Stephano. Secreta.**

**S**uscipe, Domine, munera, pro tuorum commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit: ita nos deuotio reddat innocuos.

**Pro sancto Ioanne. Secreta.**

**S**uscipe, Domine, munera, quae in eius tibi sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

**Pro Innocentibus. Secreta.**

**S**anctorum tuorum Domine, nobis, pia non desit oratio: quae & munera

nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum.

**Communio.** Viderunt omnes fines **Psal. 92.** terrae salutare Dei nostri.

**Postcommunio.**

**P**raesta, quaesumus, omnipotens Deus: vt natus hodie saluator mundi, sicut diuinae nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum.

**Pro sancto Stephano.**

**Postcommunio.**

**A**uxilietur nobis, Domine, sumpta mysteria: & intercedete beato Stephano protomartyre tuo, semperpiterna protectione confirmet.

**Pro sancto Ioanne.**

**Postcommunio.**

**R**efecti cibo, potuque caelesti Deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius haec commemoratione percipimus, eius muniamur & precibus.

**Pro Innocentibus.**

**Postcommunio.**

**V**otiuam, Domine, dona percipimus: quae sanctorum nobis precibus, & praesentis, quaesumus, vitae pariter, & aeternae tribue conferre subsidium. Per Dominum.

---

**¶** Si festum sancti Siluestri venerit in Dominica, dicitur Missa de eo, & commemoratio de Dominica, & de Octauis.

I N F E S T O  
sancti Siluestri Papæ & Conf.

Introitus.

Psal. 131



Acerdotes tui, Domine, induant iustitiam, & sancti tui exultent: propter Dauid seruū tuum non auertas faciem Christi tui.

Psal. 131

**P**salm. Memento, Domine, Dauid, & omnis mansuetudinis eius. *ψ* Gloria patri.

Oratio.

**D**A, quæsumus, omnipotens Deus: vt beati Siluestri confessoris tui atq; pontificis veneranda sollēmnitas: & deuotiōnē nobis augeat, & salūtem. Per Dōminum.

Pro Natiuitate. Oratio.

**C**oncēde, quæsumus, omnipotens Deus: vt nos vnigēniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos sub peccāti iugo vetūsta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano. Oratio.

**D**A nobis, quæsumus, Dōmine, imitari quod colimus: vt discām<sup>9</sup> & inimicos diligere: quia eius natalitia celebrāmus, qui nouit etiā pro persecutoribus exorāre Dñm nostrū Iesum Christum filium tuum.

Pro sancto Ioanne. Oratio.

**E**cclēsiā tuā Dñe, benign<sup>9</sup> illūstra: vt beati Ioānnis apóstoli tui & euāgelistę illumināta doctri-

nis; ad dona peruēniat sempiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

**D**Eus, cuius hodierna die præconiū Innocētes mārtyres, non loquēdo, sed moriēdo confessi sunt: omnia in nobis vitiōrum mala fortifica: vt fidem tuam, quā lingua nostra léquitur, etiā mōribus vita fateātur. Per Dōminum.

Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Timóthæum.

**C**Aríssime: Testificor coram <sup>2. Cap. 4.</sup> Deo & Christo Iesu, qui iudicatūrus est viuos & mórtuos, per aduētū ipsius, & regnū ei<sup>9</sup>. Prædica verbū: insta opportunè, importunè: argue, óbsecra, increpa in omni patiētia & doctrina. Erit enim tempus, cū sanā doctrinam nō sustinēbūt: sed ad sua desidēria coaceruābunt sibi magistros pruriētes auri- bus: & à veritate quidē auditū auertēt, ad fábulas autē cōuertētur. Tu verò vígila: in omnibus labóra: opus fac euāgelistę: ministériū tuū imple: sóbrius esto. Ego enim iā delíbor: & tēpus meæ resolutiōnis instat. Bonū certāmē certāui: cursum cōsumāui: fidē seruāui. In réliquo, repósita est mihi corōna iustitiæ: quā reddet mihi Dñs in illa die iustus iudex. Non solū autē mihi: sed & his qui diligunt aduētum eius.

**Graduale.** Ecce sacerdos magnus, qui <sup>Eccle. 44</sup> in diebus suis placuit Deo. *ψ* Non est



inuentus similis illi, qui conseruaret legē excelsi. Alleluia, alleluia. *ψ.* Inueni Dauid seruū meum, oleo sancto meo unxi eum, alleluia.

*Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Lucam.*

Cap. 12.

**I**n illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri præcincti: & lucernæ ardētes in manib⁹ vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dñm suū, quādo reuertatur à nūptiis: vt cū uenerit & pulsauerit, confestim apēriat ei. Beati serui illi, quos cū uenerit dñs, inuenerit uigilātes. Amen dico uobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & trāsiens ministrabit illis. Et si uenerit in secūda uigilia: & si in tertia uigilia uenerit: & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur ueniret, uigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Et uos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet.

*Et dicitur Credo.*

Psal. 28.

**O**ffertor. Inueni Dauid seruū meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

*Secreta.*

**S**ancti tui, nos, Dñe, quæsumus ubique lætificent: vt dum eorū merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

*Pro Natiuitate. Secreta.*

**O**blata, Domine, munera noua unigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque à peccatorū nostrorum maculis emunda.

*Pro sancto Stephano. Secreta.*

**S**uscipe, Dñe, munera, pro tuorū commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit: ita nos deuotio reddat innocuos.

*Pro sancto Ioanne. Secreta.*

**S**uscipe, Dñe, munera, quæ in ei⁹ tibi sollemnitate deferim⁹: cuius nos cōfidimus patrociniō liberari.

*Pro Innocentibus. Secreta.*

**S**anctorū tuorum, Dñe, nobis sp̄ia non desit oratio: quæ & munera nostra cōciliet, & tuam nobis indulgētiā semper obtineat. Per.

**Communio.** Beatus seruus quem cū uenerit Dñs, inuenerit uigilantem: amē dico uobis, super omnia bona sua constituet eum.

Matt. 24

*Postcommunio.*

**P**ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt de percēptis muneribus grātiās exhibētes, intercedente beato Siluestro cōfessōre tuo atque pontifice, beneficia potiōra sumāmus. Per Dōminum.

*Pro Natiuitate. Postcommunio.*

**P**ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt natus hōdie saluator mundi, sicut diuinæ nobis generatiōnis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor.

*PER*



Pro sancto Stephano. Postcommunio.

**A**Vxiliéntur nobis, Dñe, sumpta mystéria: & intercedente beato Stéphano protomártire tuo, sempiterna protectiõne confirmét.

Pro sancto Ioanne. Postcommunio.

**R**Efecti cibo, potuque calésti, Deus noster, te súpplices deprecámur: vt in cuius hæc commemoratiõne percépimus, eius muniámur & précibus.

Pro Innocentibus. Postcommunio.

**V**Otiua, Dómine, dona percépimus: que sanctõrum nobis précibus, & præsentis quæsum<sup>9</sup> vitæ pariter & æternæ tribue conferre subsidium. Per Dóminum.



I N D I E

Circuncisionis, & in Octava Natiuitatis Domini.

Statio ad S. Mariam trās Tyberim.

Introitus.



**P**Ver-natus est nobis, & filius dat<sup>9</sup> est nobis: cui<sup>9</sup> imperiũ su per humerũ eius: & vocabitur

nomen eius magni consilij angelus.

**Psal.** Cantate Dño canticum nouũ, quia mirabilia fecit. *ψ.* Gloria patri.

Oratio.

**D**Eus, qui salútis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecúnda, humano géneri præmia præstitisti: tribue quæsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiámus, per quã merúimus auctõrem vitæ suscipere Dóminum nostrum Iesum.

Lectio epístolæ beati Pauli apóstoli ad Titum.

**C**aríssime: Appáruit grátia Dei cap. 2. saluatõris nostri omnibus homínibus, erúdiens nos: vt abnegãtes impietatem, & sæcularia desidéria: sobriè, & iustè, & piè viuámus in hoc sæculo: expectãntes beatam spem, & aduentum glóriæ magni Dei, & saluatõris nostri Iesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redímeret ab omni iniquitate: & mundáret sibi pópulum acceptábilem, sectatõrem bonõrũ operum. Hæc loquere, & exhortãre: in Christo Iesu Dño nostro.

**Graduale.** Viderunt omnes fines terræ Psal. 97. salutare Dei nostri: iubilate Deo omnis terra. *ψ.* Notum fecit Dominus salutare suum: ante conspectum gentiũ reuelauit iustitiam suam.

**Alleluia, alleluia.** *ψ.* Multifáram olim Hebr. 1. Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, alleluia.

Sequéntia sancti euangélij secúndum Lucam.

C 5 I, in illo



Cap. 2.

**I**N illo tēpore: Postquā consum-  
māti sunt dies octo, vt circunci-  
derētur puer: vocātū est nomē eius  
Iesus. Quod vocātū est ab ángelo:  
priúsquē in vtero cōciperētur. Credo.

Psal. 88.

**O**ffer. Tui sunt cæli, & tua est terra: or-  
bē terrarū & plenitudinē ei⁹ tu fundasti:  
iustitia & iudiciū præparatio sedis tuæ.

Secreta.

**M**Vneribus nostris, quæsum⁹,  
Dñe, precibusq; susceptis: &  
cælestibus nos munda mysteriis, &  
clementer exaudi. Per Dominum.

Psal. 97.

**C**ommunio. Viderunt omnes fines ter-  
ræ, salutare Dei nostri. **Postcommunio.**

**H**Æc nos cōmūnio, Dñe, pur-  
get à crimine: & intercedēte  
beāta Dei genitrice Maria, cælestis  
remēdij faciat esse cōsōrtes. Per *euandē*

¶ Si aliqua ex his Octauis in Domini-  
ca venerit, fit officiū de Octaua, de Do-  
minica verò nihil fit.

¶ In Octaua S. Stephani totū officiū Mis-  
sæ dicitur sicut in die, præter Orationē  
quæ sequitur. Et dicitur Credo. **Oratio.**

**O**Mnīpotēs sempiternē Deus,  
qui primītiās martyrū in beā-  
ti Leuitæ Stéphanī sāguine dedicā-  
sti: tribue, quæsumus: vt pro nobis  
intercēssor existat, qui pro suis etiā  
persecutoribus exorāuit Dōminū  
nostrum Iesum.

Et fit commemoratio de sancto Ioan-  
ne & de Innocentibus.

¶ In Octaua S. Ioānis officiū Missæ di-  
citur, sicut in die. Et dicitur Credo. Pri-  
ma Oratio de die, secūda de Innocētib⁹.

¶ In Octaua SS. Innocentium officium  
Missæ dicitur sicut in die, excepto, quòd  
Gloria in excelsis, Alleluia, & I te Missa  
est, dicuntur. Credo non dicitur.

## I N V I G I L I A

## Epiphaniæ. Introitus.



Vn mediū silentium Sap. 18.

tenerent omnia, & nox  
in suo cursu medium  
iter perageret, omnipo-  
tens sermo tuus, Dñe,  
de cælis à regalibus sedibus venit.

**P**sal. Dñs regnavit, decorē indutus est: **Psal. 92.**  
indutus est Dñs fortitudinē, & præcin-  
xit se. **¶ Gloria patri. Oratio.**

**O**Mnīpotēs sempiternē Deus,  
dirige actus nostros in bene-  
placito tuo: vt in nōmine dilēcti  
filij tui mereāmur bonis opēribus  
abundāre. Per eūndem.

De sancta Maria. **Oratio.**

**D**Eus, qui salūtis æternæ, beātæ  
Mariæ virginitate fecūda, hu-  
māno generi præstitisti: tri-  
bue, quæsumus: vt ipsam pro nobis  
intercedere sentiāmus, per quā me-  
rūim⁹ auctōrē vitæ suscipere Dñm  
nostrum Iesum Christū filium tuū.

Contra persecutores Ecclesiæ. **Oratio.**

**E**Cclesiæ tuæ, quæsumus, Dñe,  
preces placātus admitte: vt de-  
strūctis



strúctis aduersitatibus & erroribus  
vniuérſis, ſecúra tibi ſeruiat liber-  
tate. Per Dóminum.

Vel pro Papa. Oratio.

**D**EUS ómniũ fidélium paſtor,  
& rector, famulum tuum **N.**  
quem paſtorem Eccléſiæ tuæ præ-  
eſſe voluíſti, propítius réſpice: da  
ei, quæſumus, verbo & exémplo,  
quibus præeſt, proficere: vt ad vitã  
vnã eum grege ſibi crédito, perué-  
niat ſempiternam. Per Dóminum.

Lectio epíſtolæ beati Pauli  
apóſtoli ad Gálatas.

**F**RATRES: Quanto tẽpore hæres  
paruulus eſt, nihil differt à ſer-  
uo, cùm ſit dñs ómniũ, ſed ſub tu-  
tóribus & actórib⁹ eſt, vſq; ad præ-  
finítũ tẽpus à patre. Ita & nos cùm  
eſſẽmus paruuli, ſub elemẽtis mun-  
di huius erãmus ſeruiẽtes. At vbi  
venit plenitũdo tẽporis, miſit Deus  
filium ſuũ factũ ex muliere, factũ  
ſub lege: vt eos qui ſub lege erant,  
redimeret: vt adoptiõnẽ filiõrũ re-  
ciperẽmus. Quoniã autẽ eſtis filij  
Dei, miſit Deus ſpírítum filij ſui in  
corda veſtra, clamãntem, abba, pa-  
ter. Itaq; iã nõ eſt ſeruus, ſed filius.  
Quòd ſi filius: & hæres per Deum.

**Graduale.** Specioſus forma præ filiis  
hominũ, diffuſa eſt gratia in labiis tuis.  
v̄. Eructãuit cor meũ verbũ bonũ, dico  
ego opera mea regi: lingua mea calamus  
ſcribæ velociter ſcribẽtis. Alleluia, alle-

luia. v̄. Dñs regnauit, decorem induit: psal. 92.  
induit Dominus fortitudinem, & præ-  
cinxit ſe virtute, alleluia.

Sequẽtia ſancti Euangélij  
ſecũdum Matthæum.

**I**N illo tẽpore: Defũcto Heròde, cap. 2.  
Ecce angel⁹ Dñi apparuit in ſom-  
nis Ioſeph in Ægypto, dicẽs. Surge,  
& accipe púerũ, & matrem eius, &  
vade in terrã Iſraél. Defũcti ſunt  
enim, qui quærébãt animam púeri.  
Qui cõſurgens, accẽpit púerum &  
& matrẽ eius: & venit in terrã Iſ-  
raél. Aũdiens autẽ, q̄ Archelãus re-  
gnãret in Iudæa pro Heròde patre  
ſuo, tímuit illò ire. Et admonitus in  
ſomnis, ſecéſſit in partes Galilææ.  
Et veniẽs habitãuit in ciuitatẽ que  
vocãtur Nazaréth: vt adimplerẽ-  
tur quod dictum eſt per prophetas:  
quoniã Nazaræus vocãbitur.

**Offert.** Deus firmãuit orbẽ terræ, qui psal. 92.  
nõ cõmouebitur: parata ſedes tua, Deus,  
ex tunc à ſæculo tu es. **Secreta.**

**C**ONcede, quæſumus, oĩpotens  
Deus: vt oculiſtuæ maietatis  
munus oblatũ, & gratiã nobis piæ  
deuotionis obtineat, & effectũ bea-  
tæ perennitatis acquirat. Per Dñm.

De ſancta Maria.

Secreta.

**M**Vneribus noſtris, quæſum⁹,  
Domine, precibusq; ſuſce-  
ptis: & cæleſtibus nos munda my-  
ſteriis, & clementer exaudi.

Contra



Contra persecutores Ecclesiae. *Secreta.*

**P**rotege nos, Dñe, tuis mysteriis seruiētes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente.

*Vel pro Papa. Secreta.*

**O**blatis, quæsumus, Dñe, placare muneribus: & famulum tuum **N.** quē pastōrē Ecclesiae tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernā. Per Dominum.

*Marth. 2.* **Communio.** Tolle puerum & matrem eius, & vade in terrā Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri.

*Postcommunio.*

**P**er huius, Dñe, operatiōnē mysterij, & vitia nostra purgētur, & iusta desideria compleātur. Per.

*De sancta Maria. Postcommunio.*

**H**æc nos cōmūnio, Dñe, purget à crimine: & intercedēte beata Dei genitrice Maria, cælestis remēdij faciat esse cōsōrtes.

*Contra persecutores Ecclesiae. Postcom.*

**Q**uæsumus, Dñe Deus noster: vt, quos diuina tribuis participatiōne gaudēre, humanis nō sinas subiacēre periculis.

*Vel pro Papa. Postcommunio.*

**H**æc nos, quæsumus, Dñe, diuini sacramēti percēptio ptegat: & famulū tuū **N.** quem pastōrem ecclesiae tuæ præesse voluisti, vnā cum commisso sibi grege saluet semper & mūniat. Per Dñm.

## IN EPIPHANIA DOMINI.

*Statio ad sanctum Petrum.*



*Introitus.*

**E**cce aduenit dominator Dñs, & regnū Malac. 3. in manu eius, & potestas, & imperium.

*Psal.* Deus, iudicium tuum regi da, & Psal. 72. iustitiam tuā filio regis. *¶ Gloria patri.*

*Oratio.*

**D**eus, qui hodierna die vnigēnitū tuū gētibus stella duce reuelāsti: cōcēde propitius: vt, qui iam te ex fide cognouimus, vsq; ad contemplandam spēcīem tuæ celsitudinis perducāmur. Per eundē.

*Lectio Isaiaē prophetae.*

**S**urge, illuminare Hierusalem: cap. 60. quia venit lumen tuū, & glória Domini



Dómini super te orta est. Quia ecce ténebræ opérient terram, & calígo pópulos. Super te auté oriétur Dñs, & glória eius in te vidébitur. Et ambulábunt gentes in lúmine tuo, & reges in splédôre ortus tui. Leua in circúitu óculos tuos, & vide: oēs isti congregáti sunt, venérunt tibi. Fílij tui de longè veniét: & filiæ tuæ de látere surgét. Tunc vidêbis & áfflues: & mirábitur & dilatábitur cor tuũ, quando conuérfa fúerit ad te multitúdo maris, fortitúdo gentiũ venérunt tibi. Inúdatio camelórũ opériet te, dromedarij Mádián, & Epha. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferétes: & laudem Dómino annunciántes.

*Maiz 60.* **Graduale.** Omnes de Saba veniét, aurum & thus deferétes: & laudé Dñi annunciántes. *ψ.* Surge, & illuminare Hierusalem: quia gloria Dñi super te orta est.

*Matth. 2.* **A**lleluia, alleluia. *ψ.* Vidimus stellam eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare Dominum, alleluia.

*Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Matthæum.*

*cap. 2.* **C**Um natus esset Iesus in Bethlehém Iudæ in diêbus Herôdis regis: ecce Magi ab oriéte venérunt Hierosolymã, dicétes. Vbi est, qui natus est rex Iudæôrũ? Vidimus enim stellam eius in oriéte, & venimus adorâre eũ. Aúdiens auté Heródes rex, turbátus est, & omnis

Hierosólýma cũ illo. Et cóngregás omnes príncipes sacerdotũ & scribas pópuli, sciscitabátur ab eis, vbi Christus nascerétur. At illi dixerũt ei. In Bethlehém Iudæ. Sic enim scriptum est per prophétam. Et tu Bethlehém terra Iuda, nequãquã mínima es in princípibus Iuda. Ex te enim éxiet dux, qui regat pópulum meũ Israél. Tunc Heródes clam vocátis Magis, diligéter dídicit ab eis tempus stellæ, quæ aparuit eis. Et mittens illos in Bethlehém, dixit. Ite, & interrogáte diligéter de púero: & cũ inueneritis, renunciáte mihi: vt & ego veniens, adôrem eũ. Qui cùm audíssent regem, abiérũt. Et ecce stella, quã víderant in oriéte, antecédêbat eos, vsque dum veniês, staret suprà vbi erat puer. Vidétes autem stellam, gauísi sunt gáudio magno valde. Et intrántes domum, inuenerunt púerum cum Maria matre eius:

\* **Et procidéntes, adorauerunt eum.**

Et apértis thesáuris suis, obtulérũt ei múnera: aurũ, thus, & myrrhá. Et respóso accépto in somnis ne redírent ad Herôdê: per aliã viam reuérsi sunt in regiõné suam. **C**redo.

**Offertor.** Reges Tharsis & insulæ mu-  
nera offerét: reges Arabum, & Saba dona ad-

*De genua  
Noë.*

*Pal. 71.*



na adducent: & adorabūt eum oēs reges terræ, omnes gentes seruient ei. *Secreta.*

**E**cclésiæ tuæ, quæsum⁹, Domine, dona propiti⁹ intuerere, quibus non iam aurum, thus, & myrrha profertur: sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur, & sumitur. Per Dominum.

*Præfatio.* Æterne Deus. Quia cum vnigenit⁹. *Infra actionē.* Cōmunicātes, & diē sacratissimū celebrantes, quo vni-genitus tuus. vt in *Præfationibus.* Et dicuntur per *Octauam.* Cōmunio. Vidi-

*Matth. 2.* mus stellam eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare Dominum.

*Postcommunio.*

**P**ræsta, quæsumus, omnípotēs Deus, vt quæ sollēni celebrāmus officio, purificatæ mētis intelligentia consequāmur. Per Dñm.

*Infra Octauā Epiphaniæ fit idē officii quod in die: & post Orationē diei dicuntur Orationes, Deus q̄ salutis eterne. & Ecclesiæ tuæ. vel p̄ Papa. vt in Vigil. Epip.*

De festis duplicibus & semiduplicib⁹, quæ infra Octauā veniunt, nihil agitur, nisi in propria Ecclesia, sed peracta Octaua celebrantur: de simplicibus autem fit tantum commemoratio.

De Dñica infra Octauam Epiphaniæ Missa dicitur vt infra. Quod si festum Epiphaniæ in Dñica venerit, ipsa Missa Dñicæ dicitur in Sabbatho infr. Octauā, & in Octaua Epiph. nihil fit de Dñica.

## DOMINICA Infra Octauam Epiphaniæ.

*Introitus.*



**I**n excelso throno vidi *Ecclef. 1.* sedere virum, quē adorat multitudo angelorum psallentes in vñū: ecce cuius imperij nomen est in æternum.

*Psal.* Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia. ✠. Gloria patri.

*Oratio.*

**V**ota, quæsumus, Dñe, supplicantis pópuli cælesti pietate profèquere: vt, & quæ agēda sunt, videant, & ad implēda quæ videant, conualéscāt. Per Dñm.

*Pro Commemoratione Epiphaniæ.*

*Oratio.*

**D**eus, qui hodierna die vnigenitū tuū gētibus stella duce reuelāsti: concēde propitius: vt qui iam te ex fide cognouimus, vsq; ad contemplādam spēciam tuæ celsitudinis perducāmur. Per eūdem.

*Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Romānos.*

**F**ratres: Obsecro vos per misericordiā Dei, vt exhibeātis corpora vestra hōstiā viuētem, sanctā, Deo placētem, rationābile obsequiū vestrum. Et nolite cōformari huic sēculo: sed reformāmini in nouitate sensus vestri, vt probētis quæ sit volūntas Dei bona, & beneplacens,



cens, & perfecta. Dico enim per gratiam Dei quæ data est mihi: omnibus qui sunt inter vos. Nō plus sapere quā oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et vnicuique, sicut Deus diuisit mensurā fidei. Sicut enim in vno corpore multa mēbra habēmus, omnia autē mēbra non eundē actū habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. In Christo Iesu Dōmino nostro.

*Psal. 71.* **Graduale.** Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia magna solus à sæculo. *ŷ.* Suscipiant montes pacem populo tuo: & colles iustitiam.

*Psal. 99.* **Alleluia, alleluia.** *ŷ.* Iubilatē Deo omnis terra: seruite Dño in lætitia, alleluia.

**Sequētia sancti Euangēlij  
secūndum Lucam.**

*Cap. 2.* **C**um factus esset Iesus annōrū duodecim, ascendētibus illis Hierosōlymam secūndū consuetūdinem diēi festi, consummatisque diēbus cum redirent, remānsit puer Iesus in Hierusalē, & nō cognouerunt parēntes eius. Existimāntes autē illum esse in comitatu, venērunt iter diēi, & requirēbant eū inter cognātos & notos. Et nō inuenientes, regrēssi sunt in Hierusalē, requirētes eū. Et factū est: post triduū inuenērunt illū in tēplo sedentem in medio doctōrū, audientem illos, & interrogatē. Stupēbāt autē oēs qui

eum audiēbant, super prudētia & respōnsis eius. Et vidēntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illū. Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolētes querebāmus te. Et ait ad illos. Quid est, quod me querebātis? Nesciebātis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbū, quod locūtus est ad illos. Et descendit cū eis, & venit Nazarēth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruābat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiēbat sapiētia & ætate & grātia apud Deum & hōmines. **C**redo.

**Offertor.** Iubilatē Deo omnis terra: *Psal. 99.* seruite Domino in lætitia: intrate in conspectu eius in exultatione, quia Dñs ipse est Deus. **Secreta.**

**O**blatum tibi, Dñe, sacrificiū viuificet nos semper & muniat. Per Dominum.

**Pro Epiphania.** **Secreta.**

**E**cclēsię tuę, quæ sumus, Dñe, dona propitius intuerē: quibus non iam aurū, thus, & myrrha profertur: sed quod eisdem munēribus declaratur, immolatur, & sumitur. Per Dominum.

**Communio.** Fili, quid fecisti nobis *Luc. 2.* sic? ego & pater tuus dolentes querebāmus te. Et quid est quod me querebātis? Nesciebātis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse?

**Post-**




## Postcommunio.

**S**upplices te rogâmus omnîpotens Deus : vt quos tuis réficis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignâter deseruîre concédas. Per Dóminum.

## Pro Epiphania. Postcommunio.

**P**ræsta, quæsumus, omnîpotés Deus : vt quæ solléni celebrâmus officio, purificâtę mentis intelligentia consequâmur. Per Dñm.



## I N O C T A V A

## Epiphaniæ.

## Introitus.

Malac. 3.



**E**cce aduenit dominator Dominus : & regnũ in manu eius, & potestas, & imperium.

Psal. 71.

**P**sal. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. *ŷ.* Gloria patri. *Oratio.*

**D**eus, cuius vnigénit⁹ in substantia nostræ carnis apparuit: præsta, quæsumus: vt per eum, quẽ similem nobis foris agnóuimus, intus reformári mereâmur. Qui tecum viuít & regnat.

## Lectio Isaíæ prophétæ.

Cap. 60.

**S**urge, illuminâre Hierusalem: quia venit lumen tuum, & glória Dñi super te orta est. Quia ecce ténebræ opérient terram, & caligo pópulos. Super te autem oriẽtur Dñs, & glória eius in te vidébitur.

tur.

Et ambulábunt gentes in lumine tuo, & reges in splendóre ortus tui. Leua in circuitu óculos tuos, & vide: omnes isti cōgregâti sunt, venérunt tibi. Filij tui de longè venient: & filiæ tuæ de latere surgēt. Tunc vidébis, & áfflues: & mirábitur, & dilatábitur cor tum, quando conuersa fúerit ad te multitúdo maris, fortitúdo gētium vénerit tibi. Inundatio camelórum opériet te, dromedárij Mádian, & Epha. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes: & laudem Dómino annunciántes.

*Graduale.* Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudé Domino annunciántes. *ŷ.* Surge, & illuminare Hierusalem: quia gloria Domini super te orta est.

*Alleluia, alleluia.* *ŷ.* Vidimus stellam eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare Dominum, alleluia.

Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Ioánnem.

**I**n illo tēpore: Vidit Ioánnes Iesum veniẽtem ad se, & ait. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccâta mūdi. Hic est, de quo dixi. Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat, & ego nesciẽbã eum. Sed vt manifestẽtur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimóniũ perhibuit Ioánnes, dicens. Quia vidi spíritũ descen-



scendentem quasi columbã de cælo, & mansit super eum. Et ego nesciẽbam eum: sed qui misit me baptizãre in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris sp̃ritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in sp̃ritu sancto. Et ego vidi: & testimoniũ phibui: quia hic, est filius Dei. **Credo.**

**Offertor.** Reges Tharsis & insulæ muna offerent: reges Arabum & Saba dona adducent: & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei.

*Secreta.*

**H**ostiastibi, Domine, pro nati filij tui apparitione deferimus, suppliciter exorantes: vt sicut ipse nostrorum auctor est munerũ: ita sit ipse misericors, & susceptor, Iesus Christus Dñs noster. **Qui.**

**Communio.** Vidimus stellam eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare Dominum. **Postcommunio.**


**C**ælesti lumine, quæsumus, Domine, semper & vbiq; nos præueni: vt mysterium, cuius nos participes esse voluisti, & puro cernãmus intuitu, & digno percipiãmus affectu. Per Dõminum.

**¶** Ab Octa. Epiph. vsque ad Purificationem, nisi fuerit duplex, post Orationem diei dicuntur istæ Orationes. **Deus, qui salutis æternæ. & Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium.**

**¶** Si tempus breue fuerit ab Oct. Epi

phaniae vsque ad Septuagesimam, ita quod Dominicalia officia non possint expleri suis diebus, officia residuarum Dominicarũ, post secundam Dominicã post Epiphaniã. eo anno omittuntur, & resumuntur (quo ad Orationem, Epistolam, & Euangelium duntaxat) post vigesimamtertiam Dominicã post Pentecosten, vt ibi dicitur in rubrica.

**¶** Si Dñica Septuagesimæ venerit sequenti Dñica, post Octauam Epiphaniã. in præcedenti Sabbatho, si non est impeditum festo duplici, vel semiduplici, dicitur Missa de Dñica secũda post Epiphaniã cum commemoratione festi simplicis in eo occurrentis. Si verò Sabbathum fuerit impeditum festo duplici vel semiduplici, tunc prima die post Octauam Epiphaniæ dicitur Missa de secũda Dominica, & festum duplex vel semiduplex trãsfertur in primam diem simili festo non impeditam.



**DOMINICA II.**  
post Epiphaniã.

**Introitus.**



Mnis terra adoret te, <sup>Psal. 45.</sup>  
Deus, & psallat tibi:  
psalmum dicat nomini  
tuo altissime.

**Psal.** Iubilate Deo om <sup>ibidem.</sup>  
nis terra, psalmum dicite nomini eius:  
date gloriam laudi eius. **¶** Gloria patri.

**¶** Dicitur **G**loria in excelsis in Dñicis vsq; ad LXX. exclusiue: in ferialibus verò

**D** diebus



diebus, quando resumitur Missa de Dominica præterita, non dicitur. Quod seruatur & post Pentecosten. Oratio.

**O**Mnipotēs sempiternē Deus, qui cælestia simul & terrēna moderāris: supplicatiōnes pōpuli tui clemēter exāudi, & pacē tuā nostris concēde tēporibus. Per Dñm.

De sancta Maria. Oratio.

**D**Eus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecūda humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus: vt ipsam p nobis intercedere sentiām, p quā meruimus auctōrē vitæ suscipere Dñm nostrū Iesum Christū filiū tuum.

Contra persecutores Ecclesiæ. Oratio.

**E**cclēsiæ tuæ, quæsumus, Dñe, preces placātus admitte: vt destrūctis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secūra tibi seruiat libertate. Per Dōminum.

Vel pro Papa. Oratio.

**D**Eus omniū fideliū pastor, & rector, famulum tuum **N.** quem pastōrem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exēplo, quibus præest, proficere: vt ad vitā vnā cum grege sibi crédito, peruēniat sempiternam. Per Dōminum.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.

Cap. 12. **F**Ratres: Habentes donatiōnes, secundum gratiam quæ data

est nobis, differentes: siue prophetiam secundū ratiōnem fidei, siue ministēriū in ministrādo, siue qui docet in doctrīna: qui exhortatur in exhortādo, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Dilēctio sine simulatiōne. Odiētes malū: adherētes bono. Charitatē fraternitatis inuicem diligētes: honore inuicem præueniētes. Sollicitudine non pigri: spiritu feruētes: Dño seruiētes: spe gaudētes: in tribulatiōne patientes: oratiōni instātes: necessitatibus sanctōrū communicātes: hospitalitatem sectātes. Benedicite persequētibz vos: benedicite, et nolite maledicere. Gaudete cum gaudētibz: flete cum flētibz. Idīsum inuicē sentiētes. Non alta sapiētes: sed humilibz consentiētes.

Graduale. Misit Dñs verbum suum, & psal. 106

fanauit eos: & eripuit eos de interitu eorum. **V.** Confiteantur Dño misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominū.

**A**lleluia, alleluia. **V.** Laudate Dominum psal. 150 omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius, alleluia.

**¶** Sic dicitur Alleluia cum Versu post Graduale, ab Octaua Epiphaniæ vsque ad Septuagesimam: & ab Octaua Pentecostes vsque ad Aduentū, etiam infra hebdomadam, quando resumitur Missa de Dominica.

Séquen-



Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.

Cap 2.

**I**n illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex posite, secundum purificationem Iudæorum: capientes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum. Et dicit eis Iesus. Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustauit architriclinus aquam vinum factum, & non sciēbat unde esset, ministri autem sciēbant qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei. Omnis homo, primum, bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterior est. Tu autem seruasti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius.

Et dicitur Credo.

Offertor. Iubilare Deo vniuersa terra: psalmum dicite nomini eius: venite, & au-

dite, & narrabo vobis omnes qui timetis Deum, quanta fecit Dominus anime mee, alleluia.

Secreta.

**O**blata, Domine, munera sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum.

De sancta Maria. Secreta.

**M**uneribus nostris, quaesumus, Domine, precibusque susceptis: & caelestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi.

Contra persecutores Ecclesie. Secreta.

**P**rotege nos, Domine, tuis mysteriis seruientes: ut diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dominum.

Vel pro Papa. Secreta.

**O**blatis, quaesumus, Domine, placare muneribus: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesie tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernare. Per Dominum.

Communio. Dicit Dominus, implete Ioan. 2. hydrias aqua, & ferte architriclino. dum gustasset architriclinus aquam vinum factam, dicit sponso, seruasti bonum vinum usque adhuc, hoc signum fecit Iesus primum coram discipulis suis.

Postcommunio.

**A**ugeatur in nobis, quaesumus, Domine, tuæ virtutis operatio: ut, diuinis vegetati sacramentis, ad eorum promissa capiēda, tuo munere præparemur. Per Dominum nostrum.



Pro sancta Maria. Postcommunio.

**H**Æc nos cōmūnio, Dñe, purget à crimine : & intercedēte beāta Dei genitrīce Maria, cælēstis remēdij faciat esse cōfōrtes.


Contra persecutores Ecclesiæ.

Postcommunio.

**Q**uæsumus, Dñe Deus noster: vt, quos diuīna tribuis participatiōne gaudēre, humanis nō sinas subiacēre periculis. Per Dñm.

Vel pro Papa. Postcommunio.

**H**Æc nos, quæsumus, Dñe, diuīni sacramēti percēptio p̄tegat: & famulū tuū **N** quem pastōrem ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vnā cum commisso sibi grege saluet semper & mūniat. Per Dñm.



## D O M I N I C A

tertia post Epiphaniam.

Introitus.



Dorate Deum omnes angeli eius: audiuit, & lætata est Sion: & exultauerunt filiæ Iudæ.

Psal. Dominus regna-

uit, exultet terra, lætentur insulæ multæ.

v̄. Gloria patri.

Oratio.

**O**Mnipotēs sempitērne Deus, infirmitātem nostram propitius respice: atq; ad protegēdum nos, dēxteram tuæ maiestātis extēde. Per Dōminum.

De sancta Maria. Oratio.

**D**Eus, qui salūtis æternæ, beātæ Mariæ virginitāte fecūda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiāmus, per quā meruimus auctōrem vitæ suscipere Dōminum nostrum Iesum.

Pro Papa. Oratio.

**D**Eus omnium fideliū pastor & rector: famulum tuum **N** quem pastōrem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exēplo, quibus præest, proficere: vt ad vitā vnā cū grege sibi credito, peruēniat sempiternam. Per Dōminum.

Vel contra persecutores Eccles. Oratio. Ecclesiæ tuæ. vt in Dominica præcedēti.

Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Romanos.

**F**Ratres: Nolite esse prudentes <sup>Cap. 12.</sup> apud vosmetipsos. Nulli malū pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantū coram Deo, sed etiā coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cū omnibus hominib<sup>9</sup> pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes, carissimi: sed date locum iræ. Scriptum est enim. Mihi vindictam: & ego retribuā, dicit Dñs. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potū da illi. Hoc enim faciens, carbōnes ignis cōgeres super caput



put eius. Noli vinci à malo: sed vince in bono malum.

*Psal. 101.* **Graduale.** Timebunt gentes nomen tuum, Dñe, & omnes reges terræ gloriã tuam. *Psal. 96.* Quoniam ædificauit Dñs Siõ, & videbitur in maiestate sua. Alleluia, alleluia. *Psal. 96.* Dominus regnavit, exultet terra: lætentur insulæ multæ, alleluia.

**Sequẽtia sancti euangelij  
secundum Matthæum.**

*Cap. 8.* **I**N illo tempore: Cùm descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens. Dñe, si vis, potes me mundare. Et extendens manũ Iesus, tetigit eum, dicens. Volo. Mundare. Et cõfestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti: & offer munus, quod præcepit Moyses, in testimonium illis. Cùm autem introisset Capharnaum, accessit ad eũ Centurio, rogans eum, & dicens. Dñe, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam & curabo eum. Et respondens Centurio ait. Dñe, non sum dignus vt intres sub tectũ meũ: sed tantũ dic verbo, & sanabitur puer meus. Nã & ego homo sũ sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens

autẽ Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit. Amen dico vobis, non inueni tantã fidẽ in Israel. Dico autem vobis, quòd multi ab oriẽte & occidẽte veniẽt, & recubent cũ Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælõrũ: filij autẽ regni eiiciẽtur in tenebras exteriorẽs. Ibi erit fletus & stridor dẽtiũ. Et dixit Iesus Centurioni. Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

**Et dicitur Credo.**

**Offert.** Dextera Dñi fecit virtutẽ, dextera Dñi exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem: non moriar, sed viuã, & narrabo opera Domini. *Psal. 117.* **Secreta.**

**H**Æc hostia, quæsumus, Dñe, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesq; sanctificet. Per Dõminum.

**Pro sancta Maria. Secreta.**

**M**Vneribus nostris, quæsumus, Dñe, precibusq; susceptis: & cælõstibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi.

**Pro Papa. Secreta.**

**O**Blatis, quæsumus, Dñe, placare munõribus: & famulũ tuum **N.** quem pastõrem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectiõne gubernã. Per Dõminum.

**Vel contra persecutores Ecclesiæ. Secreta. P**rotege. vt in Dominica præterita. **Communio.**



Luc. 4.

Mirabantur omnes de his, quæ procedebant de ore Dei. *Postcommunio.*

**Q** Vos tantis, Dñe, largiris uti mysteriis: quæsumus, ut effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per Dñm.


*De sancta Maria. Postcommunio.*

**H**æc nos cōmūnio, Dñe, purget à crimine: & intercedete beata Dei genitrice Maria, cælestis remēdij faciat esse cōsortes.

*Vel pro Papa. Postcommunio.*

**H**æc nos, quæsumus, Dñe, diuini sacramēti percēptio pretegat: & famulū tuū **N.** quem pastorem ecclēsiæ tuæ præesse voluisti, vnā cum commisso sibi grege saluet semper & mūniat. Per Dñm.

*Vel contra persecutores Ecclesiæ Postcommunio. Quæsumus, ut in Dominica præterita.*



## DOMINICA quarta post Epiphaniam.

*Introitus.*

Psal. 96.



Dorate Deum omnes angeli eius: audiuit, & lætata est Sion: & exultauerunt filia Iudæ.

Ibidem.

*Psal. Dominus regnavit, exultet terra, lætetur insule multe.*

*v. Gloria patri.*

*Oratio.*

**D**eus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere:

da nobis salutem mentis & corporis: ut ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adiuuante, vincamus. Per Dñm.

*De sancta Maria. Oratio.*

**D**eus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus: ut ipsam pro nobis intercedere sentiāmus, per quā meruimus auctorem vitæ suscipere Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum.

*Contra persecutores Ecclesiæ. Oratio.*

**E**cclēsiæ tuæ, quæsumus, Dñe, preces placatus admittite: ut destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secūra tibi seruiat libertate. Per Dñm.

*Vel pro Papa. Deus omnium fidelium, ut in Dominica præterita.*

*¶ Si hæc Dominica venerit post Festū Purificationis, dicitur secunda Oratio, A cunctis. Tertia ad libitum, ut infra in Septuagesima.*

*Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.*

**F**ratres: Nēmini quicquā debeat: nisi, ut inuicē diligatis. Qui enim diligit proximum, legē implēuit. Nam non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimonium dices: non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: diliges pro-



ges proximum tuum sicut teipsum. Diléctio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis, est diléctio.

*Psal. 101.* **Graduale.** Timebunt gentes nomen tuum, Dñe, & omnes reges terræ gloriã tuam. *Psal. 96.* Quoniã ædificauit Dñs Sion, & videbitur in maiestate sua. **A**lleluia, alleluia. *Psal. 96.* Dominus regnauit, exultet terra: latentur insulæ multæ, alleluia.

**Sequência sancti euangélij  
secundum Matthæum.**

*Cap. 8.* **I**n illo tempore: Ascendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce, motus magnus factus est in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes, Dñe, salua nos, perim. Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes. Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei.

Et dicitur Credo.

*Psal. 117.* **Offert.** Dextera Dñi fecit virtutem, dextera Dñi exaltauit me: dextera Dñi fecit virtutem: non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. **Secreta.**

**C**oncède, quæsumus, omnipotens Deus, ut huius sacrificij munus oblatum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper & muniat. Per Dominum.

**De sancta Maria. Secreta.**

**M**uneribus nostris, quæsumus, Domine, precibusque susceptis: & cælestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi.

**Contra persecutores Ecclesiæ. Secreta.**

**P**rotege nos, Dñe, tuis mysteriis seruietes: ut diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dominum.

**Vel pro Papa. Secreta.** Oblatis. ut in Dominica præcedenti.

**Communio.** Mirabatur omnes de his, *Luc. 4.* quæ procedebant de ore Dei.

**Postcommunio.**

**M**uera tua nos, Deus, à delectationibus terrenis expellant: & cælestibus semper instauerent alimentis. Per Dominum.

**De sancta Maria. Postcommunio.**

**H**æc nos communitio, Domine, purget à crimine: & intercedente beata Dei genitrice Maria, cælestis remedij faciat esse consortes.

**Contra persecutores Ecclesiæ.**

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus, Dñe Deus noster: ut quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per Dominum nostrum.

**Vel pro Papa. Postcommunio.**

**Hæc nos ut in Dominica præterita.**





## D O M I N I C A

quinta post Epiphaniam.

Introitus.

Psal. 96.



Dorate Deum omnes  
angeli eius : audiuit, &  
lætata est Sion: & exul-  
tauerunt filia Iudæ.

Ibidem.

Psal. Dominus regna-

uit, exultet terra, lætentur insulæ multæ.

✠ Gloria patri.

Oratio.

**F**Amiliã tuã, quæsumus, Dñe,  
continua pietãte custodi : vt  
quæ in sola spe grãtiæ cælëstis in-  
nititur, tua semper protectiõne mu-  
niatur. Per Dõminum.

¶ Post Festum Purificationis dicitur  
secunda Oratio, A. cunctis. vt infra in  
Dominica Septuagesimę. Et tertia Ora-  
tio ad libitum sacerdotis.

Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Colossenses.

Cap. 3.

**F**Ratres : Induite vos, sicut ele-  
cti Dei sancti, & dilecti viscera  
misericordiæ, benignitatẽ, humili-  
tatẽ, modestiam, patientiam, sup-  
portates inuicem : & donantes vo-  
bismetipsis, si quis aduersus aliquẽ  
habet querelam. Sicut & Dõmin⁹  
donauit vobis: ita & vos. Super om-  
nia autem hæc, charitatẽ habẽ-  
tes, quod est vinculũ perfectiõnis.  
Et pax Christi exultet in cordibus  
vestris, in qua & vocati estis in vno  
corpore : & grati estote. Verbum  
Christi habitet in vobis abundan-

ter, in omni sapiëntia : docentes &  
commonentes vosmetipsos, in psal-  
mis, hymnis, & canticis spirituãli-  
bus, in grãtia cantãtes in cordibus  
vestris Dõmino. Omne quodcunq;  
facitis in verbo aut in opere: omnia  
in nõmine Dñi nostri Iesu Christi  
facite, grãtias agentes Deo & patri,  
per Iesum Christum Dñm nostrũ.

**Graduale.** Timebunt gentes nomen  
tuum Domine, & omnes reges terre glo-  
riam tuam. ✠ Quoniam ædificauit Dñs  
Sion: & videbitur in maiestate sua.

**Alleluia, alleluia.** ✠ Dñs regnavit, exul-  
tet terra: lætetur insulæ multæ, alleluia.

Sequẽtia sancti euangelij  
secundum Matthæum.

**I**N illo tempore : Dixit Iesus di-  
scipulis suis parabolam hanc. **C**ap. 13.  
Simile factum est regnum cælõrũ  
hõmini, qui seminãuit bonum se-  
men in agro suo. Cũ autem dor-  
mirent hõmines, venit inimicus  
eius, & superseminãuit zizania in  
medio tritici, & abiit. Cũ autem  
creuisset herba, & fructum fecisset:  
tunc apparuerunt & zizania. Ac-  
cedentes autẽ serui patris familias,  
dixerunt ei. Dõmine, nõne bonũ  
semen seminãsti in agro tuo? Vnde  
ergo habet zizania? Et ait illis. Ini-  
micus homo hoc fecit. Serui au-  
tem dixerunt ei. Vis imus, & colligimus ea? Et ait. Non: ne fortẽ col-  
ligentes zizania, eradicetis cum eis  
simul



simul & triticum . Sinite vtraque crescere vsque ad messem : & in tēpore messis dicā messōribus . Colligite primū zizānia , & alligāte ea in fasciculos ad cōburendū : triticū autem congregāte in hōrreū meū .

Et dicitur **C**redo.

Psal. 117

**Offert.** **D**extera Dñi fecit virtutē, dextera Dñi exaltauit me: dextera Dñi fecit virtutē: non moriar, sed viuam, & narra- bo opera Domini.

Secreta.

**H**ostias tibi, Dñe, placatiōnis offerimus: vt & delicta nostra miserātus absoluas, & nutātia cor- da tu dirigas. Per Dōminum.

Alia Secreta. **E**xaudi nos. *tertia ad li- bitum, vt in Septuagesima.*


Luc. 4.

**Communio.** Mirabantur omnes de his, quæ procedebant de ore Dei.

Postcommunio.

**Q**væsumus, omnipotēs Deus, vt illius salutāris capiāmus ef- fectum: cuius per hæc mystēria pi- gnus accēpimus. Per Dōminum.

Alia Postcōmunio. **M**ūdet & muniat. *Tertia ad libitum, vt in Septuagesima.*



**D O M I N I C A**  
**sexta post Epiphaniam.**

Introitus.

Psal. 96.



Idem.

Dorate Deum omnes angeli eius: audiuit, & lætata est Siō: & exul- tauerunt filia Iudæ.

**P**salm. Dominus re-

gnauit, exultet terra: lætentur in sulcæ mul- ta. *γ.* Gloria patri.

Oratio.

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt semper rationabilia meditantēs, quæ tibi sunt placita, & dictis exequāmur, & factis. Per Dōminum nostrum.

*Secunda Oratio, A cunctis. Tertia ad libitum, vt in Septuagesima.*

*Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Thessalonicēses.*

**F**ratres: Grátias ágimus Deo 1. Cap. 7. semper pro omnib⁹ vobis: me- móriam vestri faciētes in oratiō- nibus nostris, sine intermissiōne, mémores óperis fidei vestræ & la- bōris, & charitātis, & sustinētiæ spei Dñi nostri Iesu Christi, ante Deū & patrē nostrū. Sciētes fratres dilēcti, à Deo electiōnē vestrā: quia euāgeliū nostrū non fuit ad vos in fermōnetantū, sed & in virtūte, & in spíritu sancto, & in plenitūdine multa: sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imita- tōres nostri facti estis, & Dōmini: excipiētes verbum in tribulatiō- ne multa cum gáudio spíritus san- cti: ita vt facti sitis forma omnibus credētib⁹ in Macedónia & in A- chaia. A vobis enim diffamātus est fermo Dñi, non solūm in Macedó- nia & in Achaia, sed & in omni lo- co fides vestra, quæ est ad Deū, pro- fecta est, ita vt non sit nobis necesse



quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conuersi estis ad Deum à simulacris, seruire Deo viuo & vero: & expectare filium eius de caelis (quem suscitauit ex mortuis) Iesum, qui eripuit nos ab ira ventura.

*Psal. 101.* **Graduale.** Timebunt gentes nomen tuum, Dñe, & omnes reges terre gloriam tuam. *Psal. 96.* Quoniam edificauit Dñs Sion, & videbitur in maiestate sua. Alleluia, alleluia. *Psal. 96.* Dominus regnauit, exultet terra, letentur insulae multae, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.**

*Cap. 13.* **I**n illo tempore: Dixit Iesus turbis parabolam hanc. Simile est regnum caelorum grano sinapis: quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cum autem creuerit, maius est omnibus olerebus: & fit arbor, ita ut volucres caeli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum caelorum fermento: quod acceptum mulier abscondit in farinae fatis tribus, donec fermentatum est totum. Haec omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum: eructabo abs-

condita à constitutione mundi.

Et dicitur C redo.

**Offert.** Dextera Dñi fecit virtutem: dextera Dñi exaltauit me: dextera Dñi fecit virtutem; non moriar, sed viuam, & narra-  
*Psal. 117*  
bo opera Domini. **Secreta.**

**H**AEC nos oblatio, Deus, mundet, quæsumus, & renouet, gubernet, & protegat. Per Dñm.

**Alia Secreta.** Exaudi. **Tertia ad libitum.**

**Communio.** Mirabatur omnes de his, quæ procedebant de ore Dei. *Luc. 2.*

**Postcommunio.**

**C**AELÉSTIBUS, Dñe, pasti deliciis, quæsumus: ut semper eadem, per quæ veraciter viuimus, appetamus. Per Dominum.

**Alia Postcō.** Mundet. **Tertia ad libitum.**



**D O M I N I C A**

**in Septuagesima.**

**Statio ad sanctum Laurentium extra muros.** **Introitus**



**C**ircundederunt me gemitus mortis: dolores inferni circundederunt me: & in tribulatione mea inuocaui Dominum, & exaudiuit de templo sancto suo vocem meam. *Psal. 17.*

**Psal.** Diligam te Domine, fortitudo mea, Dñs firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. *Ibidem.* **Gloria patri.**

**Non dicitur Gloria in excelsis, a Dominica Septuagesimæ vsque ad Pascha,**  
exce-



exceptis Feria quinta in Coena Domini,  
& Sabbatho sancto, & quando dicitur  
Missa de Festo.

Oratio.

**P**Reces pópuli tui, quæsumus,  
Dñe, clemēter exaudi: vt qui  
iustè p peccātis nostris affligimur,  
pro tui nómīnis glória misericór-  
diter liberēmur. Per Dóminum.

Ad poscenda suffragia sanctorum.

Oratio.

**A**Cunctis nos, quæsumus, Dó-  
mine, mentis & cōrporis de-  
fēde periculis: & intercedēte beá-  
ta, & gloriósa, semperque vírgine  
Dei genitríce Maria, cum beátis a-  
póstolistuis Petro & Paulo, atque  
beáto **N** & omnibus sanctis, salútē  
nobis tríbue benignus & pacem:  
vt destrúctis aduersitatibus, & er-  
róribus vniuersis, Ecclesiā tua se-  
cúra tibi séruiat libertáte.

Tertia Oratio dicitur ad libitum Sa-  
cerdotis.

Sic dicitur secūda & tertia Oratio à  
festo Purificationis vsque ad Feriā quar-  
tam Cinerum exclusiue, quando non est  
duplex: nisi Dñica Septuagesimę venerit  
ante festum Purificationis, vel in ipsa die  
Purificationis: quia tunc dicuntur Ora-  
tiones sicut in Dñica secūda post Epiphā-  
niam, de sancta Maria, & cōtra persecu-  
tores Ecclesiæ, vel pro Papa. Simili mo-  
do fiat in Sexagesima & Quinquages.

Léctio epístolæ beáti Pauli  
apóstoli ad Corínthios.

**F**Ratres: Nescītis quòd hi qui in <sup>1. Cap. 9</sup>  
stádio currunt, omnes quidem  
currunt: sed vnus accipit brauiū?  
Sic cúrrite, vt cōprehédatis. Omnis  
autē qui in agōne contēdit: ab óm-  
nibus se abstinet. Et illi quidem, vt  
corruptibilem corōnam accípiant:  
nos autē incorrúptam. Ego igitur  
sic curro, non quasi in incértū: sic  
pugno, non quasi áerem vérberans:  
sed castígo corpus meū, & in serui-  
tútē rédigo: ne fortè cū aliis prædi-  
cáuerim, ipse réprobus efficiar. No- <sup>Cap. 10.</sup>  
lo enim vos ignorāre fratres: quó-  
niā patres nostri oēs sub nube fuér-  
rūt, & oēs mare trasiérūt, & omnes  
in Moyse baptizāti sunt in nube &  
in mari. Et omnes eādem escā spi-  
rituālem máducauerunt, & omnes  
eūdem potum spirituālem bibé-  
runt. Bibébant autem de spirituáli,  
consequēte eos, petra: petra autem  
erat Christus. Sed non in plúribus  
eōrum beneplácitum est Deo.

Graduale. **A** diutor in opportunitatib<sup>9</sup>, <sup>Psal. 9.</sup>  
in tribulatione: sperent in te, qui nouerūt  
te: quoniam non derelinquis quærentes  
te Dñe. **ψ.** Quoniā nō in finem obliuio  
erit pauperis: patientia pauperum non  
peribit in æternum: exurge Domine,  
non præualeat homo. **Tractus.** **D**e pro- <sup>Psal. 71.</sup>  
fundis clamaui ad te Domine, Domine  
exaudi vocem meam. **ψ.** Fiant aures tuę  
intendentes in orationem serui tui. **ψ.**  
Si iniquitates obseruaueris Domine,  
Domine



Domine quis sustinebit? *ψ.* Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te Domine.

**¶** A Septuagesima vsque ad Feriã quartam Cinerum Tractus dicitur tantum in Dominicis & Festis: in Feriis autẽ quando repetitur Missa de Dominica, non dicitur, sed tantum Graduale.

*Sequẽtia sancti euangelij  
secundum Matthæum.*

**Cap. 20.** **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnũ cælõrũ homini patri familias, qui exiit primo manẽ cõducere operarios in vineã suã. Conuentiõne autem facta cũ operariis ex denario diurno, misit eos in vineã suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis. Ite & vos in vineã meã: & quod iustũ fuerit, dabo vobis. Illi autẽ abiierunt. Iterũ autẽ exiit circa sextã & nonam horã: & fecit similiter. Circa vndecimã verò exiit, et inuenit alios stãtes, & dicit illis. Quid hinc statis tota die otiosi? Dicunt ei. Quia nemo nos cõduxit. Dicit illis. Ite & vos in vineã meam. Cũ serò autẽ factũ esset, dicit dñs vineæ procuratori suo. Voca operarios, et redde illis mercẽdẽ, incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cũ venissent ergo qui circa vndecimã horã uenerãt, acceperunt singulos denarios. Veniẽtes autẽ &

primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: acceperunt autẽ & ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduersus patrem familias, dicẽtes. Hi nouissimi vna horã fecerunt: & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pòdus diẽi & æstus? At ille respõdēs, vni eorũ dixit. Amice, nõ facio tibi iniuriam. Nõne ex denario cõuenisti mecũ? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut nõ licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus nequã est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. Multi enim sunt vocati: pauci verò electi. **C**redo.

**Offert.** Bonũ est confiteri Dño, & psal psal. 91.  
lere nomini tuo, altissime. **Secreta.**

**M** Vneribus nostris, quæsumus, Dñe, precibusque susceptis: & cælestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi. Per Dõminũ.

*Alia Secreta.*

**E**Xaudi nos Deus salutãris noster: vt per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in præsentem, & gloriã in futuro.

**Tertia ad libitum. Communio.**

**I**llumina faciem tuã super seruum tuũ: psal. 138.  
& saluum me fac in tua misericordia: Dñe, non confundar: quoniam inuocaui te.

**Post-**




Postcommunio.

**F**idèles tui, Deus, per tua dona firméntur: vt eadem & perciéndo requírant, & quæréndo sine fine perciéant. Per Dóminum.

Alia Postcommunio.

**M**vndet & múniat nos, quæsumus, Dñe, diuini sacraménti munus oblátum: & intercedénte beáta vírgine Dei genitríce Maria, cum beáteis apóstolis tuis Petro & Paulo, atque beáto **N.** & ómnibus sanctis: à cūctis nos reddat & peruersitatibus expiátos, & aduersitatibus expeditos.

Tertia ad libitum. **B**enedicamus Domino. **R.** Deo gratias.



DOMINICA

in Sexagesima.

Statio ad sanctum Paulum.

Introitus.



**E**Xurge, quare obdormis Dñe? exurge, & ne repellas in finem: quare faciem tuã auertis, obliuisceris tribulationem nostrã? adhesit in terra véter noster: exurge Dñe, adiuua nos, & libera nos.

**P**rim. Deus, auribus nostris audiui-mus: patrès nostri annúciauerunt nobis.

**v.** Gloria patri.

Oratio.

**D**eus, qui cōspicis, quia ex nula nostra actiōne cōfidimus, concède propítius: vt contra aduér

sa ómnia, doctōris gēntium prote-ctiōne muniámur. Per Dóminum.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

**A**Cunctis nos, quæsumus, Dómine, mentis & córporis defénde perículis: & intercedéte beáta, gloriósa, semperque vírgine Dei genitríce Maria, cū beáteis apóstolis tuis Petro & Paulo, atq; beáto **N.** & ómnibus sanctis: salútē nobis trí-bue benígnus & pacem: vt destrúctis aduersitatibus, & erróribus v-niuérsis, Ecclésia tua secúra tibi séruiat libertáte.

Tertia ad libitum.

Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Corinthios.

**F**Ratres: Libénter suffertis insi-<sup>2. C. 11. & 12.</sup>piétes: cū sitis ipsi sapiétes. Sustinétis enim, si quis vos in seruitútem rédigat, si quis déuorat, si quis áccipit, si quis extóllitur: si quis in faciem vos cædit. Secundum ignobilitátem dico, quasi nos infirmi fuérimus in hac parte. In quo quis audet (in insipiéntia dico) áudeo & ego. Hebræi sunt: & ego. Israelítæ sunt: & ego. Semen Abrahæ sunt: & ego. Semínistri Christi sunt, & ego: vt minus sapiens dico, plus ego. In labóribus plúrimis, in carcéribus abundátius, in plagis supra modú: in mórtibus frequénter. A Iudæis quínquies quadragénas vna minus accépi. Ter virgis cæsus sum: se-

mel

Psal. 43.

Ebdem.



mellapidatus sum: ter naufragium feci, nocte & die in profundū maris fui. In itinēribus sæpe, periculis flūminum, periculis latrōnum, periculis ex genere, periculis ex gētibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labōre & ærumna, in vigiliis multis: in fame & siti: in ieiuniis multis: in frīgore & nuditate. Præter illa quæ extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Deus & pater Dñi nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula, scit q̄ non mentior. Damasci, præpositus gentis Arætæ regis, custodiēbat ciuitatē Damascenōrū, vt me comprēnderet: & per fenestrā in sporta demissus sum per murum: & sic effugi manus eius. Si gloriari oportet, non expedit quidem. Veniā autem ad visiones, & reuelationes Domini. Scio hōminem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: raptum huiusmodi vsque ad tertium cælū. Et scio huiusmodi hōminem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: quoniā raptus est in paradīsum: & audiuit

arcana verba, quæ nō licet hōmini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: p̄ me autē nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Nā & si volūero gloriari, nō ero insipiēs. Veritatē enim dicā. Parco autem: ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. Propter quod, ter Dñm rogāui, vt discēderet à me: & dixit mihi. Sūfficit tibi grātia mea. Nā virtus in infirmitate pficitur. Libēter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Christi.

**Graduale.** Sciant gentes, quoniā nomē <sup>Psal. 83.</sup> tibi Deus: tu solus altissimus super omnē terram. **V.** Deus meus pone illos vt rotā, & sicut stipulam ante faciem venti.

**Tractus.** Commouisti Dñe terram, & <sup>Psal. 55.</sup> conturbasti eam. **V.** Sana contritiones eius, quia mota est. **V.** Vt fugiant à facie arcus: vt liberentur dilecti tui.

**Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Lucam.**

**I**N illo tēpore: Cū turba plū <sup>cap. 8.</sup> rima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinē. Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est: & volucres cæli comedērunt illud. Et aliud cecidit  
supra



supra petram: & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortae spinae suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum, fecit fructum centuplum. Haec dicens, clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quae esset haec parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: caeteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. Est autem haec parabola. Semen, est verbum Dei. Quod autem secus viam: hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam quod supra petram, hi sunt, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit: hi sunt, qui audierunt, & a sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitae, euntes, suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in terram bonam: hi sunt, qui in corde bono & optimo, audientes, verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

*Et dicitur Credo.*

*Offert.* Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea:

mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te Domine.

*Secreta.*

**O** blatum tibi, Domine, sacrificium viuificet nos semper, & muniat. Per Dominum.

*Alia Secreta.*

**E**xaudi nos, Deus salutaris noster: ut, per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in praesenti, & gloriam in futuro.

*Tertia ad libitum.*

*Communio.* Introibo ad altare Dei, psal. 42.  
ad Deum qui letificat iuuentutem meam.

*Postcommunio.*


**S**upplices te rogamus, omnipotens Deus: ut quos tuis relictis sacramentis: tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per Dominum.

*Alia Postcommunio.*

**M**undet, & muniat nos, quaesumus, Domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato **N** & omnibus sanctis, a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatus, & aduersitatibus expeditos.

*Tertia ad libitum.*

**B**enedicamus Domino. *R.* Deo gratias.





DOMINICA  
Quinquagesimæ.

*Statio ad sanctum Petrum.*

Introitus.



Psal. 30.

**E**go sto mihi in Deū protectorem, & in locum refugij, vt saluum me facias: quoniam firmamētum meum, & refugium meum es tu: & propter nomē tuum dux mihi eris, & enutries me.

ibid. & Psal. 70.

**P**salm. In te Domine speravi, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. *ψ.* Gloria patri.

Oratio.

**P**reces nostras, quæsumus, Domine, clemēter exaudi: atque à peccatōrum vinculis absolutos, ab omni nos aduersitate custodi.

Per Dōminum.

*Ad poscenda suffragia sanctorum.*

Oratio.

**A** cunctis nos, quæsumus, Domine, mentis & cōporis defende periculis: & intercedēte beata, & gloriōsa, semperque virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolistuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salūte nobis tribue benignus & pacem: vt destrūctis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, Ecclesia tua securā tibi seruiat libertate.

Tertia ad libitum.

*Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.*

**F**ratres: Si linguis hōminū loquar, & angelōrum: charitatē autem nō habeam: factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habūero prophētiā, & nōuerim mystēria omnia, & omnem sciētiā: & si habūero omnem fidem, ita vt montes trānsferā, charitatē autē non habūero: nihil sum. Et si distribūero in cibos pāuperū omnes facultates meas: & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatē autem non habūero: nihil mihi prodest. Chāritas patiētiens est: benigna est. Chāritas non æmulatur, non agit pēperam: non inflatur, nō est ambiōsa: nō quarrit, quæ sua sunt: non irritatur: non cōgitat malū: non gaudet super iniquitatem, congāudet autē veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sūstinet. Chāritas nunquā excidit: siue prophētiæ euacuabūtur, siue linguæ cessabūt, siue sciētia destruētur. Ex parte enim cognōscimus, & ex parte prophetāmus. Cū autē vēnerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est. Cū essē paruul<sup>9</sup>, loquēbar vt paruulus, sapiēbā vt paruul<sup>9</sup>, cogitābā vt paruulus. Quando autē factus sum vir: euacuāui quæ erant paruuli. Vidēmus nunc per spēculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciē. Nunc cognōsco ex parte:

tunc



tūc autem cognōscam sicut & cognitus sum. Nunc autem manent, fides, spes, chāritas, tria hęc: maior autem horum est chāritas.

**Graduale.** **T**u es Deus, qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutē tuam. *Psal. 76.* **V.** Liberasti in brachio tuo populum tuum, filios Israel, & Ioseph.

**Tractus.** **I**ubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia. *Psal. 99.* **V.** Intrate in conspectu eius in exultatione: scitote, quòd Dominus ipse est Deus. **V.** Ipse fecit nos, & non ipsi nos: nos autem populus eius, & oues pascuę eius.

**Sequētia sancti euangēlij secundum Lucam.**

**I**n illo tēpore: Assumpsit Iesus duòdecim discipulos suos secretò, & ait illis. Ecce ascēdimus Hierosolymā: & consummabūtur omnia quę scripta sunt per prophetas de filio hómīnis. Tradētur enim Gēntibus, & illudētur, & flagellābitur, & conspuētur. Et postquam flagellauerint, occidēt eum: & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexērunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis: & nō intelligēbant quę dicebantur. Factū est autē, cū appropinquāret Ierichó, cæcus quidam sedēbat secus viam, mendicans. Et cū audiret turbā prætereūntem, interrogābat quid hoc esset. Dixērunt autem ei, quòd Iesus Nazarēnus transiret. Et cla-

māuit dicēs. Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum, vt tacēret. Ipse verò multò magis clamābat. Fili Dauid miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illum addūci ad se. Et cū appropinquāssset, interrogāuit illum, dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Dómine, vt videam. Et dixit illi Iesus. Respice. Fides tua te saluum fecit. Et cōfestim vidit: & sequebātur illum, magnificans Deū. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. **Credo.**

**Offert.** **B**enedictus es Domine, doce me iustificationes tuas: in labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. *Psal. 118.*

**Secreta.**

**H**ęc hóstia, quæsumus, Dñe, emūdet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditōrum tibi cōrpora, mentesq; sanctificet. Per Dóminum.

**Alia Secreta.**

**E**xaudi nos, Deus salutaris noster: vt, per huius sacramenti virtutē, à cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in præsentī, & gloriam in futuro.

**Tertia ad libitum.**

**Communio.** **M**anducauerūt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis Dominus: non sunt fraudati à desiderio suo. *Psal. 77.*



## Postcommunio.

**Q**uæsumus, omnipotēs Deus: ut qui cælestia alimēta percēpimus: per hæc cōtra omnia aduērsa muniāmur. Per Dōminum.

## Alia Postcommunio.

**M**undet, & muniat nos, quæsumus, Dñe, diuini sacramēti munus oblātum: & intercedēte beāta vīrgine Dei genitrīce Maria, cum beātis apōstolis tuis Petro & Paulo, atque beāto **N.** & omnibus sanctis, à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiātos, & aduersitatibus expeditos.

## Tertia ad libitum.

Benedicamus Dño. **R.** Deo gratias.

**FERIA IIII. CINERVM**  
ante Missam benedicuntur cineres facti de ramis oliuæ bñdictis præteriti anni, hoc modo. Primò cantatur Antiphona.

Psal. 58.



**E**xaudi nos Dñe, quoniam benigna est misericordia tua: & secundum multitudinē miserationum tuarum respice nos Domine.

**Psal.** Saluum me fac Deus: quoniā intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. **ψ.** Gloria patri.

Et repetitur **Añ.** Exaudi nos Domine. Deinde in tono quo dicuntur **Orationes** per horas diei, dicitur Dñs vobiscū. **R.** Et cum spiritu tuo.

## Oremus.

**O**mnipotēs sempitērne Deus, parce pœnitētibus, propitiāre supplicātibus: & mittere dignēris sanctum angelum tuū de cælis, qui bene **✠** dicat, & sancti **✠** ficet hos cīneres: ut sint remēdium salūbre omnibus nomen sanctum tuū humiliter implorātibus: ac semet ipsos pro consciētia delictōrum suōrum accusantibus: ante cōspēctum diuinæ clemētiæ tuæ facinora sua deplorantibus: vel serenissimā pietatē tuā suppliciter obnixēque flagitantibus: & præsta per inuocatiōnem sanctissimi nōminis tui: ut, quicūq; eos super se aspēserint, pro redemptiōne peccatōrū suōrum, cōporis sanitatem, & animæ tutelā percipiant. Per Christum Dōminum nostrum.

**R.** Amen.

## Oremus.

**D**eus, qui non mortem, sed pœnitentiā desideras peccatōrū: fragilitatem conditiōnis humanæ benignissimè respice: & hos cīneres, quos, causa proferendæ humilitatis, atque promerendæ veniæ, capitibus nostris imponi decernim⁹, bene **✠** dicere pro tua pietate dignare: ut, qui nos cīnerem esse, & ob prauitatis nostræ meritum in pūlerē reuersuros cognoscimus: peccatōrum omnium veniam, & præmia pœnitentibus repromissā, miser-



miseriçorditer cõsequi mereamur.  
Per Christum Dõminũ nostrum.

R. Amen.

Oremus.

**D**Eus, qui humiliatiõne flẽctẽ-  
ris, & satisfactiõne placaris:  
aurẽ tuã pietãtis inclina prẽcibus  
nostris: & capitibus seruõrũ tuõ-  
rum, horum cinerũ aspersiõne at-  
tãctis, effunde propitius grãtiã tuẽ  
bene **†**dictiõnis: vt eos, & spĩritu  
compunctiõnis rẽpleas, & quã iu-  
stẽ postulãuerint, efficaciter tri-  
buas: & concessã perpẽtua stabili-  
tãte intãctos manẽre decernas. Per  
Christum Dñm nostrum. R. Amẽ.

Oremus.

**O**Mnipotẽs sempitẽrne Deus,  
qui Niniuitis, in cinere & ci-  
licio pãnitentibus, indulgẽtiã  
tuã remẽdia prãstitisti: concẽde  
propitius: vt sic eos imitemur hã-  
bitu, quãtenus veniẽ prosequãmur  
obtentu. Per Dñm nostrum Iesum  
Christum filium tuum. Qui tecũ.

**¶** Completa Cinerum benedictiõne,  
primò imponitur cinis sacerdoti celebra-  
turo Missam ab alio sacerdote, si adest:  
alioquin sacerdos ipsemet genibus fle-  
xis corã altari sibi ipsi cineres imponit:  
& cantatur statim à choro. Añã.

**I**mmutemur habitu, in cinere & cili-  
cio: ieiunemus; & ploremus ante Do-  
minum: quia multũ misericors est di-  
mittere peccata nostra Deus noster.

idem. **Alia Añã.** Iuxta vestibulum & altare

plorabunt sacerdotes ministri Domini,  
& dicent: parce Domine, parce populo  
tuo: & ne dissipes ora canentium te Do-  
mine.

Sequitur Responsorium.

**E**mendemus in melius, quã ignorãter  
peccauimus: ne subitò prãoccupati die  
mortis, quãramus spãtiũ pãnitiẽtiã, &  
inuenire non possimus. Attende Dñe,  
& miserere: quia peccauimus tibi. **¶** Psal. 78.

Adiuua nos Deus salutaris noster: & p-  
pter honorem nominis tui Dñe libera  
nos. Attẽde Dñe. **¶** Gloria patri. Attẽde.  
Sacerdos verò, dum cantantur Antiphona,  
& Responsorium, primò ministris stã-  
tibus genibus flexis corã altari, imponit  
cinerem, dicens. Memento homo, quia

pulis es, & in puluerẽ reuerteris. **¶** Postea  
veniunt alij, primò clerus per ordinem,  
deinde populus: & genibus flexis ante  
altare sigillatim recipiunt cineres à sa-  
cerdote, vt dictum est de ministris.  
Completa cinerum datione, dicitur Do-  
minus vobiscum. Oremus.

Oratio.

**C**oncẽde nobis, Dõmine, prã-  
sidia militiã Christianã fan-  
ctis inchoãre ieiuniis: vt contra spi-  
rituãles nequitiãs pugnãturi, con-  
tinẽtiã muniãmur auxiliis. Per  
Christum Dõminum nostrum.

R. Amen.



DEINDE DICITVR MISSA.

*Statio ad sanctam Sabinam.*

## Introitus.



Misereris omnium Dñe,  
& nihil odisti eorum  
quæ fecisti: dissimulās  
peccata hominū pro-  
pter pænitiā: & par-  
cens illis: quia tu es Dñs Deus noster.

*Psalm.* Miserere mei Deus, miserere  
mei: quoniam in te cōfidit anima mea.

*v.* Gloria patri. *Oremus.*

**P**Ræsta, Dñe, fidelibus tuis: vt  
ieiuniōrum venerāda sollēm-  
nia, & cōgrua pietāte suscipiant,  
& secūra deuotiōne percūrrant.  
Per Dōminum.

*¶ Ab hac die vsque ad Dominicam  
de Passione post Orationem diei dicun-  
tur duæ sequentes Orationes.*

*Ad poscenda suffragia sanctorum.*

## Oratio.

**A**Cunctis nos, quæsum⁹, Dñe,  
mentis & cōporis defēde  
periculis: & intercedēte beāta, &  
gloriōsa, semperque vīrgine Dei ge-  
nitricē Maria, cum beātis apōstolis  
tuis Petro & Paulo, atq; beāto **N.**  
& omnibus sanctis, salūtem nobis  
tribue benignus & pacē: vt destrū-  
ctis aduersitatibus, & errōribus v-  
niuērsis, Ecclesiā tua secūra tibi ser-  
uiat libertāte.

## Oratio.

**O**Mnipotēs sempitērne Deus:  
qui viuōrū domināris simul

& mortuōrum, omniumque mi-  
sereris, quos tuos fide & opere futū-  
ros esse prænoscis: te supplices exo-  
rāmus: vt pro quib⁹ effūdere præ-  
ces decreuimus, quosque vel præ-  
sens sæculū adhuc in carne rétinet,  
vel futūrū iam exutos cōpore sus-  
cēpit: intercedētibus omnibus san-  
ctis tuis, pietātis tuæ clemētia, om-  
nium delictōrum suōrum veniā  
consequāntur. Per Dōminum.

*Lectio Ioëlis prophætæ.*

**H**ÆC dicit Dñs. *cap. 2.* Conuertimi-  
ni ad me in toto corde ve-  
stro, in ieiūnio, & fletu & plāctu: &  
scīndite corda vestra, & non vesti-  
mēta vestra. Et conuertimini ad  
Dñm Deū vestrū: quia benignus  
& misericors est: patiēns & multæ  
misericordiæ: & præstabilis super  
malitia. Quis scit, si conuertatur,  
& ignoscat Deus: & relinquat post  
se bñdictiōnē, sacrificiū & libāmē  
Dño Deo nostro? Cānite tuba in  
Sion: sanctificāte ieiuniū: vocāte  
cœtū: congregāte populū: sanctifi-  
cāte ecclesiā: coadunāte senes: con-  
gregāte paruulos, & sugētes vbe-  
ra. Egrediātur spōsus de cubili suo:  
& sponsa de thālamō suo. Inter ve-  
stibulum & altāre plorābunt sacer-  
dōtes ministri Dñi, & dicent. Par-  
ce Dñe, parce pōpulo tuo: & ne des-  
hæreditātem tuā in opprōbriū, vt  
dominētur eis nationes. Quare di-  
cunt



cunt in pópulis: vbi est Deus eôrũ? Zelâtus est Dñs terrã suã: & pepêrcit pópulo suo. Et respõdit Dñs, & dixit pópulo suo. Ecce ego mittã vobis fruméntũ, & vinum, & óleum: & replebímmini in eis: & non dabo vos vltra oppróbrium in géntibus: dicit Dóminus omnípotens.

*Pfal. 56.* **Graduale.** Misere mei Deus, misere mei: quoniã in te cõfidit anima mea. **ÿ.** Misit de cælo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

*Pfal. 102.* **Tractus.** Dñe, nõ secundũ peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. **ÿ.** Dñe, ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum: citò anticipet nos misericordia tuę, q̄a pauperes facti sumus nimis.

*Pfal. 78.* **Cũ dicitur sequēs Versus, genu flectitur.** **ÿ.** Adiua nos Deus salutaris noster: & propter gloriã nominis tui Dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

*ibidem.* **¶** Supradictus Tractus ab hac die dicitur ij. iiij. & vj. Feria, vsque ad Feriam quartam maioris hebdomadæ, nisi proprius assignetur.

**Sequẽtia sancti euangélij  
secũdum Matthæum.**

*Cap. 6.* **I**N illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Cũ ieiunãtis, nolite fieri, sicut hypócritæ, tristes. Extérminãt enim faciẽs suas: vt appareãt homínibus ieiunãntes. Amen dico vobis: recepêrunt mercêdẽ suam.

Tu autẽ cũ ieiunas, vnge caput tuũ, & faciẽ tuam laua: ne videãris homínibus ieiunans: sed patri tuo, qui est in abscondito. Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Nolite thesaurizãre vobis thesauros in terra: vbi erũgo & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt & furãntur. Thesaurizãte autẽ vobis thesauros in cælo: vbi neq; arũgo neq; tinea demolitur: & vbi fures nõ effodiũt nec furãntur. Vbi est enim thæsaur⁹ tu⁹, ibi est & cor tuũ.

*Pfal. 29.* **Offert.** Exaltabo te Dñe, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: Domine clamaui ad te, & sanasti me.

**Secreta.**

**F**AC nos, quæsumus, Dñe, his munéribus offerendis conueniẽter aptãri, quibus ipsius venerãbilis sacramenti celebrãmus exórdium. Per Dóminum.

**Alia Secreta vsque ad Dominicam Passionis.**

**E**Xaudi nos, Deus salutãris noster: vt, per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis, & cõporis hõstibus tueãris: grãtiam tribuens in præsentĩ, & glóriam in futũro.

**D**EUS, cui soli cõgnitus est nũmerus electõrũ in supna felicitãte locãndus: tribue quæsumus: vt, intercedẽtibus omnibus sanctis tuis, vniuersõrum, quos in oratiõne



commendatos suscepimus, & nomina omnium fidelium beatae praedestinationis liber ascripta retineat. Per Dominum.

*Præfatio.* Qui corporali ieiunio.

¶ Et dicitur quotidie vsque ad Dominicam Passionis: etiã in Missa de Festo, quando propriam non habuerit.

*Psal. 3.* *Communio.* Qui meditabitur in lege Dñi die ac nocte, dabit fructum suum in tempore suo. *Postcommunio.*

**P**ercépta nobis, Dñe, præbeant sacramenta subsidium: vt tibi grata sint nostra ieiunia: & nobis proficiant ad medelam. Per Dñm.

*Aliæ Postcommuniones vsque ad Dominicam Passionis.*

**M**undet, et muniat nos, quesumus, Dñe, diuini sacramenti munus oblatur: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatus, & aduersitatibus expeditos.

**P**urificent nos, quaesumus omnipotens & misericors Deus, sacramenta quæ sumpsimus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis, præsta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi per-

cula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per Dñm.

Deinde Sacerdos absolute dicit, Oremus. Postea Diaconus (si in officio diaconatus seruiat) dicit Humiliate capita vestra Deo alioquin ipse Sacerdos.

*Super populum.* *Oratio.*

**I**nclinates se, Dñe, maiestati tue, propitiatus intende: vt qui diuino munere sunt refecti: caelestibus semper nutriatur auxiliis. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

¶ Et hic modus dicendi Orationem super populum, seruatur tantummodo in Missa de Feria vsq; ad quartam Feriam maioris hebdomadae.

Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

## F E R I A Q V I N T A .

*Statio ad S. Georgium.*

*Introitus.*



*Psal. 34.* Vm clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquat mihi: & humiliavit eos, qui est ante saecula, & manet in aeternum: iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet.

*Psal. Ibidem.* Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. *Ps.* Gloria patri.

*Oratio.*

**D**eus, qui culpa offenderis, praenitentia placaris, preces populi

puli tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte. Per Dominum.

*Alia Orationes vt in Feria præcedenti.*

*Lectio Isaiæ prophætæ.*

Cap. 38.

**I**N dièbus illis: Ægrotauit Ezechias vsque ad mortem: & introiuit ad eum Isaias filius Amos propheta, & dixit ei. Hæc dicit Dñs. Dispone domui tuæ: quia morieris tu, & non viues. Et conuertit Ezechias faciem suã ad parietem, & orauit ad Dominũ, & dixit. Obsecro Dõmine, memento, quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto: & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum est verbum Dñi ad Isaiã, dicens. Vade, & dic Ezechia. Hæc dicit Dñs Deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuam: & vidi lachrymas tuas. Ecce, ego adiciam super dies tuos quindecim annos: & de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam: & protegam eam. Ait Dominus omnipotens.

Mal. 54.

*Graduale.* Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. *V.* Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi.

*Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.*

**I**N illo tempore: Cũ introisset Iesus cap. 1. Capharnaũ, accessit ad eũ Centurio, rogãs eũ, & dicēs. Dñe, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam: & curabo eũ. Et respondēs Cēturio, ait. Dñe, nõ sũ dignus, vt intres sub tectũ meũ: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nã & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic: vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiēs autē Iesus miratus est: & sequētib⁹ se dixit. Amē dico vobis, nõ inueni tantã fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriēte & occidēte veniēt, & recubent cũ Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælõrũ: filij autem regni eiiciētur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Iesus Cēturioni. Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

*Offert.* Ad te Dñe leuavi animam meã: Psal. 124. Deus meus in te confido, non erubescã: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur.

*Secreta.*

**S**acrificiis præsentibus, Dñe, quæsumus, intēde placatus: vt & deuotiõni nostræ proficiant, & salutem. Per Dominum.

*Alia Secreta vt in Feria præcedenti.*



Psal. 50.

**Communio.** **A**cceptâbis sacrificiũ iustitiæ, oblatiões & holocâusta, super altâre tuum Dñe. **Postcommunio.**

**C**ælestis doni benedictiõe percépta, súppliques te, Deus omnipotens, deprecâmur: vt hoc idem nobis & sacramēti causa sit, & salûtis. Per Dóminum.

**Aliæ Postcommuniones, vt in Feria præcedenti.**

**Super populum.** **O**rémus.

Humiliâte cápita vestra Deo.

**P**arce Dñe, parce pópulo tuo: vt dignis flagellatiõnib⁹ castigâ-tus, in tua miseratiõe respîret. Per.

## FERIA SEXTA.

*Statio ad sanctos Ioãnem, & Paulũ.*

**Introitus.**

Psal. 29.



Vdũuit Dñs, et misertus est mihi: Dóminus factus est adiutor meus.

**Psal.** Exaltâbo te Dómine, quóniam susce-

pisti me: nec delectâsti inimicos meos super me. **ŷ.** Glória patri. **Oratio.**

**I**nchoâta ieiúnia, quæsum⁹, Dñe, benigno fauõre prosequere: vt obseruãntiam, quam corporaliter exhibêmus, méntibus etiã sincéris exercêre valeâmus. Per Dñm.

**Aliæ Orationes vt in Feria iij. Cinerũ.**

**Lectio Isaiaæ Prophætæ.**

Cap. 32.

**H**æc dicit Dñs Deus. Clama, ne cesses: quasi tuba, exalta

uocem tuam, & annúncia pópulo meo scélera eõrũ, & dõmui Iacob peccâta eõrum. Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt: quasi gens, quæ iustitiã fécerit, & quæ iudiciũ Dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiæ: & appropinquâre Deo volunt. Quare ieiunâuimus, & non aspexisti: humiliâuimus ánimas nostras, & nescisti? Ecce, in die ieiúnij vestri inuenitur volúntas vestra: & omnes debitores vestros repétitis. Ecce, ad lites & contentiões ieiunâtis: & percútitis pugno impiè. Nolíte ieiunâre sicut vique ad hãc diem, vt audiâtur in excélsõ clamor vester. Nunquid tale est ieiúniũ, quod elégi, per diem affligere hómínem animã suã? Nunquid, contorquere quasi círculum caput suum; & saccum & cínerẽ stérnere? Nũquid istud vocâbis ieiúniũ, & diè acceptâbilẽ Dño? Nõne hoc, est magis ieiúniũ, quod elégi? Dissólue colligatiões impietâtis: solue fascículos deprimèntes. Dimítte eos, qui confrácti sunt, liberos: & omne onus disrúmpe. Fráge esuriènti panẽ tuum: & egénos vagosque induc in domũ tuã. Cũm videris nudum, óperi eum: & carnẽ tuam ne despéxeris. Tũc erumpet quasi manè lumen tuũ: & sanitas tua cítius oriètur: & anteíbit faciẽ tuam



tuã iusticia tua: & glória Dñi colligēt te. Tunc inuocābis, & Dñs exāudiet: clamābis, & dicet: ecce adsum. Quia misericors sum Dóminus Deus tuus.

*Psal. 26.* **Graduale.** V nam pétij à Domino, hanc requirā: vt inhābitem in domo Dómini. **Ÿ.** Vt vídeā voluptātem Dómini, & prótegar à templo sancto eius.

*Psal. 102.* **Tractus.** Dñe non secúndum peccāta nostra, quæ fecimus nos: neque secúndū iniquitātes nostras retrības nobis. **Ÿ.**

*Psal. 78.* Dñe, ne memineris iniquitātū nostrārum antiquārum: citò anticipēt nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. **Ÿ.** Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos: & propítius esto peccātis nostris, propter nomen tuum.

**Sequētia sancti euangélij  
secúndum Matthæum.**

*Cap. 5.* **I**N illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Audistis, quia dictum est antiquis. Diliges próximū tuū: & ódio habēbis inimicū tuū. Ego autē dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui odérūt vos: & orāte pro persecúentibus & calūniāntibus vos: vt sitis filij patris vestri, qui in cēlis est: qui solē suum oriri facit super bonos, & malos: & pluit super iustos, & iniustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quā mercēdē habēbitis? Nónne & publicāni hoc faciūt? Et si salutaue

ritis fratres vestros tantū, quid amplius facitis? Nónne & éthnici hoc faciūt? Estôte ergo vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est. Attēdite, ne iustitiā vestrā faciātis corā hómínibus, vt videāmini ab eis: alioquin mercēdē nō habēbitis apud patrē vestrum qui in cælis est. Cū ergo faciseleemósynā, noli tuba cánere ante te, sicut hypocritæ faciūt in synagógis & in vicis, vt honorificētur ab hómínibus. Amē dico vobis, recepérūt mercēdem suā. Te autē faciente eleemósynā, nésciat sinístra tua, quid faciat dēxtera tua: vt sit eleemósyna tua in abscondito. Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

**Offert.** Dñe, viuifica me secúndū eloquiū tuū: vt scia testimonia tua. **Secreta.**

**S**acrificium, Dñe, obseruantiæ quadragesimālis, quod offerimus, præsta, quæsumus, vt tibi & mentes nostras reddat accéptas, & continentiæ promptiōris nobis tribuat facultātem. Per Dóminum.

**Aliæ Secret.** vt in Feria iiii. Cinerum.

**Communio.** Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, ne pereatis de via iusta.

**Postcommunio.**

**S**piritū nobis, Dómine, tuę charitātis infunde: vt, quos vno pane cælesti satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dóminum.



Alia Postcom. vt in Feria iij. Cinerum.

Super populum. Cremus.

Humiliate capita vestra Deo.

**T**Vêre, Dñe, pópulū tuū, & ab  
omnibus peccātis clemēter  
emūnda: quia nulla ei nocēbit ad-  
uērsitas, si nulla ei dominētur iní-  
quitas. Per Dóminum.

S A B B A T H O.

*Statio ad sanctum Triphonem.*

Introitus.

Psal. 49.



Ebdem.

Vdiuit Dñs, & misert<sup>9</sup>  
est mihi: Dominus fa-  
ctus est adiutor meus.

*Psal.* Exaltabo te Do-  
mine, queniã suscepisti

me: nec delectasti inimicos meos super  
me. ✠. Gloria patri. Oremus.

**A**Desto, Dñe, supplicatiōib<sup>9</sup>  
nostris, & cōcēde, vt hoc sol-  
lémne ieiūnum, quod animis, cor-  
poribusque curādis salúbriter in-  
stitūtum est, deuóto seruitio cele-  
brēmus. Per Dóminum.

Alia Orat. vt in Feria iij. Cinerum.

Léctio Isaiæ prophétæ.

Cap. 58.

**H**Æc dicit Dñs Deus. Si abstú-  
leris de médio tui catēnā, &  
desieris dígitū extēdere, & loqui,  
quod nō prodest: cū effúderis esu-  
riēti animā tuā: & animā afflíctam  
replēueris: tunc oriētur in tēnebris  
lux tua, & tēnebræ tuæ erunt sicut  
merídiēs. Et réquie dabit tibi Dñs

Deus tuus sēper: & implēbit splē-  
dóribus animā tuā: & ossa tua libe-  
rābit. Et eris quasi hort<sup>9</sup> irriguus:  
& sicut fons aquarū, cuius nō defi-  
ciēt aquæ. Et ædificabūtur in te de-  
sēta sæculorū: fundamēta genera-  
tiōnis & generatiōnis suscitābis. Et  
vocāberis ædificātor sēpiū, cōuēr-  
tēs sēmitas in quietē. Si auērteris à  
sabbatho pedē tuū, fácere volūtātē  
tuā in die sancto meo: & vocaueris  
sabbathū delicatū, & sanctū Dñi  
gloriōsum: & glorificaueris eū dū  
nō facis vias tuas, & non inuenitur  
volūntas tua, vt loquāris sermōnē:  
tūc delectāberis super Dño: & sus-  
tollam te super altitudinem terræ:  
& cibābo te hæreditāte Iacób pa-  
tris tui. Os enim Dñi locūtum est.

*Graduale.* Vnam petij à Dño, hanc *Psal. 136.*  
requiram, vt inhabitē in domo Domini.

✠. Vt videam voluptatem Domini: &  
protegar à templo sancto eius.

*Sequētia sancti euangélij  
secundum Marcum.*

**I**N illo tēpore: Cū serò esset factū, *Cap. 6.*  
erat nauis in médio mari, & Ies<sup>9</sup>  
sol<sup>9</sup> in terra. Et vidit discipulos suos  
laborātes in remigādo. Erat enim  
vētus cōtrarius eis. Et circa quartā  
vigiliā noctis venit ad eos ambulās  
supra mare: & volēbat præterire  
eos. At illi vt vidērūt eū ambulātē  
supra mare, putauerūt phārásmā ef-  
se: & exclamauerunt. Oēs enim eū  
viderunt:



vidérūt: & cōturbátifūt. Et statim locūtus est cū eis: & dixit illis. Cōfide. Ego sū: nolíte timère. Et ascēdit ad illos in nauim: & cessauit vētus. Et plus magis intra se stupébāt. Nō enim intellexérūt de pānibus. Erat enim cor illōrū obcæcātū. Et cū transfretāssent, venérūt in terrā Genésareth: & applicuérūt. Cūq; egréssi essēt de nauī, cōtinuò cogno uérunt eū. Et pcurrētes vniuersam regiōnē illā, cœpérunt in grabátis eos, q se malè habébāt, circūferre, vbi audiébāt eū esse. Et quocúnq; introibat, in vicos, vel in villas, aut in ciuitates: in platéis ponébāt infirmos, & deprecabātur eum, vt vel fimbriā vestimēti eius tägerent. Et quotquot tágébāt eū, salui fiébāt.

*Psal. 118* **Offert.** Dñe viuifica me secūdū eloquiū tuum, vt faciam testimonia tua. **Secreta.**

**S**uscipe, Dñe, sacrificium, cuius ste voluisti dignāter immolationē placari: presta quæsumus: vt hui⁹ operatiōne mystērij mūdāti, beneplácitum tibi nostræ mentis offerāmus afféctum. Per Dñm.

*Aliq Secreta vt in Feria quarta Cinerū.*


*Psal. 2.* **Cōmun.** Seruite Dño in timore, & exultate ei cū tremore: apprehēdite disciplinam, ne pereatis de via iusta. **Postcom.**

**C**ælēstis vitæ mūnere vegetāti, quæsum⁹ Dñe: vt quod est nobis in præsentī vita mystērium, fiat æternitātis auxiliū. Per Dñm.

*Aliq Postcom. vt in Feria iij. Cinerum.*  
**Super populum.** **Oremus.**

Humiliate capita vestra Deo.

**F**idēles tui, Deus, per tua dona firmēntur: vt eadem & percipiēdo requirant, & quærēdo sine fine percipiant. Per Dōminum.



**D O M I N I C A**  
prima in Quadragesimā.

*Statio ad S. Ioannem in Laterano.*

**Introitus.**



Nuocabit me, & ego *Psal. 90.*  
exaudia eū: eripiā eū; & glorificabo eū: longitudine dierū adimplebo eū. *Psal.* Qui habitat in *Ibidem.*

adiutorio altissimi: in p̄tectione Dei celi cōmorabitur. **Gl̄ia patri.** **Oremus.**

**D**eus, qui ecclēsiā tuam annua quadragesimāli obseruatiōne purificas: presta familiæ tuæ: vt, qd̄ a te obtinēre abstinēdo n̄itur: hoc bonis op̄erib⁹ exequātur. Per. **Ad poscenda suffragia sanctorū. Oratio.**

**A**cunctis nos, quæsum⁹, Dñe, mētis & cōporis defēde periculis: & intercedēte beāta, & gloriōsa, sēperq; v̄rgine Dei genitrice Maria, cū beātis ap̄stolis tuis Petro, & Paulo, atq; beāto **N.** & omnib⁹ sanctis, salūtē nobis tribue benignus & pacē: vt destrūctis aduersitatib⁹, & errorib⁹ vniuersis, Ecclēsia tua secūra tibi seruiat libertate.

**Ora-**



## Oratio.

**O**Mnipotēs sempitērne Deus: qui viuōrū domināris simul & mortuōrū, omniūq; miserēris, quos tuos fide & ópere futūros esse prænóscis: te súpplices exorám⁹: vt p quib⁹ effúndere preces decreuimus, quosq; vel præsēs sæculū adhuc in carne rétinet, vel futūrū iam exútos córpore suscépit: intercedē tibi⁹ ómnib⁹ sanctis tuis, pietātis tuę cleméntia, ómniū delictōrū suōrū véniam consequántur. Per Dñm.

Lectio epístolæ beati Pauli  
apóstoli ad Corinthios.

**F**Ratres: Hortámur vos, ne in <sup>2. Cap. 6.</sup> vacuum grātiã Dei recipiátis. <sup>Isaie 49.</sup> Aitenim. Tēpore accépto exaudiui te: & in die salútis adiúui te. Ecce, nūc tēp⁹ acceptábile: ecce, nūc dies salútis. Némini dātes vllā offēnsiōnē: vt nō vituperētur ministériū nostrū. Sed in ómnibus exhibeámus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa paciētia, in tribulatiōnibus, in necessitatibus, in angústis, in plagis, in carcēribus, in seditiōnib⁹, in labóribus, in vigíliis, in ieiúniis, in castitāte, in sciētia, in lōganimitate, in suauitate, in spíritu sancto: in charitate nō ficta, in verbo veritatis, in virtúte Dei: per arma iustitiæ à dextris & à sinístris: per glóriã, & ignobilitatē: p infamiã, & bonã famã: vt seductóres, & veráces: sicut

qui ignóti, & cógniti: quasi moriētes, & ecce viuimus: vt castigati, & nō mortificati: quasi tristes, semper autē gaudētes: sicut egētes, multos autem locupletantes: tanquã nihil habētes, & ómnia possidētes.

**Graduale.** Angelis suis Deus mādauit <sup>Psal. 90.</sup> de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis. **ψ.** In manibus portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuū.

**Tractus.** Qui habitat in adiutorio altif <sup>Psal. 90.</sup> simi, in protectione Dei cæli cōmorabitur. **D**icet Dño, susceptor meus es tu, & refugiū meū: Deus meus sperabo in eū.

**Q**uoniã ipse liberauit me de laqueo venantiū, & à verbo aspero. **S**capulis suis obúbrabit tibi, & sub pēnis eius sperabis. **S**cuto circúdabit te veritas eius: nō timebis à timore nocturno. **A**sagitta volante per diē, à negocio perambulāte in tenebris, à ruina & demōnio meridiano. **C**adēt à latere tuo mille, & decē millia à dextris tuis: tibi autē nō appropinquabit. **Q**uoniã angelis suis mādauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. **I**n manibus portabunt te, ne vnquã offendas ad lapidē pedē tuū. **S**uper aspidē & basiliscū ambulabis, & cōculcabis leonem & draconē. **Q**uoniã in me sperauit, liberabo eū: protegā eū, quoniã cognouit nomen meum. **I**nuocabit me, & ego exaudiā eum: cum ipso sum in tribulatione. **E**ripiā eum, & glorificabo eū: longitudine dierum adimplebo eum: & ostendam illi salutare meum.

Sequentia



## Sequência sancti euangélj

bis: scuto circúndabit te veritas eius.

## secúndum Matthæum.

## Secreta.

**I**N illo témpore : Ductus est Iesus in desértum à spiritu, vt tentarétur à diabolo. Et cū ieiunâsset quadraginta dièbus, & quadraginta nóctibus, póstea esuriit. Et accédens tentátor, dixit ei . Si filius Dei es, dic vt lápides isti panes fiât. Qui respóndens dixit . Scriptū est . Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo , quod procêdit de ore Dei . Tunc assúmpsit eum diabolus in sanctam ciuitâtem: & státuit eum supra pinnáculum templi, & dixit ei. Si filius Dei es, mitte te de órsu. Scriptū est enim. Quia ángelis suis mandâuit de te, & in mánibus tollent te, ne fortè offéndas ad lápitem pedem tuū . Ait illi Iesus rursus. Scriptum est. Nō tentâbis Dóminum Deum tuum. Iterum assúmpsit eū diabolus in montem excélsu valdè : & osténdit ei ómnia regna mundi, & glóriã eórum : & dixit illi . Hæc ómnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tūc dixit ei Iesus. Vade satána : scriptū est enim . Dominum Deum tuum adorâbis : & illi soli séruias . Tunc reliquit eum diabolus : & ecce ángeli accessérunt, & ministrábât ei.

Et dicitur Credo.

**Offert.** Scápulis suis obumbrâbit tibi Dóminus, & sub pennis eius sperâ-

**S**Acrificiū quadragesimâlis ini-  
stij sollémniter immolâmus, te,  
Dómine, deprecâtes: vt cum epu-  
lârum restrictiōne carnáliū, à nó-  
xiis quoque voluptatibus téperê-  
mur. Per Dóminum.

## Aliæ Secretæ.

**E**Xaudi nos Deus salutâris no-  
ster : vt per huius sacraméti  
virtûtem, à cunctis nos mentis &  
córporis hóstibus tueâris: gratiam  
tribuens in præsentí, & gloriam in  
futúro.

**D**Eus, cui soli cógnotus est nú-  
merus electórum in supérna  
felicitate locándus: tríbe quæsu-  
mus: vt, intercedéntibus ómnibus  
sanctis tuis, vniuersórum, quos in  
oratiōe commendátos suscépi-  
mus, & nómina ómnium fidélium  
beatæ prædestinatiōnis liber ascri-  
pta retíneat. Per Dóminum.

**Communio.** Scápulis suis obum-  
brâbit tibi Dóminus, & sub pennis eius  
sperâbis : scuto circúndabit te veritas e-  
ius.

## Postcommunio.

**T**Vinos, Domine, sacraméti  
libátio sancta restáuret : & à  
vetustâte purgátos, in mystérij sa-  
lutâris faciat transíre consortium.  
Per Dñm. Aliæ Postcommuniones.

**M**Vndet & múniat nos, quæ-  
sumus, Dómine, diuini sa-  
craméti



craménti munus oblátum: & intercedente beáta vírgine Dei genitríce Maria, cum beáteis apóstolis tuis Petro & Paulo, atq; beáto N. & ómnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiátos, & aduersitatibus expeditos.

**P**uríficent nos, quæsumus, omnipotens & misericors Deus, sacramenta, quæ sumpsimus: & intercedentibus ómnibus sanctis tuis præsta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reátus ad pænam, sed intercèssio salutáris ad véniam: sit ablútio scélerum, sit fortitúdo fragílium, sit contra ómnia mundi perícula firmamētū, sit viuórum atq; mortuórum fidélium remíssio ómnium delictórum. Per Dóminum.

## F E R I A I I.

### Statio ad S. Petrum ad Vincula.

#### Introitus.

Psal. 122.



Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec miserere nostri: miserere nostri Domine, miserere nostri.

Ibidem.

**Psal.** Ad te leuavi oculos meos, qui habitas in cælis. *ψ* Gloria patri.

#### Oratio.

**C**onuérte nos Deus salutáris noster: & vt nobis ieiúniū

Quadragesimále proficiat, mentes nostras cælestibus ínstrue disciplinis. Per Dóminum.

*Alia: Orationes, vt in Dominica præcedenti.*

#### Lectio Ezechiélis prophætæ.

**H**æc dicit Dñs Deus. Ecce, cap. 34. ego ipse requíram oues meas: & visitábo illas. Sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fúerit in médio óuiū suárum dissipatárū: sic visitábo oues meas, & liberábo eas de ómnibus locis in quibus dispersæ fúerant in die nubis, & caliginis. Et edúcam eas de pópulis: & cōgregábo eas de terris: & indúcā eas in terrá suam: & pascam eas in mōtibus Israél, in riuis, & in cunctis sedibus terræ. In páscuis vberimis pascā eas: & in mōtibus excelsis Israél erunt pascua eárum. Ibi requiescent in herbis virétibus: & in páscuis pínguibus pascéntur super montes Israél. Ego pascā oues meas: & ego eas accubáre fáciam, dicit Dóminus Deus. Quod perierat, requíram: & quod abiéctum erat, redúcā: & quod cōfráctum fúerat, alligábo: & quod infirmum fúerat, consolidábo: & quod pingue, & forte, custódiam. Et pascam illas in iudício, dicit Dóminus omnipotens.

**Graduale.** Protector noster aspice De<sup>9</sup>, Psal. 83. & respice super seruos tuos. *ψ* Domine

Deus,



Deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum.

**Tractus.** **D**ñe, nō secūndū peccāta nostra, quę fecimus nos, neq; secūndū iniquitates nostras retribuas nobis. **V.** Dñe ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū: citò anticipet nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. **V.**

**Ibidem.** Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriā nōminis tui Dōmine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

**Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.**

**Cap. 25.** **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cūm uenerit filius hominis in maiestate sua, & oēs angeli eius cū eo: tūc sedebit super sedē maiestatis suę. Et congregabuntur ante eū omnes gentes: & separabit eos ab inuicē: sicut pastor segregat oves ab hædis. Et statuet oves quidē à dextris suis: hædos autē à sinistris. Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei: possidete paratū vobis regnū à constitutione mūdi. Esuriui enim: & dedistis mihi māducāre. Sitiui: & dedistis mihi bibere. Hospes eram: & collegistis me. Nudus: & operuistis me. Infirmus: & visitastis me. In carcere eram: et uenistis ad me. Tunc respōdebunt ei iusti, dicentes. Dōmine, quando te uidimus esuriētē, & pauiimus te:

sitiēntem, & dedimus tibi potum? Quando autē te uidimus hōspitē, & collegimus te: aut nudū, et cooperuimus te? Aut quando te uidimus infirmū, aut in cárcere: & uenimus ad te? Et respōdēs rex, dicet illis. Amen dico vobis: quādiu fecistis vni de his fratrib⁹ meis minimis, mihi fecistis: Tūc dicet & his, qui à sinistris eius erunt. Discēdite à me maledicti, in ignē æternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuriui enim: & non dedistis mihi manducāre. Sitiui: et non dedistis mihi potum. Hospes erā: & nō collegistis me. Nudus: & non operuistis me. Infirmus, & in cárcere: & non visitastis me. Tunc respondēbunt ei, & ipsi, dicentes. Dōmine, quando te uidimus esuriētē, aut sitiēntem, aut hōspitem, aut nudū, aut infirmum, vel in cárcere: & nō ministrāuimus tibi? Tunc respondēbit illis, dicens. Amē dico vobis: quādiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem, in vitam æternam.

**Offertor.** **L** euābo oculos meos, & cō- **Psal. 118.**  
siderābo mirabilia tua Dōmine, vt doceas me iustitias tuas: da mihi intellectū, & discam mandāta tua. **Secreta.**

**M** Vnera tibi Dōmine oblata sanctifica: nosq; à peccatorum nostrōrum maculis emūda.

Per



Per Dóminum nóstrem.

Alia Secretæ vt in Dñica præcedenti.

Mat. 25.

**Communio.** Amen dico vobis: quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: venite benedicti patris mei, possidete paratū vobis regnum ab initio sæculi.

**Postcommunio.**

**S**alutâris tui Dñe múnere satiâti, súpplīces exorâmus: vt cuius lætâmur gustu, renouêmur effectū. Per Dóminum.

Alia Postcommuniones, vt in Dominica præcedenti.

Super populum. **O**remus.

Humiliate cápita vestra Deo.

**A**bsolue, quæsumus, Dómine, nostrórum vincula peccatórū: & quidquid pro eis merêmur, propitiâus auerte. Per Dóminum.

## F E R I A T E R T I A.

*Statio ad sanctam Anastasiam.*

**Introitus.**



Psal. 89.

Ibidem.

Domine refugiū factus es nobis à generatione in generationem: à sæculo, & in sæculū tu es.

**Psal.** Priusquã mon-

tes fierent, aut formaretur terra, & orbis, à sæculo & vsque in sæculū tu es Deus.

**ŷ.** Gloria patri. **O**ratio.

**R**espice, Dñe, famíliam tuam, & præsta: vt apud te mens nostra tuo desidério fúlgeat, quæ se carnis maceratióne castígat. Per.

Alia Orationes vt in Dñica præcedenti.

**Léctio** Isaiaë prophétæ.

**I**n diébus illis: Locútus est Isaías Cap. 55. prophéta, dicens. Quærite Dóminū, dū inueniri potest: inuocâte eum, dū propè est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitatiónes suas: & reuertâtur ad Dñm, & miserébitur eius: & ad Deū nostrū, quóniã multus est ad ignoscéndū. Nō enim cogitatiónes meæ, cogitatiónes vestræ: neq; viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dñs. Quia sicut exaltântur cæli à terra: sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitatiónes meæ à cogitatió nib⁹ vestris. Et quómodo descendit imber & nix de cælo, & illuc vltra nō reuertitur: sed inébriat terram, & infúndit eam, & germinâre eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti. Sicerit verbum meum quod egrediêtur de ore meo: non reuertêtur ad me vacuū, sed faciet quæcúnque vólui, & prosperâbitur in his ad quæ misi illud, ait Dóminus omnípotens.

**Graduale.** Dirigatur oratio mea, sicut Psal. 149. incensum in conspectu tuo Domine.

**ŷ.** Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

**Sequéntia sancti euangélij**  
**secúndum Matthæum.**

**I**n illo tēpore: Cùm intrâsset Cap. 21. Iesus Hierosoly mam, commôta est vni-

est vniuersa ciuitas, dicēs. Quis est hic? Pópuli autem dicébāt. Hic est Iesus prophéta à Nazaréth Galilææ. Et intrâuit Iesus in templum Dei: & eiiciêbat omnes vendētes, & emētes in templo: & mensas numulariôrum, & cāthedras vendētiū colūmbas, euértit. Et dixit eis. Scriptum est. Domus mea, domus oratiōnis vocābitur: vos autem fecistis illam spelūncam latrōnum. Et accessērunt ad eum cæci, & claudi in templo: & sanāuit eos. Vidētes autem príncipes sacerdotum & scribæ, mirabilia quæ fecit, & púeros clamāntes in templo, & dicētes, hosanna filio Dauid: indignāti sunt, & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis. Vtiq;. Nunquam legistis, quia ex ore infāntium, & lactētiū perfecisti laudem? Et relictis illis, abiit foras extra ciuitātem in Bethániā: ibique mansit.

*Offertor.* In te speraui Domine: dixi, tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea.

*Secreta.*

**O**blātis, quæsum⁹, Dñe, placāre munéribus: & à cunctis nos defende periculis. Per Dóminum.

*Aliæ Secretæ, vt in Dñica præcedenti.*

*Communio.* Cū inuocarem te, exaudisti me, Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti me: miserere mihi Dñe, & exaudi orationem meam.

*Postcommunio.*

**P**Ræsta, quæsumus, omnípotēs Deus: vt illius salutāris capiāmus effectum, cuius per hæc mysteria pignus accépim⁹. Per Dñm.

*Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica præcedenti.*

*Super populum.* Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

**A**scendāt ad te, Dñe, preces nostræ: & ab Ecclēsia tua cunctam repelle nequítiam. Per Dñm.

## F E R I A Q V A R T A

### Quatuor Temporum

### Quadragesimæ.

*Statio ad sanctam Mariā maiorem.*

*Introitus.*



**R**eminiscere miserationum tuarū, Dñe: & misericordiæ tuæ, quæ à sæculo sunt; ne vnquā dominantur nobis inimici nostri: libera nos Deus Israel ex omnibus angustiis nostris.

*Psalms.* Ad te Domine leuaui animam *ibidem.* meam: Deus meus in te confido, non erubescam. *ŷ.* Gloria patri.

*Post Kyrie eleison, dicitur Oremus.* Flectamus genua. *Rz.* Leuate.

**P**reces nostras, quæsumus, Dómine, clemēter exaudi: & contra cuncta nobis aduersantia, dexteram tuæ maiestātis extēde. Per Dóminum.



Prophetia.

## Lectio libri Exodi.

Aliæ Orationes vt in Dñica præcedenti.

## Lectio libri Regum.

Cap. 24.

**I**N dièbus illis: Dixit Dóminus ad Móysen. Ascende ad me in montem, & esto ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas: & legem, ac mādāta, quæ scripsi: vt doceas filios Israel. Surrexerūt Móyses & Iósue miníster eius: ascendensq; Móyses in mōtem Dei, seniōribus ait. Expe ctāte hīc, donec reuertāmur ad vos. Habētis Aaron, & Hur vobiscū. Si qđ natū fūerit quæstiōnis, referētis ad eos. Cūmque ascendisset Móyses, opēruit nubes montem: & habitāuit glória Dñi super Sinai, tēgens illum nube sex dièbus. Séptimo autem die vocāuit eum Dñs de médio caliginis. Erat autē spēcies glóriæ Dñi, quasi ignis ardēs super vérticem montis, in conspēctū filiōrum Israel. Ingressusq; Móyses médium nébulæ, ascēdit in montem. Et fuit ibi quadraginta dièbus, & quadraginta nóctibus.

Psal. 24.

**Graduale.** Tribulationes cordis mei dilatatae sunt: de necessitatibus meis erue me, Dñe. **V** Vide humilitatē meā, & laborem meū: & dimitte omnia peccata mea.

**Hic dicitur** Dñs vobiscum. **Oremus.**

**D**Euotiónem pópuli tui, quæsumus, Dñe, benignus intēde: vt, qui per abstinentiam macerāntur in corpore, per fructū boni óperis reficiātur in mēte. Per Dñm.

3. Cap.  
19.

**I**N dièbus illis: Venit Elias in Bersabee Iuda, & dimisit ibi pūerum suum: & perrexit in desertum viam vnūs diēi. Cumque venisset, & sederet subter vnam iuniperum: petiuit animæ suæ vt moreretur: & ait. Súfficit mihi Dñe: tolle animam meam. Neque enim melior sum, quā patres mei. Proiecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce, ángelus Dñi tetigit eū, dixitq; illi. Surge, comede. Et respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ. Comedit ergo, & bibit: & rursus obdormiuit. Reuersus est ángelus Dñi secundo, & tetigit eum: dixitque illi. Surge, comede: grādis enim tibi restat via. Qui cū surrexisset, comedit & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta dièbus & quadraginta nóctibus, vsque ad montem Dei Horeb.

**Tractus.** De necessitatibus meis eripe me Dñe: vide humilitatē meā & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea.

**V** Ad te Dñe leuavi animā meam, Deus meus in te confido, non erubescam: neq; irrideant me inimici mei. **V** Etenim vniuersi, qui te expectāt, nō confundētur: confundantur omnes facientes vana.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.**

In illo

**I**N illo tempore: Accesserunt ad Iesum scribæ & pharisæi, dicentes. Magister, volumus à te signum videre. Qui respondens ait illis. Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophætæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Viri Ninivitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce, plus, quam Ionas, hic. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce, plus, quam Salomon, hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornata. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce, mater eius, & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce,

mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater est.

**Offertor.** Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine, placationis offerim: vt & delicta nostra miseratus absolvas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dominum.

**Alia Secreta, vt in Dominica præcedenti.**

**Communio.** Intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine.

**Postcommunio.**

**T**vi, Dñe, perceptione sacramenti: & à nostris mundemur occultis: & ab hostium liberemur insidiis. Per Dominum.

**Alia Postcommuniones, vt in Dominica præcedenti.**

**Super populum.** Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

**M**entes nostras, quæsumus, Domine, lumine tuæ claritatis illustra: vt videre possimus, quæ agenda sunt: & quæ recta sunt, agere valeamus. Per Dominum.



## FERIA QUINTA.

*Statio ad sanctum Laurentium in  
Panisperna. Introitus.*

Psal. 95.



Ibidem.

Confessio, & pulchritudo in cōspectu eius: sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius.

*Psal.* Cantate Dño

canticum nouum: cantate Dño omnis terra. *ψ.* Gloria patri. *O* remus.

**D**euotionem pōpuli tui, quæsumus, Dōmine, benignus intēde: vt, qui per abstinentiā macerātur in corpore, per fructū boni operis reficiātur in mēte. Per Dñm. *Aliæ Orationes, vt in Dñica præcedēti.*

*Lectio Ezechiēlis prophætæ.*

Cap. 18.

**I**N diēbus illis: Factus est sermo Dōmini ad me, dicēs. Quid est, quōd inter vos parabolam vērtitis, in prouērbium istud in terra Israēl, dicētes: patres comedērunt vnam acērbam, & dentes filiōrum obstupescūt? Viuo ego, dicit Dñs Deus: si erit vobis vltra parábola hæc in prouērbium in Israēl. Ecce, omnes animæ, meæ sunt: vt anima patris, ita & anima filij, mea est. Anima, quæ peccauerit ipsa moriētur. Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudiciū, & iustitiam: in montibus non comēderit, & oculos suos non leuauerit ad idōla domus Israēl: & uxōrē prōximi sui non violauerit:

& ad mulierem menstruātam non accesserit: & hōminem non contristauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panē suum esuriēti dederit: & nudum operuerit vestimēto: ad vsurā nō commodauerit, & amplius nō accēperit: ab iniquitate auerterit manum suam: & iudiciū verum fecerit inter vīm & virum: & in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem: hic iustus est. Vita viuet, ait Dōminus Deus.

*Graduale.* Custodi me Domine vt *psal. 16.* pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. *ψ.* De vultu tuo iudiciū meum prodeat: oculi tui videant æquitatem.

*Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Matthæum.*

**I**N illo tempore: Egressus Iesus *Cap. 23.* secēssit in partes Tyri, & Sydōnis. Et ecce, mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit, dicens ei. Miserere mei Dñe fili Dauid: filia mea malè à demōnio vexatur. Qui non respōdit ei verbum. Et accedētes discipuli eius, rogābant eum dicētes. Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autem respōdens, ait. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israēl. At illa venit: & adorauit eum, dicens. Dōmine, adiuua me. Qui respōdens



spōndens, ait. Non est bonum sū-  
mere panem filiōrum, & mittere  
cānibus. At illa dixit. Etiam Dó-  
mine. Nam & catélli edunt de mi-  
cis, quæ cadunt de mensa dominō-  
rum suōrum. Tunc respōndens Ie-  
sus, ait illi. O mūlier, magna est fi-  
destua. Fiat tibi sicut vis. Et sanā-  
ta est filiā eius ex illa hora.

*Psal. 33.* **Offertor.** Immittet angelus Domini  
in circuitu timentium eum, & eripiet  
eos: gustate, & videte, quoniam suavis  
est Dominus.

**Secreta.**

**S**acrificia, Dñe, quęsumus, pro-  
pitiis ista nos saluent, quę me-  
dicinālibus sunt institūta ieiūniis.  
Per Dóminum.

*Alia Secreta, vt in Dominica  
præcedenti.*

*Ioan. 6.* **Communio.** Panis quem ego dede-  
ro, caro mea est pro sæculi vita.

**Postcommunio.**

**T**vōrum nos, Dómine, largi-  
tate donōrum, & temporali-  
bus attolle præfidiis, & renoua sem-  
piternis. Per Dóminum.

*Alia Postcommuniones, vt in  
Dominica præcedenti.*

**Super populum.** O remus.  
Humiliate capita vestra Deo.

**D**A, quęsumus, Dñe, pópulis  
Christiānis: & quę pfitetur  
agnóscere: & cæléste munus dili-  
gere, quod fréquentant. Per Dñm.

## F E R I A V I.

Quatuor Temporum  
Quadragesimæ.

*Statio ad sanctos duodecim Apostolos*

**Introitus.**



*Psal. 124.* In necessitatibus meis e-  
ripe me Domine: vide  
humilitatem meam, &  
laborem meum: & di-  
mitte oīa peccata mea.

*Psal.* Ad te Dñe leuavi animam meam: *ibidem.*  
Deus meus in te confido, non erubescā.

*v.* Gloria patri.

O remus.

**E**sto, Dómine, propitiis plebi  
tuæ: & quā tibi facis esse de-  
uōtam, benigno réfoue miserātus  
auxílio. Per Dóminum.

*Alia Orationes, vt in Dñica præcedēti.*

**Lectio Ezechiélis prophætæ.**

**H**æc dicit Dñs Deus. Anima, *Cap. 18.*  
quæ peccauerit, ipsa moriē-  
tur. Filius non portabit iniquitātē  
patris: & pater nō portabit iniqui-  
tātē filij. Iustitia iusti super eū erit:  
& impietas impij erit super eū. Si  
autē impius égerit penitētiā ab om-  
nibus peccātis suis, quæ operātus  
est, & custodierit vniuersa præcé-  
pta mea, & fécerit iudícium, & iu-  
sticiā: vita viuet, & non moriētur.  
Omnium iniquitatum eius, quas  
operātus est, non recordabor. In iu-  
sticia sua, quam operātus est, viuet.  
Nunquid voluntatis meæ est mors

F 3 Impij,



impij, dicit Dóminus Deus, & nõ, vt cõuertatur à viis suis, & viuat? Si autẽ auerterit se iust<sup>9</sup> à iustítia sua, & fécerit iniquitatẽ secundũ oēs abominatiõnes, quas operari solet impius: nõ quid viuet? Omnes iustítie eius, quas fécerat, non recordabuntur. In præuaricatiõne sua, qua præuaricatus est, & in peccato suo, quod peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis. Nõ est æqua via Dómini. Audíte ergo domus Israél. Nõ quid via mea nõ est æqua, & nõ magis viæ vestræ prauæ sunt? Cùm enim auerterit se iust<sup>9</sup> à iustítia sua, & fécerit iniquitatẽ: morietur in eis. In iniustítia, quã operatus est, morietur. Et cũ auerterit se impi<sup>9</sup> ab impietate sua, quã operatus est, & fécerit iudiciũ & iustítiam: ipse animam suam viuificabit. Considerans enim, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est: vita viuet, & non morietur, ait Dóminus omnipotens.

*Psal. 85.* **Graduale.** S aluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te. *ŷ.* Auribus percipe Domine orationem meam.

*Psal. 102.* **Tractus.** Domine, non secundũ peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secundũ iniquitates nostras retribuas nobis.

*Psal. 78.* *ŷ.* Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. *ŷ.* Adiuua nos Deus

salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomẽ tuum.

**Sequẽtia sancti euangélij  
secundum Ioannem.**

**I**n illo tẽpore: Erat dies festus Cap. 5. Iudæorũ: & ascendit Iesus Hierosolymã. Est autẽ Hierosolymis Probatica piscina, quæ cognominatur Hebræicè Bethesda, quinque porticus habens. In his iacēbat multitudo magna languentiũ, cæcorum, claudorũ, aridorũ, expectatium aquæ motum. Angelus autem Dómini secundum tempus descēdebat in piscinã: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motiõnem aquæ, sanus fiēbat, à quacũq; detinebatur infirmitate. Erat autem quidã homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cùm vidisset Iesus iacētem: & cognouisset, quia iam multum tẽpus habēret, dixit ei. Vis san<sup>9</sup> fieri? Respõdit ei languidus. Dñe, hõminẽ non hábeo, vt cùm turbata fúerit aqua, mittat me in piscinã. Dum venio enim ego, álius ante me descendit. Dicit ei Iesus. Surge: tolle grabatũ tuũ, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatũ suum, & ambulabat. Erat autem sabbathũ in illa die. Dicēbant

ergo.



ergo Iudæi, illi, qui sanus factus fuerat. Sabbathum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum, et ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo, qui dixit tibi: tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat, quis esset. Iesus autem inclinavit ad turba constituta in loco. Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo: & nuntiavit Iudeis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum.

*Psal. 102.* **O**ffertor. **B**enedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius: & renouabitur sicut aquila iuuentus tua.

*Secreta.*

**S**uscipe, quaesumus, Domine, munera nostris oblata seruitiis: & tua propitius dona sanctifica. Per Dominum.

*Alia Secreta, ut in Dominica precedenti.*

*Psal. 6.* **C**ommunio. **E** rubescant, & conturbentur omnes inimici mei: auertantur retrorsum, & erubescant valde velociter.

*Postcommunio.*

**P**er huius, Domine, operationem mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Per Dominum.

*Alia Postcommuniones, ut in Dominica precedenti.*

*Super populum.*

*Oremus.*

Humiliate capita vestra Deo.

**E**xaudi nos misericors Deus: & mentibus nostris gratiae tuae lumen ostende. Per Dominum.

S A B B A T H O.

*Statio ad sanctum Petrum.*

*Introitus.*



**I**ntret oratio mea in conspectu tuo: inclina aurem tuam ad preces meam Domine. *Psal. 87.*

*Psal.* Domine Deus salu- *Ibidem.*

tis meae: in die clamaui, & nocte coram te. *Gloria.* Post Kyrie eleison dicitur *O*remus. Flectamus genua. *R.* Leuate.

**P**opulum tuum, quaesumus, Domine, propitius respice: atque ab eo flagella tuae iracundiae clementer auerte: Per Dominum.

*Prophetia 1.*

*Lectio libri Deuteronomij.*

**I**n diebus illis: Locutus est Moyses ad Dominum, dicens. Respice Domine de sanctuario tuo, & de excelsis caelorum habitaculo: & benedic populo tuo Israel, & terrae, quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terrae lacte, & melle mananti. Audi Israel. Hodie Dominus Deus tuus praecipit tibi, ut facias mandata eius atque iudicia: & custodias, & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie, ut

F 4 sit tibi



fit tibi Deus: & ambules in viis eius: & custodias cęremónias illius, & mandata atque iudicia: & obediās eius império. En, Dñs elęgit te hódie, vt sis ei pópulus peculiāris, sicut locutus est tibi: & custodias ómnia præcepta illius: & faciet te excelsiorem cūctis gęntibus, quas creauit in laudē, & nomen, & glóriam suam: vt sis pópulus sanctus Dñi Dei tui, sicut locutus est tibi.

Psal. 78.

**Graduale.** Propitius esto Dñe peccatis nostris: ne quando dicant gentes, vbi est Deus eorū? *ŷ.* Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter honorē nominis tui Domine libera nos. *O* remus. *F*lectamus genua. *R.* Leuate.

**P**rotector noster aspice Deus: vt, qui malorū nostrorū pondere premimur, percępta misericordia tua, libera tibi mente famulemur. Per Dóminum.

Prophetia 111.

Lectio libri Deuteronomij.

Cap. 17.

**I**N diębus illis: Dixit Móyses filiis Israel. Si custodieritis mandata, quę ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dñm Deū vestrū, & ambulētis in ómnibus viis ei⁹ adhærētes ei: disperdet Dómin⁹ oēs gentes istas ante faciē vestrā, & possidebitis eas, quę maiōres & fortiōres vobis sunt. Omnis locus, quē calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, et Líbano, & flumine:

magno Euphrate, vsq; ad mare occidentāle, erunt tēmini vestri. Nulus stabit contra vos. Terrōrem vestrum, & formidīnē dabit Dómin⁹ Deus vester super omnem terram, quam calcaturū estis: sicut locutus est vobis Dóminus Deus vester.

**Graduale.** Protector noster aspice De⁹, *Psal. 83.*

& respice super seruos tuos. *ŷ.* Dñe De⁹ virtutum exaudi preces seruorū tuorū.

*O* remus. *F*lectamus genua. *R.* Leuate.

**A**desto, quęsumus, Dómine, supplicatiōibus nostris: vt esse, te largiēte, mereāmur & inter próspera hūmiles, & inter aduersa securi. Per Dóminum.

Prophetia 111.

Lectio libri Machabæorum.

**I**N diębus illis: Oratiōnē faciē-

2. Cap. 6.

bant sacerdotes, dum offerrent sacrificium pro pópulo Israel, Iónatha inchoante, cęteris autē respondentibus, & dicētib⁹, Beneficiat vobis Deus: & meminerit testamēti sui, quod locutus est ad Abrahā, Isaác, & Iacob, seruorū suorū fideliū. Et det vobis cor ómnibus: vt colatis eū, & faciatis eius voluntatē corde magno, & ánimo volēti. Adaperiat cor vestrū in lege sua, & in præceptis suis: & faciat pacē. Exaudiat oratiōnes vestras: & recōcilietur vobis: nec vos deserat in tēpore malo, Dóminus Deus vester.

**Graduale.** Conuertere Domine ali-

Psal. 89.

quan-



quantulum, & deprecare super seruos tuos. *ψ.* Dñe, refugium factus es nobis à generatione in generationē. *O* remus. Flectamus genua. *R.* Leuate.

**P** Reces pópuli tui, quæsumus, Dómine, clemēter exáudi: vt qui iustè pro peccátiis nostris affligimur, pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dñm.

Prophetia *IIII.*

Lectio libri Sapientia.

*Eccle. 35* **M**iserere nostri Deus ómniū, & respice nos: & ostēde nobis lucem miseratiōnum tuārum: & immitte timōrē tuum super gentes, quæ non exquisierunt te: vt cognóscant, quia nō est Deus nisi tu: vt enārrent magnália tua. Alleua manum tuam super gentes aliēnas: vt vídeant potēntiam tuam. Sicut enim in conspēctu eōrum sanctificatus es in nobis, sic in conspēctu nostro magnificaberis in illis: vt cognóscant te, sicut & nos cognouimus, quóniā non est Deus præter te Dómine. Innoua signa, & immúta mirabilia. Glorífica manū, & bráchium dextrum. Excita furōrem, & effúnde iram. Tolle aduersárium, & afflige inimicum. Festína tempus, & meménto finis: vt enārrent mirabilia tua, Dómine Deus noster.

*Psal. 140*

**Graduale.** Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspēctu tuo Domine. *ψ.*

Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinū. *O* remus. Flectamus genua. *R.* Leuate.

**A**ctiōnes nostras, quæsumus, Dómine, aspirādo præueni, & adiuuādo profēquere: vt cūcta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Dóminum.

Prophetia *v.*

Lectio Daniélis prophætæ.

*cap. 3.* **I**n diēbus illis: Angelus Dómini descendit cum Azaria, & sociis eius in fornācem: & excussit flammam ignis de fornāce: & fecit médium fornācis, quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffúsa est super fornācem cúbitis quadragintanóuem: & incēdit quos réperit iuxta fornācem de Chaldæis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tētiguit ignis, neque contristāuit, nec quicquā molestiæ intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore, laudabant & glorificabant, & benedicébāt Deum in fornāce, dicentes. **Hymnus.**

**B**enedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis & gloriosus in sæcula. *Dan. 3.*

Et benedictum nomē gloriæ tuæ, quod est sanctum. Et laudabile, & gloriosum in sæcula.

Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

F 5 **B**enedi-



**B**enedict⁹ es super thronū sanctū regni tui. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

**B**enedictus es super sceptrū diuinitatis tuę. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

**B**enedict⁹ es qui sedes super cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis & gloriosus in sæcula.

**B**enedictus es, qui ambulas super pēnas ventorum, & super vndas maris. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

**B**enedicāt te omnes angeli, & sancti tui. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

**B**enedicāt te cæli, terra, mare, & omnia, quæ in eis sunt. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

**G**loria patri, & filio, & spiritui sancto. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

**S**icut erat in principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

**B**enedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

**H**ic dicitur **v̄**. Dñs vobiscum. Non dicitur Flectamus genua. **O** remus.

**D**eus, qui trib⁹ p̄ueris mitigāsti flāmas igniū: concēde propitius: vt nos famulos tuos nō exūrat flamma vitiōrum. Per Dōminum.

**A**lię **O**rationes, vt in Dñica p̄cedenti.

**L**ectio ep̄istolę beati Pauli ap̄ostoli ad Thessalonicēses.

**1. Cap. 5** **F**Ratres: Rogāmus vos, corr̄ipite inquietos, cōsolāmini pusillānimes, suscipite infirmos, patiē-

tes estōte ad omnes. Vidēte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectāmini in inuicem, & in omnes. Semper gaudēte. Sine intermissiōne orāte. In omnibus grātias āgite. Hęc est enim volūntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Sp̄ritum nolite extinguerē. Prophētias nolite sp̄rnere. Omnia autem probāte: quod bonum est, tenēte. Ab omni sp̄cie mala abstinēte vos. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer sp̄ritus vester, & ānima, & corpus sine querēla, in aduētu Dōmini nostri Iesu Christi seruetur.

**T**raetus. **L**audate Dominum omnes Psal. 116 gentes: & collaudate eum omnes populi. **v̄**. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

**S**equētia sancti euangēlij secūndum Matthæum.

**I**n illo tēpore: Assūpsit Iesus Cap. 7 Petrum, & Iacōbum, & Ioānnem fratrem eius, & duxit illos in montē excelsū seorsū: & transfurātus est ante eos. Et resplēdit facies eius, sicut sol: vestimēta autem eius facta sunt alba, sicut nix. Et ecce, apparuerunt illis Mōyses & Elías cum eo loquētes. Respōdens autem Petrus, dixit ad Iesum. Dōmine, bonum est nos hīc esse.



esse. Si vis, faciâmus hic tria tabernacula: tibi vnum, Mòysi vnum, & Eliæ vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lúcida obúbrâuit eos. Et ecce, vox de nube, dicēs. Hic est filius meus diléctus, in quo mihi bene compláui: ipsum audíte. Et audiētes discípuli, cecidérunt in faciem suam, & timuérunt valde. Et accéssit Iesus, & tétigit eos, dixitque eis. Súrgite, & nolíte timēre. Leuâtes autem óculos suos, néminem vidérūt, nisi solum Iesum. Et descendētibz illis de monte, præcêpit eis Iesus, dicens. Némini dixeritis visiônem: donec filius hóminis à mortuis resúrgat.

*Psalm. 87.* **Offertor.** Domine Deus salutis meæ, in die clamaui, & nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo Domine.

*Secreta.*

**P**ræsētibz sacrificiis, quæsumus, Dómine, ieiúnia nostra sanctífica: vt, quod obseruãtia nostra profitetur extérius, intérius operetur. Per Dóminum.

*Alia Secreta, vt in Dñica præcedenti.*

*Psalm. 7.* **Communio.** Domine Deus in te speraui, libera me ab omnibus persequētibz me, & eripe me. **Postcommunio.**

**S**anctificatiônibus tuis, omnipotens Deus, & vítia nostra curen̄tur, & remédia nobis æterna prouéniant. Per Dóminum.

*Alia Postcom. vt in Dñica præcedenti.*

**Super populum.**

**O**remus.

Humiliâte cápita vestra Deo.

**F**idéles tuos Deus benedictio desiderata confirmet: que eos, & à tua voluntate nūquam faciat discrepare, & tuis semper indulgeat beneficiis gratulari. Per Dñm.

**D O M I N I C A**

secunda in Quadragesima.

*Statio ad S. Mariam in Dominica.*

**Introitus.**



**R**eminiscere miseratiōnum tuarum Dñe: & misericordiæ tuæ, que à sæculo sunt, ne vquam dominentur nobis inimici nostri: libera nos Deus Israël ex ómnibus angústis nostris. *Psalm. 24.*

**Psalm.** Ad te Dñe leuâui animã meã, Deus meus in te confido, non erubescã. *Ibidem.*

**V.** Glória.

**O**remus.

**D**eus, qui conspicias omni nos virtute destitui, intérius, exteriúsque custodi: vt ab ómnibus aduersitatibus muniãmur in corpore, & à prauis cogitatiônibus mundemur in mente. Per Dñm.

**Ad poscenda suffragia sanctor. Oratio.**

**A**cunctis nos, quæsumus, Dñe, mentis, & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriósa semperque vírgine Dei genitríce Maria, cum beáteis apóstolis tuis Petro, & Paulo, atque beato

**N** &



**N.** & ómnibus sanctis: salútē nobis tríbue benígnus & pacem: vt destrúctis aduersitatibus, & erróribus vniuersis, ecclésia tua secúra tibi séruiat libertâte.

**O** Mnípotēs sempitérne Deus, qui viuórū domináris simul & mortuórū, omniumq; miserēris quos tuos fide, & óperē futúros esse prænúscis: te súpplices exorám⁹: vt pro quibus effúdere preces decreuimus, quosq; vel præsens sculū adhuc in carne rétinet, vel futúrum iam exútos córpore suscépit: intercedéntibus ómnibus sanctis tuis: pietátis tuæ cleméntia, ómniū delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum.

**Léctio epístolæ beati Pauli apóstoli ad Thessalonicénfes.**

1. Cap. 4.

**F** Ratres: Rogámus vos, & obsecrámus in Dño Iesu: vt quémódum accepístis à nobis, quómódo vos opórteat ambuláre, & placére Deo: sic & ambulétis, vt abundétis magis. Scitis enim, quæ præcépta déderim vobis, per Dñm Iesum. Hęc est enim volútas Dei, sanctificatió vestra: vt abstineátis vos à fornicatióne: vt sciat vnusquisq; vestrū vas suū possidére in sanctificatióne & honóre: non in passióne desidérij, sicut & gētes, quę ignóránt Deū. Et ne quis supergrediátur, neque circúuéniat in negócio fratré

suū: quóniam vindex est Dóminus de his ómnibus, sicut prædíximus vobis, & testificátifumus. Nō enim vocáuit nos Deus in immúditiam: sed in sanctificatiónem. In Christo Iesu, Dómino nostro.

**Graduale.** Tribulationes cordis mei <sup>Psal. 24.</sup> dilatatae sunt: de necessitatibus meis eripe me Domine. **Ÿ.** Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea.

**Tractus.** Confitemini Dño, quoniam <sup>Psal. 103.</sup> bonus: quoniá in sæculum misericordia eius. **Ÿ.** Quis loquetur potentias Dñi: auditas faciet omnes laudes eius? **Ÿ.** Beati qui custodiunt iudicium, & faciūt iustitiam in omni tempore. **Ÿ.** Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo.

**Sequéntia sancti euangélij secundum Matthæum.**

**I** N illo tempore: Assumpsit Iesus <sup>Cap. 7.</sup> Petrū, & Iacôbum, & Ioánem fratré eius, & duxit illos in mótem excélsū seórsum: & trásfigurátus est ante eos. Et resplénduit fácies eius, sicut sol: vestiméta autem eius facta sunt alba, sicut nix. Et ecce, apparuérūt illis Móyses & Elías cum eo loquētes. Respóndens autē Petrus, dixit ad Iesum. Dñe, bonū est nos híc esse. Si vis, faciámus híc tria tabernácula: tibi vnum, Móysi vnum, & Elíæ vnum. Adhuc eo loquente, ecce, nubes lúcida obumbráuit eos.

Et ecce,



Et ecce, vox de nube, dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis. Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. Et descendentes illis de monte, precepit eis Iesus, dicens. Neminis dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat.

Et dicitur *Credo.*

*Psal. 118.* *Offert.* Meditabor in mandatis tuis, quae dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua, quae dilexi. *Secreta.*

**S**acrificiis praesentibus, Domine, quaesumus, intende placatus: ut & deuotioni nostrae proficiant, & salutem. Per Dominum.

*Aliae Secretae.*

**E**xaudi nos, Deus salutaris noster: ut, per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in praesenti, & gloriam in futuro.

**D**eus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quaesumus: ut, intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione commendatos suscepimus, & nomina omnium fidelium beatae

praedestinationis liber ascripta retineat. Per Dominum.

*Communio.* Intellige clamorem meum: *Psalm. 5.* intende voci orationis meae, rex meus & Deus meus: quoniam ad te orabo Domine.

*Postcommunio.*

**S**upplices te rogamus, omnipotens Deus: ut, quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per Dominum.

*Aliae Postcommuniones.*

**M**undet, & muniat nos, quaesumus, Domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato *N.* & omnibus sanctis, a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatus, & aduersitatibus expeditos.

**P**urificent nos, quaesumus, omnipotens & misericors Deus, sacramenta, quae sumpsimus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis, presta: ut hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorum. Per Dominum nostrum.



## F E R I A I I.

*Statio ad sanctum Clementem.***Introitus.**

Edime me Dñe, & misere mei; pes enim meus stetit in via recta: in ecclesiis benedicā Dñm.

Psal. 25.

Ibidem.

**Psal.** Iudica me Dñe, qm̄ ego in innocentia mea ingressus sum: & in Dño sperās, nō infirmabor. **v.** Gloria. **O**remus.

**P** Ræsta, quæ sumus, omnipotēs De⁹: vt familia tua, quæ se affligēdo carnē ab alimētis abstinet: festādo iustitiā à culpa ieiūnet. Per.

*Alię Orationes, vt in Dñica præcedēti.*

**Lectio Daniëlis prophætæ.**

Cap. 9.

**I** N diēbus illis: Orāuit Dāniel Dñm, dicens. Dñe Deus noster, qui eduxisti pópulum tuū de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diē hāc: peccāuimus, iniquitatē fecimus. Dñe in omnē iustitiā tuā, auertātur óbsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Hierusalē, & à mōte sancto tuo. Propter peccāta enim nostra, & iniquitates patrū nostrōrū, Hierusalem, et pópulus tuus in opprobriū sunt omnibus per circuitum nostrū. Nunc ergo exaudi Dómine Deus noster oratiōnē serui tui, & preces eius: & ostēde faciē tuā super sanctuārium tuū, quod desērtum est. Propter temetípsum incli-

na Deus meus aurem tuā, & audi: áperi óculos tuos, & vide desolatiōnem nostrā, & ciuitatem super quā inuocātum est nomen tuum. Neq; enim in iustificatiōnibus nostris prostērnimus preces ante faciē tuā: sed in miseratiōnibus tuis multis. Exaudi Dñe, placāre Dñe: attēde, & fac, ne morēris ppter temetipsū Deus meus: quia nomen tuū inuocātū est super ciuitatē, & super pópulum tuū, Dómine Deus noster.

**Graduale.** A diutor meus, & liberator meus esto: Domine ne tardaueris. **v.** Confundantur & reuerentur inimici mei, qui quærunt animam meam.

**Tractus.** Dñe non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis. **v.** Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: citò anticipēt nos misericordix tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. **v.** Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

**Sequētia sancti euangélij secundum Ioānnem.**

**I** N illo témpore: Dixit Iesus turbis Iudæorū. Ego vado, & quærētis me: et in peccāto vestro moriēmini. Quò ego vado, vos nō potēstis venīre. Dicēbant ergo Iudæi. Nunquid interficiet semetípsum, quia dicit: quò ego vado, vos non potēstis



potestis venire? Et dicebat eis. Vos de deorsum estis: ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis, quia ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Iesus. Principium: qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare. Sed qui misit me, verax est: & ego, quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia patre eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Iesus. Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & à me ipso facio nihil: sed sicut docuit me Pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.

Psal. 15.

**Offert.** Benedicam Dñm, qui tribuit mihi intellectum: providebam Dñm in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear. **Secreta.**

**H**Æc hostia, Dñe, placationis, & laudis, tua nos protectione dignos efficiat. Per Dominum.

Psal. 8.

**Alia Secreta, vt in Dñica præcedenti.**  
**Communio.** Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! **Postcommunio.**

**H**Æc nos comunio, Dñe, purget à crimine: & cælestis remedium faciat esse consortes. Per.

**Alia Postcommuniones, vt in Dominica præcedenti.**

**Super populum.** **O**remus.

Humiliate capita vestra Deo.

**A**desto supplicationibus nostris, omnipotens Deus: & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per Dñm.

## F E R I A T E R T I A .

*Statio ad sanctam Balvinam.*

**Introitus.**



Ibi dixit cor meum, quæ- Psal. 26.  
siui vultum tuum, vultu  
tuum, Dñe, requirã: ne  
auertas faciẽ tuã à me.

**Psalm.** Dominus il- Ibidem.

luminatio mea, & sal<sup>9</sup> mea: quẽ timebo?  
**Gloria patri.** **O**remus.

**P**erfice, quæsumus, Dñe, benignus, in nobis obseruantia sanctæ subsidiũ: vt, quæ te auctore facienda cognouimus, te operante impleamus. Per Dominum.

**Alia Orationes, vt in Dñica præcedenti.**

**Lectio libri Regum.**

**I**N diẽbus illis: Factus est sermo 3. Cap. 17.  
Dñi ad Eliam Thesbytẽ, dicẽs.  
Surge, & vade in Saréptha Sidoniõrũ, & manẽbis ibi. Præcepi enim ibi mulieri viduę, vt pascat te. Surrexit, & abiit in Sarépthã. Cũq; venisset ad portã ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna: & vocã-



& vocauit eam, dixitq; ei. Da mihi paululum aquæ in vase, vt bibam. Cumque illa pegeret, vt afferret, clamauit post tergum eius, dicens. Affer mihi obsecro & buccellam panis in manu tua. Quæ respondit. Viuit Dñs Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lécytho. En colligo duo ligna: vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo: vt comedamus, & moriamur. Ad quã Elías ait. Noli timere: sed vade, & fac sicut dixisti. Veruntamen mihi primum fac de ipsa farinula subcineritium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies postea. Hæc autem dicit Dñs Deus Israël. Hydria farinæ non deficiet: nec lécythus olei minuetur, vsque in diem in qua daturus est Dñs pluuiam super faciem terræ. Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Elíæ. Et comedit ipse, & illa, & domus eius. Et ex illa die, hydria farinæ nõ defecit: & lécythus olei nõ est immittus, iuxta verbum Dñi quod locutus fuerat in manu Elíæ.

*Psal. 54.* **Graduale.** Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. *v.* Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi.

**Sequencia sancti euangelij  
secundum Matthæum.**

**I**N illo tempore. Locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos, dicens. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite: secundum verò opera eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Alligant enim onera grauiam, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo, nolunt ea mouere. Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus, rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus est enim magister vester: omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis iuper terram: vnus est enim pater vester, qui est in cælis. Nec vocemini magistri: quia magister vester, vnus est, Christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.

**Offert.** Miserere mei Domine secundum magnam misericordiam tuam: dele Dñe iniquitatem meam. **Secreta.**

**S**anctificationem tuam nobis, Domine, his mysteriis operare placatus: quæ nos & à terrenis purget vi-



get vitiis: & ad cælestia dona perducatur. Per Dñm.

Alia Secreta, vt in Dominica præcedenti.

Psal. 9.

**C**ommunio. Narrabo omnia mirabilia tua: lætabor & exultabo in te: psallam nomini tuo altissime.

Postcommunio.

**V**T facris, Dñe, reddamur digni munèrib⁹, fac nos tuis, quæsumus, semper obedire mandatis. Per Dñm.

Alia Postcommuniones, vt in Dominica præcedenti.

Super populum. O remus.

Humiliate capita vestra Deo.

**P**ropitiare, Dñe, supplicatiõibus nostris, & animarum nostrarum medere languoribus: vt, remissionẽ percẽpta, in tua semper benedictione lætemur. Per Dñm.

FERIA QVARTA.

Statio ad sanctam Cæciliam.

Introitus.

Psal. 37.



**N**E derelinquas me, Domine Deus meus, ne discedas à me: intende in adiutoriũ meũ, Dñe virtus salutis meæ.

Abidem.

**P**sal. Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me. ¶ Gloria patri. O remus.

**P**opulum tuum, Dñe, propitius respice: & quos ab escis carnalib⁹ præcipis abstinere, à nõ-

xiis quoque vitiis cessare concede. Per Dñm.

Alia Orationes, vt in Dñica præcedenti.

Lectio libri Hester.

**I**N diẽbus illis: Orãuit Mardocheus ad Dñm, dicens. Domine Deus rex omnipotens, in diuisione tua cuncta sunt posita: & nõ est, qui possit tuæ resistere voluntati. Si decreueris saluare nos, continuo liberabimur. Tu enim Dñe fecisti cælum & terram, & quidquid cæli ambitu continetur. Tu es Dñm⁹ omnium: & non est, qui resistat maiestati tuę. Et nunc Domine rex regum, Deus Abraham, miserere populo tuo: quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuã delere. Ne despicias partem tuam, quã redemisti tibi: sed exaudi deprecationem nostram, & propitius esto sorti & funiculo hæreditatis tuæ. Et conuerte luctum nostrũ in gaudium: vt viuentes, laudemus nomen tuum: & ne claudas orationem te, Domine Deus noster.

Cap. 13.

**Graduale.** Saluum fac populum tuũ Domine, & benedic hæreditati tuæ. ¶ Ad te Domine clamaui, Deus meus, ne files à me, & ero similis descendentes in lacum.

Psal. 27.

**Tractus.** Domine, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. ¶ Dñe, ne memineris iniquitatum

Psal. 103.

Psal. 78.

G nostra-



nostrarum antiquarum: citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. *¶* Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriã nominis tui Dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

*Sequẽtia sancti euangélij  
secundum Matthæum.*

Cap. 20.

**I**N illo tẽpore: Ascendẽs Iesus Hierosolymã, assumpsit duodecim discipulos suos secretò, & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymã, & filius hõminis tradetur principibus sacerdotũ & scribis: & condemnabũt eum morte. Et tradent eum gẽtibus ad illudẽdũ, & flagellandũ, & crucifigendum: & die tertia resurget. Tunc accessit ad eũ mater filiõrum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedent hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram, in regno tuo. Respõdens autem Iesus, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quẽ ego bibitũrus sum? Dicunt ei. Põsumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibẽtis: sedẽre autem ad dexteram meam vel ad sinistram, nõ est meum dare vobis, sed quibus paratũ est à patre meo. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus: Iesus autem vocauit eos ad se: & ait. Scitis, quia principes

gẽtium dominantur eõrum: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos? Non ita erit inter vos. Sed quicũque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hõminis non venit ministrari: sed ministrare, & dare animam suam redẽptiõnem pro multis.

*Offertor.* A d te, Domine, leuauĩ animam meã, Deus meus, in te confido, nõ erubescã, neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Psal. 22.

*Secreta.*

**H**ostias, quẽsumus, Dñe, quas tibi offerimus, propitius respice: & per hæc sancta cõmẽrcia, vincula peccatõrum nostrõrũ absolue. Per Dõminum.

*Aliæ Secretæ, vt in Dominica præcedẽti.*

*Communio.* Iustus Dominus, & iustitiã dilexit: æquitatẽ vidit vultus eius. Psal. 10.

*Postcommunio.*

**S**umptis, Dõmine, sacramentis, ad redẽptiõnis æternæ, quæsumus, proficiãmus augmentum. Per Dõminum.

*Aliæ Postcommuniones, vt in  
Dominica præcedenti.*

*Super populum.* O remus. Humiliate capita vestra Deo.

**D**eus innocentia restitutor & animator, dirige ad te tuõrum corda seruõrũ: vt spĩritus tui seruõre concẽ-



cōcepto, & in fide inueniatur stabi-  
les, & in opere efficaces. Per Dñm.

## F E R I A V.

*Statio ad S. Mariã trans Tyberim.*

## Introitus.

Psal. 69.



Eus in adiutoriũ meũ  
intède, Dñe ad adiuuã-  
dum me festina: cõfun-  
dantur, & reuereantur  
omnes inimici mei, qui

quærunt animam meam.

Ibidem.

*Psal.* Auertantur retrorsum, & eru-  
bescant, qui volunt mihi mala. *ÿ.* Glo-  
ria patri.

Oremus.

**P**Ræsta nobis, quæsumus, Dñe,  
auxiliũ gratiæ tuæ: vt ieiuniis,  
& orationibus cõueniẽter intèn-  
ti, liberemur ab hostibus mētis &  
cõrporis. Per Dõminum.

*Alię Orationes, vt in Dñica præcedenti.*

## Lectio Hieremiæ prophætæ.

cap. 17.

**H**æc dicit Dñs Deus. Maledi-  
ctus homo qui cõfidit in hó-  
mine, & ponit carnẽ bráchiũ suũ:  
& à Dõmino recedit cor eius. Erit  
enim quasi myricæ in deserto, &  
nõ vidébit, cùm vénerit bonũ: sed  
habitabit in siccitate in deserto in  
terra salúginis, & inhabitabili. Be-  
nedictus vir, qui confidit in Dño,  
& erit Dñs fiducia ei. Et erit quasi  
lignũ, quod transplantatur super  
aquis, quod ad humõrem mittit ra-  
dices suas: & nõ timébit, cũ véne-

rit æstus. Et erit fólium eius víride:  
& in tẽpore siccitãtis non erit so-  
licitum: nec aliquãdo desinet fá-  
cere fructum. Prauũ est cor hõmi-  
nis, & inscrutãbile: quis cognõscet  
illud? Ego Dõminus scrutãs corda,  
& probans renes: qui do vnicuiq;  
iuxta viam suam, & iuxta fructum  
adinuẽtionum suãrum. Dicit Dõ-  
minus omnipotens.

*Graduale.* Propitius esto peccatis no-  
stris Dñe, ne quando dicant gentes, vbi  
est Deus eorum? *ÿ.* Adiuua nos Deus  
salutaris noster, & propter honorem no-  
minis tui Domine libera nos.

*Sequẽtia sancti euangélij  
secũdum Lucam.*

**I**n illo tẽpore: Dixit Iesus di-  
scípulis suis. Homo quidã erat cap. 16.  
diues, & induebãtur pũrpura, &  
byssõ: & epulabãtur quotidie splẽ-  
didè. Et erat quidã mēdicus nõmi-  
ne Lázarus, qui iacēbat ad iãnuam  
eius, vlceribus plenus: cúpiēs fatu-  
rãri de micis, quæ cadēbant de mē-  
sa diuitis, & nemo illi dabat. Sed &  
canes veniēbant, & lingēbant vlce-  
ra eius. Factũ est autẽ, vt moreretur  
mendicus, & portarētur ab ángelis  
in sinum Abrahæ. Mõrtuus est au-  
tem & diues: & sepũltus est in in-  
fèrno. Eleuans autẽm óculos suos,  
cũ esset in tormẽtis, vidit Abra-  
hã à longè, & Lázarus in sinu  
eius. Et ipse clamans, dixit. Pater



Abraham, miserere mei: & mitte Lázarus, vt intingat extrémū dígiti sui, in aquam, vt refrígeret linguam meā: quia crúciator in hac flāma. Et dixit illi Abrahám. Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lázarus similiter mala: nūc autem hic consolatur, tu verò cruciāris. Et in his ómnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatū est: vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, nō possint: neq; inde huc trāsmearē. Et ait. Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. Hábeo enim quinque frātres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hūc locū tormentorū. Et ait illi Abrahám. Habent Moysen, & prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non, pater Abrahám: sed si quis ex mortuis íerit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi. Si Moysen & prophetas nō audiunt: neq; si quis ex mortuis resurréxerit, credent.

Exod. 32. **Offertor.** Precatus est Moyses in conspectu Dñi Dei sui, & dixit: quare Dñe irasceris in populo tuo? parce iræ animæ tuæ: memēto Abraham, Isaac, & Iacob: quibus iurasti dare terram fluentem lac, & mel: & placatus factus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo.

*Secreta.*

**P**Ræsenti sacrificio nómini tuo nos, Dómine, ieiúnia dicāta sanctificēt: vt quod obseruātia no-

stra profitetur extérius, intérius operetur effectū. Per Dóminum.

*Alia Secreta, vt in Dñica præcedenti.*

**Communio.** Qui manducat meā car <sup>Ioan. 6.</sup> nem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in eo, dicit Dominus.

*Postcommunio.*

**G**Rátia tua nos, quæsum⁹, Dómine, non derelínquat: quæ & sacræ nos déditos faciat seruituti, & tuam nobis opem semper acquirat. Per Dóminum.

*Alia Postcommuniones, vt in Dominica præcedenti.*

*Super populum.*

*Oremus.*


Humiliate capita vestra Deo.

**A**Desto, Dómine, famulis tuis, & perpétuam benignitatem largire poscētib⁹: vt his, qui te auctore, & gubernatore gloriāntur, & congregata restāures, & restaurāta conserues. Per Dominum.

F E R I A S E X T A.

*Statio ad sanctum Vitalem.*

*Introitus.*



Go autem cum iustitia <sup>Psal. 16.</sup> apparebo in conspectu tuo: satiabor, dum manifestabitur glória tua.

*Psal. Exaudi. Dñe* <sup>Ibidem.</sup> iustitiam meam: intende deprecationem meam. *¶ Gloria patri.* *Oremus.*

**D**A, quæsumus, omnipotens Deus, vt sacro nos purificāte ieiúnio,



ieiūnio, synceris mētibus ad sancta ventūra facias puenire. Per Dñm.

*Alia Orationes, vt in Dñica præcedēti.*

*Lectio libri Gēnesis.*

Cap. 37.

**I**N diēbus illis: Dixit Ioseph fratribus suis. Audite sōmniū meū, quod vidi. Putābam nos ligāre manīpulos in agro: & quasi cōsurgere manīpulū meum, & stare, vestrosque manīpulos circūstantes adorāre manīpulū meum. Respōdērūt fratres eius. Nunquid rex noster eris? aut subiiciēmur ditiōni tuæ? Hæc ergo causa sōmniōrum, atque fermōnū, inuidiæ, & odij sōmitem ministrāuit. Aliud quoq; sōmniū vidit, quod narrās fratribus, ait. Vidi per sōmniū quasi solem, & lunā, & stellas vndecim adorāre me. Quod cūm patri suo, & fratribus retulisset, increpāuit eum pater, & dixit. Quid sibi vult hoc sōmniū, quod vidisti? Nunquid ego, & mater tua, & fratres tui adorābimus te super terrā? Inuidēbāt igitur ei fratres sui: pater verò rē tacitus considerābat. Cumq; fratres illius in pascēdis grēgibus patris morarētur in Sichem, dixit ad eum Israël. Fratres tui pascunt oues in Sichimis: veni, mittā te ad eos. Quo respondēte, præsto sum: ait. Vade, & vide, si cuncta próspera sint erga fratres tuos, & pécora: & renúncia mihi, quid agātur. Missus de valle He-

brō, venit in Sichē. Inuenitq; eum vir errantē in agro: & interrogāuit, quid quæreret. At ille respōdit. Fratres meos quæro: indica mihi, vbi pascāt greges. Dixit ei vir. Recessērunt de loco isto. Audīui autē eos dicētes. Eāmus in Dothaín. Perrēxit ergo Ioseph post fratres suos, & inuēnit eos in Dothaín. Qui cū vidissent eū procul, antequā accēderet ad eos, cogitauerunt illum occidere. Et mūtuo loquebātur. Ecce sōmniator venit: venīte, occidām eum, & mittām eum in cisternā véterem: dicemusque, fera pessima deuorāuit eum. Et tūc apparēbit, quid illi profint sōmnia sua. Audiens autē hæc Ruben, nitebātur liberāre eum de manibus eōrum, & dicēbat. Nō interficiām animā eius, nec effundām sanguinē: sed proiicite eum in cisternā hanc, quæ est in solitudine: manusq; vestras seruāte innóxias. Hoc autē dicebat, volens eripere eum de manibus eōrum, & reddere patri suo.

*Graduale.* Ad Dominū, cū tribularer, clamaui, & exaudiuit me. *Psal. 119.*  
*V.* Domine libera animam meam à labiis iniquis, et à lingua dolosa.

*Tractus.* Dñe, nō secundū peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. *Psal. 119.*  
*V.* Dñe, ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū: citò anticipēt nos misericordia tuæ,



diæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. *ŷ.* Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriã nominis tui Dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.*

Cap. 21.

**I**n illo tēpore: Dixit Iesus turbis Iudæorū, parabolā hanc. Homo quidā erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrin, & locauit eā agricolis: & peregrè profectus est. Cū autem tempus fructuū appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructū eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, aliū ceciderunt, aliū occiderunt, aliū verò lapidauerunt. Iterū misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filiū suū, dicens: verebuntur forte filiū meum. Agricolæ autē vidētes filiū, dixerunt intra se. Hic est hæres: venite, occidam⁹ eū, & habebimus hæreditatē eius. Et apprehensū eū, eiecērunt extra vineā, & occiderunt. Cū ergo venerit dñs vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male pdet: & vineā suā locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructū tēporibus suis. Dicit illis Iesus. Nūquā legistis in scripturis, Lapidem, quē reprobauerunt edificātes, hic fa-

ctus est in caput anguli: A Dño factū est istud: & est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis, quā auferetur à vobis regnū Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidē istū, confringetur. Super quē verò ceciderit, coteret eū. Et cū audissent principes sacerdotū & pharisæi parabolas eius: cognouerunt quòd de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophētā eum habebant.

*Offertor.* Dñe, in auxilium meum respice: confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam, vt auferant eā: Domine in auxilium meum respice. Psal. 99.

*Secreta.*

**H**æc in nobis sacrificia, Deus, & actiōne permāneant, & operatiōne firmētur. Per Dñm.

*Alia Secreta, vt in Dñica precedenti.*

*Communio.* Tū Dñe seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum. Psal. 117.

*Postcommunio.*

**F**ac nos, quæsumus, Dñe, accepto pignore salutis æternæ, sic tendere cōgruēter, vt ad eam peruenire possimus. Per Dōminum.

*Alia Postcommuniones, vt in  
Dominica precedenti.*

*Super populum.*

*Oremus.*

Hūmiliate capitā vestra Deo.

**D**A, quæsumus, Dñe, populo tuo salutē mentis & corporis: vt







quidē, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. Et nō cognōuit eum, quia pilosæ manus similitudinem maiōris exprēsserāt. Benedicēs ergo illi, ait. Tu es filius me⁹ Esau? Respōdit. Ego sum. At ille. Affer, inquit, mihi cibos de venatiōne tua, fili mi: vt bñdicat tibi ánima mea. Quos cū oblátos comedíffet, obtulit ei etiã vinum. Quo hausto, dixit ad eum. Accēde ad me: & da mihi osculum, fili mi. Accēssit, & osculatus est eum. Statimq; vt sensit vestimētōrum illius fragrantia, bñdicēs, ait. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dñs. Det tibi De⁹ de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiã frumēti, vini, & olei. Et séruiãt tibi pópuli, & adorēt te tribus. Esto dñs fratrum tuorum: & incuruetur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & q̄ bñdixerit tibi, bñdictiōnibus repleatur. Vix Isaác sermōnē implēuerat: & egresso Iacob foras, venit Esau, coctosque de venatiōne cibos intulit patri, dicēs. Surge pater mi, & comede de venatiōne filij tui: vt benedicat mihi ánima tua. Dixitque illi Isaác. Quis enim es tu? Qui respōdit. Ego sum filius tuus primogénitus Esau. Expāuit Isaác stupōre vehemēti: & vltra q̄ credi potest, admirās, ait. Quis ergo ille est, qui dudum captã ve-

natiōnē attulit mihi, & comēdi ex omnib⁹ priúsq; tu venires? benedixi q; ei, & erit benedictus? Auditis Esau sermōnibus patris, irrúgiit clamōre magno: & cōsternatus ait. Benedic etiã & mihi, pater mi. Qui ait. Venit germān⁹ tuus fraudulēter, et accēpit benedictiōnē tuã. At ille subiúnxit. Iustè vocatū est nomē eius Iacob. Supplantauit enim me en áltera vice. Primogénita mea antè tulit, et nūc secúndo surrípuit benedictiōnē meã. Rursusque ad patrē. Nunquid non reseruãsti, ait, & mihi benedictiōnē? Respōdit Isaác. Dñm tuum illum cōstitui, & oēs fratres eius seruituti illius subiugãui. Frumēto, vino, & oleo stabi líui eum: & tibi post hęc, fili mi, vltra quid faciã? Cui Esau. Num vnã, inquit, tãtūm bñdictiōnē habes pater? Mihi quoq; obsecro, vt bñdicas. Cúmque eiulatu magno fleret, motus Isaác, dixit ad eum. In pinguedine terræ, & in rore cæli desuper erit benedictio tua.

*Graduale.* Bonū est confiteri Dño, & Psal. 91. psallere nomini tuo altissime. *ψ.* Ad annunciandum manè misericordiam tuã, & veritatem tuam per noctem.

*Sequētia sancti euangēlij  
secúndum Lucam.*

**I**N illo tēpore: Dixit Iesus pharisæis parabolã hãc. Homo quidã habuit duos filios: & dixit adolescentior



lescētior ex illis, patri. Pater, da mihi portiōnē substātiæ, quæ me cōtingit. Et diuīsit illis substātiā. Et nō post multos dies, cōgregātis omnibus adolescētiō filius pēgrē profēctus est in regiōnē lōgīnquā: & ibi dissipāuit substāntiam suam viuēdo luxuriōsē. Et postquā cōsummāset omnia, facta est fames vālidā in regiōne illa: & ipse cōepit egēre. Et abiit, & adhæsit vni cīuī regiōnis illius. Et misit illum in vilam suā, vt pāsceret porcos. Et cupiēbat implēre ventrē suum de siliquis, quas porci manducābant: & nemo illi dabat. In se autem reuērsus dixit. Quāti mercenārij in domo patris mei abūndant pānibus: ego autem hīc fame pēreo? Surgā, & ibo ad patrem meum, & dicam ei. Pater, peccāui in cælum & corā te: iam non sum dignus vocāri filius tuus: fac me sicut vnū de mercenārijis tuis. Et surgēs, venit ad patrem suū. Cū autem adhuc longē esset, vidit illum pater ipse: & misericōrdia motus est. Et accūrrēs cēcidit super collum eius, & osculātus est eum. Dixitq; ei filius. Pater, peccāui in cælum, & corā te: iam non sum dignus vocāri filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Citō proferte stolā primam, & induite illum: & date anulū in mānu eius, & calceamēta in pe-

des eius: & addūcite vitulum saginātū, & occīdite, & manducēmus & epulēmur: quia hic filius meus mōrtuus erat & reuīxit: perierat & inuēntus est. Et cōpērunt epulāri. Erat autem filius eius senior in agro. Et cū venīret, & appropinquāret dōmū, audīuit symphōniā & chorum. Et vocāuit vnū de seruis: & interrogāuit quæ hæc essent. Isque dixit illi. Frater tuus venit: & occīdit pater tuus vitulum saginātum, quia saluū illum recēpit. Indignātus est autem, & nolēbat introīre. Pater ergo illius egrēssus cōepit rogāre eum. At ille respōdens, dixit patri suo. Ecce tot annis seruiō tibi: & mandātum tuum nunquam præterīui: & nunquam dedīsti mihi hōedum, vt cum amicis meis epulārer. Sed postquam filius tuus hic, qui deuorāuit substātiā suam cum meretricibus, venit: occidisti vitulum saginātum. At ipse dixit illi. Fili, tu semper mecum es: & omnia mea, tua sunt. Epulāri autem & gaudēre oportēbat, quia frater tuus hic, mōrtuus erat, & reuīxit: perierat, & inuēntus est.

**Offertor.** Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Psal. 138.

*Secreta.*

**H**is sacrificiis, Dñe, concēde placātus: vt, qui propriis orā-



mus absolui delictis, nõ grauẽmur  
externis. Per Dõminum.

*Alia Secreta, vt in Dominica præcedenti.*

Luc. 15.

**Communio.** Oportet te fili gaudere:  
quia frater tuus mortuus fuerat, & reui-  
xit, perierat, & inuentus est.

*Postcommunio.*

**S**acramenti tui, Dõmine, diuina  
libatio penetrãlia nostri cordis  
infundat: & sui nos partícipes po-  
tenter efficiat. Per Dõminum.

*Alia Postcommuniones, vt in  
Dominica præcedenti.*

*Super populum.*

*Oremus.*

Humiliate capita vestra Deo.

**F**amiliã tuã, quæsumus, Dõ-  
mine, cõtínua pietãte custodi:  
vt, quæ in sola spe grãtiæ cælẽstis  
innititur, cælẽsti etiã protectiõne  
muniãtur. Per Dõminum.

## D O M I N I C A

tertia in Quadragesima.

*Statio ad sanctum Lauren-  
tium extra muros.*

*Introitus.*

Psal. 24.



**O**culi mei semper ad Do-  
minum: quia ipse e-  
uellet de laqueo pedes  
meos: respice in me, &  
miserere mei, quoniam

unicus, & pauper sum ego.

ibidem.

**Psal.** Ad te Dñe leuauì animam meã:  
Deus meus in te confido, non erubescã.  
v. Gloria patri.

*Oremus.*

**Q**uæsumus, omnipotẽs Deus,  
vota humilium respice: atq;  
ad defensionem nostram, dẽxterã  
tuã maiestãtis extẽde. Per Dñm.

*Ad poscenda suffragia sanctorum.*

*Oratio.*

**A**cunctis nos, quæsumus, Dñe,  
mẽtis & cõrporis defẽde pe-  
riculis: & intercedẽte beãta & glo-  
riõsa semp̃erq; vírgine Dei genitri-  
ce Maria, cum beãtis apõstolis tuis  
Petro, & Paulo, atque beãto **N**&  
õmnibus sanctis: salũtem nobis trí-  
bue benignus & pacẽ: vt destrũctis  
aduersitatibus, & erroribus vniuer-  
sis ecclẽsia tua secũra tibi seruiat li-  
bertãte.

*Oratio.*

**O**mnipotens sempitẽrne Deus:  
qui viuõrũ dominãris simul  
& mortuõrum, omniũmq; mise-  
rẽris, quos tuos fide & õpere futũ-  
ros esse prenõscis: te supplices exo-  
rãmus: vt pro quibus effũdere pre-  
ces decreuimus, quõsq; vel præsens  
saculũ adhuc in carne retinet, vel  
futũrum iã exũtos corpore suscẽ-  
pit: intercedẽtibus õmnibus san-  
ctis tuis, pietãtis tuã clemẽtia, õm-  
nium delictõrum suõrum veniam  
consequãntur. Per Dõminum.

*Lectio epistolæ beãti Pauli  
apõstoli ad Ephesios.*

**F**ratres: Estõte imitatõres Dei, cap. 5.  
sicut filij carissimi: & ambulã-  
te in



te in dilectiōne, sicut & Christus diléxit nos: & trádedit semetípsum pro nobis oblatiōnē & hóstiā Deo in odórē suauitátis. Fornicatio autem & omnis immundítia, aut auarítia, nec nominêtur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitúdo, aut stultilóquiū, aut scurrilitas, quæ ad rem nō pértinet: sed magis gratiárū áctio. Hoc autē scitôte intelligêtes: q̄ omnis fornicátor, aut immúduus, aut auárus, quod est idolórum seruitus, non habet hæreditatē in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inánibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidētię. Nolite ergo éffici partícipes eórū. Erátis enim aliquādo ténebræ: nūc autē lux in Dño. Vt filij lucis ambuláte. Fruct⁹ enim lucis, est in omni bonitáte, & iustítia & veritáte.

**Psal. 9.** **Graduale.** **E**xurge Dñe, nō præualeat homo: iudicêtur gētes in cōspectu tuo.

**ŷ.** In cōuertēdo inimicū meū retrorsum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua.

**Psal. 123.** **Tractus.** **A**d te leuavi oculos meos, qui habitas in cælis. **ŷ.** Ecce sicut oculi seruatorum in manibus dominorum suorum. **ŷ.** Et sicut oculi ancillæ in manibus domine suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. **ŷ.** Miserere nobis Domine, miserere nobis...

**Sequentia sancti euangélj  
secundum Lucam.**

**I**n illo tēpore: Erat Iesus eiiciens cap. 11. dæmónium: & illud erat mutū. Et cūm eiēcisset dæmóniū, locutus est mutus: & admiratē sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerūt. In Beélzebub príncipe dæmoniōrum éiicit dæmónia. Et alij tētātes, signū de cælo quærébāt ab eo. Ipse autem vt vidit cogitatiōnes eórū, dixit. Omne regnū in seípsum diuísus desolábitur: & dom⁹ supra domum cadet. Si autem & satanas in seípsum diuísus est: quómodo stabit regnū ipsius, quia dicitis in Beélzebub eiicere me dæmónia? Si autem ego in Beélzebub eiicio dæmónia: filij vestri in quo eiiciūt? Ideo ipsi, iúdicēs vestri erunt. Porro si in digito Dei eiicio dæmónia: profectò peruénit in vos regnum Dei. Cūm fortis armátus custôdit átrium suum: in pace sunt ómnia, quæ póssidet. Si autem fortior illo superuénienti vicerit eum: vniuersa arma eius áuferet, in quibus confidēbat: & spólia eius distribuet. Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Cūm immúndus spíritus exierit ab hómine, perambulá per loca inaquósa, quærens réquiē. Et non inuénienti, dicit. Reuertar in domū meā, vnde exiui. Et cūm venerit, inuenit eam scopis mūdātā, & ornātā. Et tunc vadit, & assūmit secum



secum septē álios spíritus nequiores se: & ingrēssi hábitāt ibi. Et fiūt nouíssima hóminis illius peiôra priórib⁹. Factū est autē: cū hęc diceret, extóllens vocē quædam múlier de turba, dixit illi. Beátus venter, qui te portáuit: & vbera, quæ suxísti. At ille dixit. Quinímmo, beáti qui áaudiunt verbum Dei, & custódiunt illud.

*Et dicitur Credo.*

*Psal. 118.* *Offertor.* Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: & iudicia eius dulciora super mel, & fauum: nam & seruus tuus custodit ea.

*Secreta.*

**H**Æc hóstia, quæsumus, Dñe, emúndet, nostra delícta, & ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora mentesq; sanctíficet. Per Dóminum.

*Aliæ Secretæ.*

**E**Xáudi nos Deus salutáris noster: vt per huius sacraméti virtutē, à cunctis nos mētis & córporis hóstibus tueáris: grátiam tribuēs in præseti, & glóriã in futúro.

**D**Eus, cui soli cógnitus est númerus electórum in supérna felicitáte locándus: tribue quæsumus: vt intercedéntibus ómnibus sanctis tuis, vniuersórum, quos in oratióne cōmendátos suscépimus, & nómina ómnium fidélium beátæ prædestinatiónis liber ascripta retíneat. Per Dóminum.

*Psal. 83.*  
*Communio.* Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos: altaria tua Domine virtutum, rex meus & Deus meus: beáti, qui habitant in domo tua, in sæculum sæculi laudabunt te. *Postcommunio.*

**A**Cunctis nos, quæsumus, Domine, réatibus, & periculis propitiátus absolue, quos tanti mysterij tribuis esse partícipes. Per Dóminum nostrum.

*Aliæ Postcommuniones.*

**M**Vndet & múniat nos, quæsumus, Dñe, diuini sacraméti munus oblátum: & intercedén-te beáta vírgine Dei genitríce Maria, cum beátis apóstolis tuis Petro & Paulo, atque beáto N. & ómnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiátos, & aduersitatibus expeditos.

**P**Vríficient nos, quæsumus, omnipotens & misericors Deus, sacramenta, quæ sumpsimus: & intercedéntibus ómnibus sanctis tuis præsta: vt hoc tuum sacraméntum nō sit nobis reátus ad pœnam, sed intercessio salutáris ad véniam: sit ablútió scélerum, sit fortitúdo fragílium, sit contra ómnia mundi perícula firmaméntum, sit viuórum atque mortuórum fidélium remíssió ómnium delictórum. Per Dóminum.



## FERIA II.

*Statio ad sanctum Marcum.**Introitus.*

Psal 55.



**I**N Deo laudabo verbū:  
in Domino laudabo ser-  
monem: in Deo spera-  
bo: non timebo, quid  
faciat mihi homo.

Ibidem.

**Psal.** Miserere mei Deus, quoniā con-  
culcavit me homo, tota die bellans tri-  
bulavit me. *ψ.* Gloria patri. *O* remus.

**C**ordibus nostris, quæsumus,  
Dómine, grátiam tuam be-  
nign<sup>9</sup> infunde: vt sicut ab escis car-  
nálibus abstiném<sup>9</sup>, ita sensus quo-  
que nostros à nóxiis retrahámus  
excéssibus. Per Dóminum.

*Aliæ Orationes, vt in Dñica præcedenti.*

*Lectio libri Regum.*

Cap. 4.

**I**N diē bus illis: Naamā princeps  
militiæ regis Syriæ, erat vir ma-  
gnus apud dóminum suum, & ho-  
norátus. Per illum enim dedit Dñs  
salútem Syriæ. Erat autē vir fortis,  
& diues: sed leprósus. Porrò de Sy-  
ria egréssi fúerant latrúnculi: & ca-  
pti uā duxerant de terra Israél puél-  
lam páruulā, quæ erat in obsequio  
vxóris Naamán: quæ ait ad dómi-  
nam suam. Vtinā fuisset dóminus  
meus ad prophétam, qui est in Sa-  
mária: profecto curasset eum à le-  
pra, quam habet. Ingréssus est itaq;  
Naamán ad dóminū suum, & nun-  
ciáuit ei, dicēs. Sic & sic locúta est

puélla de terra Israél. Dixitque ei  
rex Syriæ. Vade, & mittam líteras  
ad regē Israél. Qui cū profectus es-  
set, & tulisset secū decem talénta ar-  
génti, & sex millia aúreos, & decē  
mutatória vestimentórum: détulit  
literas ad regem Israél, in hæc ver-  
ba. Cū accéperis epístolā hanc, sci-  
to quòd míserim ad te. Naamā fer-  
uum meū: vt cures eum à lepra sua.  
Cumq; legisset rex Israél líteras, sci-  
dit vestiménta sua, & ait. Nūquid  
Deus sum ego, vt occidere possim  
& viuificáre, quia iste misit ad me,  
vt curem hóminē à lepra sua? Ani-  
maduértite, & vidéte: quòd occa-  
siones quærat aduersum me. Quod  
cū audisset Eliseus vir Dei: scidisse  
videlicet regē Israél vestiméta sua:  
misit ad eū, dicens. Cur scidisti ve-  
stiméta tua? Véniat ad me, & sciat  
prophétā esse in Israél. Venit ergo  
Naamán cū equis, & cúrribus, &  
stetit ad óstiū domus Elisei: misitq;  
ad eum Eliseus nunciū, dicēs. Va-  
de, & lauare sépties in Iordâne: &  
recípiet sanitátem caro tua, atque  
mundáberis. Irátus Naamán, rece-  
dēbat dicens. Putábā, quòd egre-  
deretur ad me: & stans inuocáret  
nomen Dñi Dei sui, & tägeret ma-  
nu sua locum lepræ, & curáret me.  
Nunquid non meliôres sunt Aba-  
na, & Pharphar, flúuij Damásci,  
ómnibus aquis Israél, vt lauer in

cis, &amp;



eis, & munder? Cùm ergo veritisset se, & abiret indignans: accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei. Pater, & si rem grandē dixisset tibi propheta, certè facere debueras: quantò magis, quia nūc dixit tibi, lauare, & mundaberis? Descendit: & lauit in Iordane septies, iuxta sermōnem viri Dei: & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli: & mundatus est. Reuersusque ad virū Dei cū vniuerso comitatu suo, venit, & stetit coram eo, & ait. Verè scio, quòd nō sit aliud Deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israël.

*Pfal. 55.* **Graduale.** Deus vitam meam annūtiaui tibi, posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. *V.* Misere mei Dñe, quoniam conculcauit me homo: tota die belans tribulauit me.

*Pfal. 102.* **Tractus.** Dñe, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

*Pfal. 78.* Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sum⁹ nimis. *V.* Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriā nominis tui, Dñe, libera nos: & propiti⁹ esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

**Sequentia sancti euangēlij  
secundum Lucam.**

*Cap. 4.* **I**n illo tempore: Dixērūt Pharisæi ad Iesum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum: fac & hīc in

patria tua. Ait autem. Amen dico vobis, quia nemo propheta accēpt⁹ est in patria sua. In veritate dico vobis: multæ viduæ erant in diēbus Eliæ in Israël, quando clausum est cælum annis tribus & mēsis sex, cū facta esset fames magna in omni terra: & ad nullā illarū missus est Elias, nisi in Sarēpta Sidonię ad mulierē viduā. Et multi leprosi erāt in Israël sub Elisēo ppheta: & nemo eōrum mundatus est, nisi Naamān Syrus. Et replēti sūt omnes in synagoga, ira, hæc audiētes. Et surrexerunt, & eiecērunt cum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercīlium montis, super quē ciuitas eōrū erat ædificāta, vt præcipitarent eum. Ipse autē trānsiens per mēdiū illōrum, ibat.

*Pfal. 54.* **Offert.** Exaudi Deus orationē meā, & ne despexeris deprecationē meā: intēde in me, & exaudi me. **Secreta.**

**M**Vnus, quod tibi, Dñe, nostrę seruitūtis offerimus, tu salutare nobis pērfice sacramentum. **Per Dōminum.**

**Alia Secreta, vt in Dñica præcedenti.**

*Pfal. 117.* **Communio.** Quis dabit ex Siō salutare Israel: cū auerterit Dñs captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & letabitur Israel. **Postcommunio.**

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotēs & misericors Deus: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus.




piamus. Per Dominum.

*Alia Postcommuniones, vt in  
Dominica præcedenti.**Super populum.**Oremus.*

Humiliate capita vestra Deo.

**S**ubueniat nobis, Dñe, misericordia tua: vt, ab imminētibus peccatōrū nostrōrum periculis, te mereāmur protegēte eripi, te liberānte saluari. Per Dominum.

## F E R I A I I I.

*Statio ad S. Potentianam. Introitus.**Psal. 16.***E**go clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurē tuam, & exaudi verba mea: custodi me Dñe, vt pupillā oculi: sub vmbra alarum tuarū protegeme.*Ibidem.**Psal.* Exaudi Domine iustitiā meam: intende deprecationem meam. *ŷ.* Gloria patri. *Oremus.***E**xaudinos, omnípotēs & misericors Deus: & continentia salutāris propitius nobis dona concede. Per Dominum.*Alia Orationes, vt in Dñica præcedenti.**Lectio libri Regum.**4. Reg. 4.***I**n diēbus illis: Mulier quædam clamābat ad Eliseum prophētā, dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: & tu nosti, quia seru<sup>9</sup> tuus fuit timēs Deū. Et ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiēdū sibi. Cui dixit Eliseus. Quid

vis, vt faciā tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respōdit. Non habeo ancilla tua quicquā in domo mea, nisi parū olei, quo vngar. Cui ait. Vade, pete mūtuo ab omnibus vicinis tuis vasa vācua nō pauca. Et ingréderē, et claude ostiū tuū, cū intrinsecus fueris tu &amp; filij tui: &amp; mitte inde in oīa vasa hæc: et cū plena fuerit, tolles. Iuit itaq; mulier; &amp; clausit ostiū super se &amp; super filios suos: illi offerēbāt vasa, &amp; illa infūdēbat. Cūq; plena fuisset vasa, dixit ad filiū suū. Affer mihi adhuc vas. Et ille respōdit. Nō habeo. Stetitq; oleū. Venit autē illa, &amp; indicāuit hōmini Dei. Et ille. Vade, inq; vende oleū, &amp; redde creditori tuo: tu autē &amp; filij tui viuite de reliquo.

*Graduale.* **A**b occultis meis mūda me Dñe: & ab alienis parce seruo tuo. *ŷ.* Si meinō fuerint dominati, tūc immaculatus ero: & emūdabor à delicto maximo.*Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.***I**n illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Si peccauerit in te frater tuus: vade, & corripere eū inter te & ipsum solū. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuū. Si autē te non audierit: adhibe tecū adhuc vnū, vel duos, vt in ore duōrū, vel trium testiū stet omne verbū. Quod si nō audierit eos: dic ecclēsię. Si autē ecclēsiā nō audierit: sit tibi sicut ethnus &

cus &amp;



cus & publicanus. Amen dico vobis: quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis cõfenserint super terram: de omni re, quæcũq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cælis est. Vbi enim sunt duo vel tres cõgregati in nómine meo: ibi sum in médio eorũ. Tunc accedens ad eum Petrus, dixit. Dñe, quoties peccabit in me frater meus, & dimittã ei? vsq; septies? Dixit illi Iesus. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.

*Psal. 117.* **O**ffertor. **D**extera Dñi fecit virtutem: dextera Dñi exaltauit me: dextera Dñi fecit virtutem: non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. **Secreta.**

**P**er hæc veniat, quæsumus, Dñe, sacramenta nostræ redẽptiõnis effectus: qui nos & ab humanis retrahat semper excessibus: & ad salutaria dona perducat. Per Dõminũ.

*Alię Secretę, vt in Dñica præcedenti.*

*Psal. 114.* **C**õmunio. **D**ñe, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis req̄scet in mote factõ tuo: qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. **Postcommunio.**

**S**acris, Dñe, mystèriis expiati, & veniam, quæsumus, consequamur, & gratiã. Per Dõminum.

*Alię Postcommuniones, vt in Dominica præcedenti.*

**Super populum.**

**O**remus.

Humiliate capita vestra Deo.

**T**Va nos, Dñe, protectiõne defende, & ab omni semper iniquitate custodi. Per Dõminum.

## F E R I A Q V A R T A .

*Statio ad sanctum Sixtum.*

**Introitus.**



**E**go autem in Dño sperabo: exultabo, & letabor in tua misericordia: quia respexisti humilitatem meam. *Psal.* In te *Psal. 70.*

Dñe speravi, non confundar in æternũ: in iustitia tua libera me, & eripe me. **v̄.**

**G**loria patri.

**O**remus.

**P**ræsta nobis, quæsumus, Dñe, vt, salutãribus ieiuniis eruditi, à nõxiis quoque vitiis abstinentes, propitiatiõnem tuam facilius impetrẽmus. Per Dõminum.

*Alię Orationes, vt in Dominica præcedenti.*

**Lectio libri Exodi.**

**H**æc dicit Dñs Deus. Honora *Cap. 20.* patrem tuũ & matrem tuã: vt sis longeuus super terram, quam Dñs Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non loquẽris cõtra proximum tuum falsum testimõniũ. Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxõrẽ eius: nõ seruum, non ancillam, nõ bouem,

non



non ásinum: nec ómnia, quæ illius sunt. Cunctus auté pópulus vidébat voces & lámpades, & sónitum búccinæ, montemq; fumigántem: & pertérriti ac pauóre cócússi, steterunt procul, dicétes Móysi. Lóquere tu nobis, & audiémus. Non loquátur nobis Dñs: ne fortè moriámur. Et ait Móyses ad pópulú. Nolíte timére. Vt enim probâret vos venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccarétis. Stetitq; pópulus de longè. Móyses auté accéssit ad caliginē, in qua erat De<sup>9</sup>. Dixitq; præterea Dñs ad Móysē. Hæc dices filiis Israél. Vos vidistis, quòd de cælo locútus sum vobis. Nō faciétis deos argéteos: nec deos áureos faciétis vobis. Altâre de terra faciétis mihi: et offerétis super illud holocaústa, & pacífica vestra: oues vestras & boues, in omni loco in quo memória fúerit nóminis mei.

*Psal. 6.* **Graduale.** Miserere mei Dñe, quoniã infirmus sum: sana me Domine. *V.* Conturbata sunt omnia ossa mea: & anima mea turbata est valdè.

*Psal. 78.* **Tractus.** Domine, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. *V.* Domine ne memineris iniquitatum nostrarú antiquarú: citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. *V.* Adiuua nos Deus sa-

lutaris noster: & propter gloriã nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

**Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Matthæum**

**I**n illo témpore: Accesserunt ad Cap. 15. Iesum ab Hierosólymis scribæ & Pharisæi, dicétes. Quare discipuli tui trásgrediúntur traditiónes seniórum? Non enim lauát manus suas, cùm panem mandúcant. Ipse auté respóndens, ait illis. Quare & vos trásgredimini mandátú Dei propter traditióne vestram? Nam Deus dixit. Honóra patrem & ma- Exod. 20 trem: & qui maledíxerit patri, vel matri, morte moriátur. Vos autem dicitis. Quicúnq; díxerit patri, vel matri: munus quodcúnq; est ex me, tibi próderit: & non honorificábit patrem suum, aut matrem suam: & irritum fecístis mandátú Dei propter traditióne vestrá. Hypócritæ, bene prophetáuit de vobis Isaías, dicēs. Pópulus hic lábiis me hono- Isaie 29. rat: cor autem eórú longè est à me. Sine causa auté colunt me, docétes doctrínas, & mandâta hóminú. Et cõuocátis ad se turbis, dixit eis. Audíte, & intelligite. Nō quod intrat in os, cõinquinat hóminem: sed quod p̄cédit ex ore, hoc cõinquinat hóminē. Túc accedétes discipuli ei<sup>9</sup>, dixerūt ei. Scis, quia Pharisæi, audíto hoc verbo, scãdalizáti sunt?



At ille respōdens, ait. Omnis plantatio, quā nō plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. Sinite illos. Cæci sunt, & duces cæcorū. Cæc⁹ autem si cæco ducātū præstet, ambo in foueam cadunt. Respōdens autē Petrus, dixit ei. Edissere nobis parabolā istā. At ille dixit. Adhuc & vos sine intellectu estis? Nō intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrē vadit, & in secēssum emittitur? Quæ autē procedunt de ore, de corde exeūt: & ea coïnquinant hōminē. De corde enim exeūt cogitationes malæ, homicidia, adultēria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemix. Hæc sunt, quæ coïnquinant hōminem. Non lotis autem manibus manducare, non coïnquinat hōminem.

*Psal. 208.* **Offertor.** Dñe, fac mecū misericordiā tuam, propter nomen tuum: quia suavis est misericordia tua. **Secreta.**

**S**uscipe, quæsumus, Dñe, preces populi tui cum oblationibus hostiarū: & tua mysteria celebrantes, ab omnibus nos defende periculis. Per Dōminum.

*Alia Secreta, vt in Dominica præcedenti*

*Psal. 131.* **Communio.** Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo, Domine. **Postcommunio.**

**S**anctificet nos, Dñe, qua passus sumus, mēsa cælestis: & à cūctis errorib⁹ expiatus, supnis pmissio-

nibus reddat acceptos. Per Dñm.

*Alia Postcommuniones, vt in Dominica præcedenti.*

**Super populum.** O remus.

Humiliate capita vestra Deo.

**C**oncède, quæsumus, omnipotēs Deus: vt, qui protectionis tuæ grātiā quærimus, liberati à malis omnibus, secūra tibi mente seruiāmus. Per Dōminum.

F E R I A V.

*Statio ad sanctos Cosmam, & Damianum.* **Introitus.**



Alis populi ego sum, *psal. 77.* dicit Dñs: de quacunq; tribulatione clamauerint ad me, exaudiā eos: & ero illorū Dominus

in perpetuum. *psal. ibidem.* Attendite popule meus legem meā: inclinate aurem vestrā in verba oris mei. **¶** Gloria patri.

O remus.

**M**agnificet te, Dōmine, sanctorū tuorū Cosmæ & Damiani beāta sollēmnitas: qua & illis glóriam sempiternam, & opem nobis ineffabili prouidentia contulisti. Per Dōminum.

*Alia Orationes, vt in Dñica præcedenti.*

**Lectio Hieremiæ prophætæ.**

**I**n diēbus illis: Factum est verbū Dñi ad me, dicens. Sta in porta domus Dñi: & prædica ibi verbū istud, & dic. Audite verbū Dñi oīs Iuda,



Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adorētis Dōminū. Hęc dicit Dñs exercitū Deū Israēl. Bonas facite vias vestras, & stūdia vestra: & habitābo vobiscū in loco isto. Nolite cōfiderē in verbis mēdācij, dicētes. Tēplū Dñi, tēplū Dñi, tēplū Dñi est. Quōniā si bene direxeritis vias vestras, & stūdia vestra: si feceritis iudiciū inter virū & p̄ximū ei⁹: aduenæ et pupillo & viduę non feceritis calūniā: nec sanguinē innocētē effuderitis in loco isto: et post deos aliēnos nō ambulaueritis in malum vobismetipsis: habitābo vobiscum in loco isto, in terra, quā dedi p̄atribus vestris à sæculo vsq; in sæculum. Ait Dñs omnipotens.

Psal. 144.

**Graduale.** Oculi omniū in te sperant Dñe: & tu das illis escā in tēpore opportuno. ⁊. Aperis tu manum tuam, & imple omne animal benedictione.

**Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Lucam.**

Cap. 4.

**I**n illo tēpore: Surgēs Iesus de Synagōga, introiuit in domum Simōnis. Socrus autē Simōnis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illā, imperāuit febrī: & dimisit illā. Et cōtinuò surgens, ministrabat illis. Cū sol autem occidisset: oēs, qui habebāt infirmos variis lāguoribus, ducēbāt illos ad Iesum. At ille singulis manus impōnens, curā-

bat eos. Exibāt autem dæmōnia à multis clamāntia & dicēntia: quia tu es filius Dei. Et increpās non sinēbat ea loqui, quia sciēbāt ipsum esse Christum. Facta autē die, egrēsus ibat in dēsertum locum: & turbæ requirēbant eum: & venērunt vsq; ad ipsum, & detinēbāt illum, ne discēderet ab eis. Quibus ille ait. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euāgelizāre regnum Dei: quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagōgis Galilææ.

**Offert.** Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Dñe: & super irā inimicorum meorum extends manum tuam: & saluum me fecit dextera tua.

**Secreta.**

**I**n tuōrum, Dñe, pretiōsa morte iustōrum sacrificiū illud offerimus: de quo martyriū sumpsit omne, principium. Per Dōminum.

**Aliæ Secretæ, vt in Dñica præcedenti.**

**Communio.** Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

**Postcommunio.**

**S**it nobis, Dñe, sacramēti tui certa saluatio: quæ cū beatōrū martyrum tuōrum Cosmę & Damiāni mēritis imploratur. Per Dōminū.

**Aliæ Postcommuniones, vt in  
Dominica præcedenti.**

**Super populum.**

**O** remus.

Humiliate capita vestra Deo.



**S**ubiectum tibi pópulum, quæsumus, Dñe, propitiatio cælestis amplifiet: & tuis semper faciat seruïre mandatis. Per Dóminum.

F E R I A V I.

*Statio ad S. Laurentium in Lucina.*

*Introitus.*

*Psal. 85.*



Ac mecum Dñe, signū in bonū: vt videant qui me oderunt, & confundatur: quoniā tu, Dñe, adiuuisti me, & conso-

*Ibidem.*

latus es me. *Psal.* Inclina, Domine, aurē tuā, & exaudi me: quoniā inops & pauper sum ego. *ψ.* Gloria patri. *O* remus.

**I**Eiunia nostra, quæsumus, Dñe, benigno fauōre profēquere: vt sicut ab alimentis abstinēmus in corpore: ita à vitiis ieiunēmus in mente. Per Dóminum.

*Alia Oratio, vt in Dñica præcedēti.*

*Lectio libri Númeri.*

*Cap. 10.*

**I**N diēbus illis: Conuenērunt filij Israël aduersus Moysē et Aaron: & versi in seditiōnē, dixerunt. Date nobis aquam, vt bibām. Ingressique Moyses & Aaron, dimissa multitūdine in tabernaculū fœderis, corruērunt proni in terram: clamaueruntque ad Dñm, atq; dixerunt. Dñe Deus exaudi clamōrē pópuli huius: & áperi eis thesaurū tuum fontem aquæ viuæ: vt satiati, cesset murmuratio eōrum. Et ap-

paruit glória Dñi super eos. Locutusque est Dñs ad Moysen, dicens. Tolle virgam: & congrega pópulum tu & Aarō frater tuus: & loquimini ad petram coram eis: & illa dabit aquas. Cúmque eduxeris aquā de petra, bibet omnis multitudo, & iumenta eius. Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspēctu Dñi, sicut præcéperat ei, congregata multitūdine ante petrā: dixitq; eis: Audite rebélles, & increduli. Num de petra hac vobis aquā poterimus eicere? Cúmque eleuasset Moyses manum, percūtiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt pópulus biberet & iumēta. Dixitque Dñs ad Moysen & Aarō. Quia nō credidistis mihi, vt sanctificarētis me coram filiis Israël: non introducētis hos pópulos in terram, quam dabo eis. Hæc est aqua: contraditiōnis, vbi iurgati sunt filij Israël contra Dóminum, & sanctificatus est in eis.

*Graduale.* In Deo sperauit cor meū, *Psal. 27.* & adiutus sum: & re floruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor illi. *ψ.* Ad te Domine clamaui: Deus me⁹ ne sileas, ne discedas à me.

*Tractus.* Dñe, non secundum peccata *Psal. 102.* nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. *ψ.* *Psal. 78.* Dñe, ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarum: citò anticipent nos misericordia:



cordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. *ψ*. Aduua nos Deus salutaris noster: & propter gloriã nominis tui, Dñe, libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

*Sequẽtia sancti euangelij  
secũdum Ioãnnem.*

Cap. 4.

**I**n illo tempore: Venit Iesus in ciuitatẽ Samariæ, quæ dicitur Sichar: iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic, super fontẽ. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquã. Dicit ei Iesus. Da mihi bibere. Discipuli autẽ eius abierãt in ciuitatem, vt cibos emerent. Dixit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis, quæ sũ mulier Samaritana? Non enim conutuntur Iudæi Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei. Si scires donũ Dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquã viuam. Dicit ei mulier. Dñe, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquã viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum istũ: & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei. Omnis, qui biberit ex aqua hac, sitiet iterũ. Qui autem biberit ex aqua, quam

ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternã. Dicit ad eum mulier. Dñe, da mihi hanc aquam: vt non sitiam, neque veniã huc haurire. Dicit ei Iesus. Vade, voca virum tuũ, & veni huc. Respondit mulier, & dixit. Non habeo virum. Dicit ei Iesus. Bene dixisti, quia nõ habeo virum. Quinque enim viros habuisti: & hunc, quem habes, non est tuus vir. Hoc verè dixisti. Dicit ei mulier. Dñe, vt video, propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Iesus. Mulier crede mihi, quia venit hora, quãdo neq; in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus, quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorẽt eum. Spiritus est Deus: & eos, qui adorant eũ, in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cũ ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Iesus. Ego sũ, qui loquor tecũ. Et continuo venerũt discipuli eius: & mirabantur, quia cũ muliere loquebã-



tur. Nemo tamen dixit, quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier: & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus. Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunq; feci. Nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate: & veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes. Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli eius ad inuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus. Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me: ut perficiam opus eius. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit, mercédem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: ut & qui seminatur, simul gaudeat & qui metit. In hoc enim est verbum verum: quia alius est, qui seminatur, & alius est, qui metit. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia

quæcunq; feci. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius. Et mulieri dicebant. Quia non iam propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus: & scimus quia hic est verus saluator mundi.

**Offert.** Intende voci orationis meæ, psal. 5.  
rex meus & Deus meus: quoniam ad te orabo, Domine.

**Secreta.**

**R**espice, quæsumus, Dñe, propitius ad munerera, quæ sacramus: ut tibi grata sint, & nobis salutaria semper existant. Per Dñm.

*Aliæ Secretæ, ut in Dominica præcedenti.*

**Communio.** Qui biberit aquam quam ego dabo ei, dicit Dominus, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. ioan. 4.

**Postcommunio.**

**H**uius nos, Domine, perceptio sacramenti mundet à crimine, & ad cælestia regna perducat. Per Dominum.

*Aliæ Postcommuniones, ut in Dominica præcedenti.*

**Super populum.** **O**remus.  
Humiliate capita vestra Deo.

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis aduersantia, te adiuuante, vincamus. Per Dominum.



S A B B A T H O.

*Statio ad sanctam Susannam.*

Introitus.

Psal. 5.



Erba mea auribus percipe, Dñe: intellige clamorem meū, intende voci orationis meę, rex meus & Deus meus.

Ibidem.

*Psal.* Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam. *Ÿ.*

Gloria patri.

Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt qui se, affligendo carnem, ab alimentis abstinent: sectādo iustitiam, à culpa ieiūent. Per Dóminum.

*Aliæ Orationes, vt in Dñica præcedenti.*

*Lectio Daniëlis prophætæ.*

Cap. 13.

**I**N dièbus illis: Erat vir in Babilòne, & nomen eius Ioachim. Et accèpit vxòrem nómīne Susannā filiam Helchiæ, pulchrā nimis, & timéntem Deū. Parètes enim illius cū essent iusti, erudiérunt filiam suam secūdum legem Móysi. Erat autem Ioachim diues valdè: et erat ei pomœrium vicinū dómui suæ. Et ad ipsum cōfluébant Iudæi, eò quòd esset honorabilior ómnium. Et cōstitúti sunt duo senes iúdicēs in anno illo, de quibus locútus est Dñs. Quia egréssa est iniquitas de Babilòne à seniõribus iudicibus, qui videbantur régere pópulū. Isti

fréquentábant domum Ioachím: & veniébant ad eos omnes, qui habébāt iudícia. Cū autē pópulus reuertíffet per meridiē, ingrediebatur Susána, & deambulábat in pomœrio viri sui. Et vidébāt eā senes quotidie ingrediētē & deambulāntem: & exarsérunt in concupiscétiā eius. Et euertérunt sensum suū, & declinauerūt óculos suos, vt nō vidérent cælum, neq; recordarētur iudiciõrum iustõrū. Factum est autē, cū obseruarent diem aptū, quādo eā possent inuenire solā, ingréssa est aliquādo, sicut heri, & nudiuftertius, cum duābus solis puéllis: voluitq; lauári in pomœrio. Æstus quippe erat. Et nō erat ibi quisquā, præter duos senes absconditos, & contēplantes eam. Dixit ergo puéllis. Afferte mihi óleū & smigmata: & óstia pomœrij cláudite, vt lauer. Cū autem egréssæ essent puéllæ: surrexérunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerūt. Ecce óstia pomœrij clausa sunt, & nemo nos videt, & in cōcupiscétiā tui sum⁹: quamóbrem assentire nobis, & cōmiscère nobiscum. Quòd si nolueris, dicémus testimónium cōtra te, q̄ fúerit tecū iúuenis: & ob hanc causam emiseris puéllas à te. Ingémuit Susána, & ait. Angústia mihi sunt vndique. Si enim hoc égero, mors mihi est: si autem non



égero, nõ effúgiam manus vestras. Sed mélius est mihi absq; ópere incidere in manus vestras, quàm peccáre in cõspéctu Dñi. Et exclamáuit voce magna Susanna: exclamauerunt autem & senes aduérus eã. Et cucúrrit vnº, & apéruit óstia pomœrij. Cùm autem audíssent clamõrẽ in pomœrio fámuli domus, irruérunt per postícũ, vt vidérent quídam esset. Postquã autẽ senes locúti sunt, erubuérunt serui veheménter: quia nunquã dictus fúerat fermo huiuscémodi de Susanna. Et facta est dies crástina. Cumq; veníffet pópulus ad virum eius Ioa-chim, venérunt & duo senióres pleni iniqua cogitatiõne aduérus Susannã, vt interficerent eam. Et dixerunt corã pópulo. Mittite ad Susannam filiam Helchiæ vxõrem Ioa-chim. Et statim misérunt. Et venit eum paréntibus, & filiis, & vniuersis cognátis suis. Flebant ígitur sui, & omnes, qui nõuerant eã. Confurgéntes autẽ duo senióres in médio pópuli, posuérũt manus suas super caput eius. Quæ flês suspéxit ad cælum. Erat enim cor eius fidúciam habens in Dño. Et dixerunt senióres. Cùm deambularẽmus in pomœrio soli, ingrèssa est hæc cum duãbus solis puéllis: & clausit óstia pomœrij: et dimísit à se puéllas. Venitq; adoléscent ad eã, qui erat ab-

scõditus: et cõcúbuit cū ea. Porro nos, cùm effẽmus in ángulo pomœrij, vidéntes iniquitatem: cucúrrimus ad eos, & vídimus eos páriter commiscéri. Et illũ quidem nequiuimus cõprehendẽre, quia fórtior nobis erat: & aperto óstio exilíuit. Hanc autem cū apprehédissẽmus, interrogáuimus, quisnã esset adoléscent: & nõluit indicáre nobis. Huius rei testès sumº. Credidit eis multitúdo quasi senióribus & iudícibus pópuli: & cõdemnauerũt eam ad mortem. Exclamáuit autẽ voce magna Susanna, & dixit. Deus ætérne, qui absconditõrũ es cõgnitor, qui nosti ómnia ántequã fiant: tu scis, quóniã falsum testimóniũ tulérunt cõtra me: & ecce, mórior, cùm nihil horum fécerim, quẽ isti malitiõse cõposuérunt aduérsum me. Exaudíuit autem Dñs vocem eius. Cumq; ducerẽtur ad mortem, fuscitáuit Dóminus spíritum púeri iuniõris, cui nomen Daniél: & exclamáuit voce magna, & dixit. Mú-dus ego sum à sãguine huius. Et conuérsum omnis pópulus ad eum, dixit. Quis est sermo iste, quem tu locútus es? Qui cùm staret in médio eõrum, ait. Sic, fátui filij Israél, nõ iudicátes, neq; quod verum est, cognoscéntes, cõdemnástis filiam Israél? Reuertímini ad iudiciũ, quia falsum testimóniũ locúti sunt aduérsum



uérſus eam. Reuérſus eſt ergo pópulus cum feſtinatione. Et dixit ad eos Daniél. Separâte eos ab inuicé procul: & diiudicâbo eos. Cùm ergo diuíſi eſſent alter ab áltero, vocâuit vnum ex eis, & dixit ad eum. Inueterâte diêrum malôrũ, nunc venérunt peccâta tua, quæ prius operabâris, iúdicans iudicia iniúſta, innocétes ópprimens, & dimittés nóxios, dicénte Dómino: Innocéntem & iuſtũ non interficies. Nunc ergo ſi vidíſti eam, dic, ſub qua arbore víderis eos colloquéntes ſibi. Qui ait. Sub ſchino. Dixit autem Daniél. Rectè mentítus es in caput tuum. Ecce enim ángelus Dñi, accépta ſentétiã ab eo, ſcindet te médium. Et amóto eo, iuſſit veníre álium, & dixit ei. Semen Chanaán, & non Iuda: ſpécies decépit te, & concupiſcéntia ſubuértit cor tuũ. Sic faciebâtis filiâbus Iſraél, & illæ tíméntes loquebantur vobis. Sed non filia Iuda ſuſtínuit iniquitatē veſtram. Nunc ergo dic mihi, ſub qua arbore comprehénderis eos loquéntes ſibi. Qui ait. Sub prino. Dixit autē ei Daniél. Rectè mētít⁹ es & tu in caput tuũ. Manet enim ángelus Dñi gládiũ habens, vt ſecet te médium: & interficiat vos. Exclamâuit itaq; omnis cœtus voce magna: & benedixerunt Deum, qui ſaluat ſperâtes in ſe. Et cōſurrexé-

runt aduérſus duos ſenióres. ( Cōuíceraſt enim eos Daniél ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimónium. ) Feceruntque eis ſicut malè égerant aduérſus próximum: & interfecerunt eos. Et ſaluátus eſt ſanguis innoxius in die illa.

**Graduale.** *S*i ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecũ es Domine. *ŷ.* Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Pſal. 121.

**Sequéntia ſancti euangélij ſecúndum Ioánnem.**

**I**n illo témpore: Perréxit Ieſus in Cap. 8. montē Oliuétí: et dilúculo íterũ venit in téplum. Et omnis pópulus venit ad eũ: & ſedens docébat eos. Addúcunt autem ſcribæ & phariſæi mulierem deprehẽſam in adultério: & ſtatuérunt eam in médio, & dixerũt ei. Magíſter, hæc mulier modò deprehénſa eſt in adultério. In lege autem Móyſes mādâuit nobis huiúſmodi lapidâre. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicébant tentâtes eum: vt poſſent accuſâre eum. Ieſus autem inclinans ſe deórſum, dígito ſcribêbat in terra. Cùm autem perſeuerârent interrogâtes eum: eréxit ſe, & dixit eis. Qui ſine peccâto eſt veſtrum, primus in illã lápidem mittat. Et íterum inclinãs ſe, ſcribêbat in terra. Audiéntes autem hæc, vnus poſt vnum exíbant, incipiétes à ſenióribus. Et remâſit Ieſus



Iesus solus, & mulier in medio stas. Erigens autē se Iesus, dixit ei. Mulier, ubi sunt qui te accusabāt? Nemo te condēnauit? Quæ dixit. Nemo Domine. Dixit autem Iesus. Nec ego te condēnabo. Vade, & iam amplius noli peccare.

*Pfal. 118.* **Offert.** Gressus meos dirige secūm eloquium tuum: vt non dominetur mei omnis iniustitia, Domine.

*Secreta.*

**C**oncēde, quæsumus, omnípotens Deus: vt huius sacrificij munus oblātum, fragilitatem nostrā ab omni malo purget semper, & muniat. Per Dóminum.

*Aliæ Secretæ, vt in Dominica præcedenti.*

*Ioan. 8.* **Communio.** Nemo te condēnauit mulier? Nemo Domine. Nec ego te condēnabo: iam amplius noli peccare.

*Postcommunio.*

**Q**uæsumus, omnípotēs Deus: vt inter eius membra numerēmur, cuius cōpori communicāmus, & sanguini. Qui tecum viuit.


*Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica præcedenti.*

*Super populum.*

*Oremus.*

Humiliate capita vestra Deo.

**P**rætēnde, Domine, fidēlibus tuis dēxteram cælestis auxiliij: vt te toto corde perquirāt: & quæ dignè pōstulant, cōsequi mereātur. Per Dóminum.



## DOMINICA

quarta in Quadragesima.

*Statio ad sanctam Crucem in Hierusalem.* *Introitus.*



*Etare Hierusalem: & Isaiæ 66.*

conuentum facite oēs, qui diligitis eam: gaudete cū lætitia, qui in tristitia fuistis: vt exul-

tetis, & fatiemini ab vberibus cōsolationis vestræ. *Pfal.* Latatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. *Psal. 121.* *✠. Gloria patri.* *Oremus.*

**C**oncēde, quæsumus, omnípotens Deus: vt, qui ex merito nostræ actiōnis affligimur, tuæ grātiæ cōsolatiōne respirēmus. Per Dóminum.

*Ad pōscenda suffragia sanctorū. Oratio.*

**A**cunctis nos, quæsum⁹, Dñe, amētis & cōporis defēnde per rīculis: & intercedēte beāta & gloriōsa semperq; virgine Dei genitricē Maria, cum beātis apōstolis tuis Petro, et Paulo, atq; beāto N. & omnibus sanctis: salūtem nobis tribue benignus & pacē: vt destrūctis aduersitatibus, et erroribus vniuersis, ecclēsia tua secūra tibi seruiat libertate. *Oratio.*

**O**mnípotēs sempitērne Deus: qui viuōrū domināris simul & mortuōrum, omniūmq; miserēris, quos tuos fide & opere futūros esse



esse prænoſcis: te ſupplices exorâ-  
mus: vt pro quibus effûdere preces  
decréuimus, quoſq; vel præſens sæ-  
culum adhuc in carne rétinet, vel  
futûrû iam exûtos cõrpoſe ſuſcê-  
pit: intercedentibus õmnibus ſan-  
ctis tuis, pietâtis tuæ cleméntia, õm-  
nium delictõrum ſuõrum véniam  
conſequántur. Per Dóminum.

*Léctio epíſtolæ beáti Pauli  
apõſtoli ad Gálatas.*

**F**RATRES: Scriptum eſt, quóniam  
Abraham duos filios hábit: vnû  
de ancilla, & vnum de libera.  
Sed qui de ancilla, ſecûdum carnẽ  
natus eſt: qui autem de libera, per  
repromiſſionẽ: quæ ſunt p allego-  
riã dicta. Hęc enim ſunt duo teſta-  
mẽta. Vnû quidẽ in monte Sina, in  
ſeruitutẽ generãs: quæ eſt Agar (Si-  
na enim mõs eſt in Arábia, qui con-  
iunctus eſt ei, quæ nunc eſt Hierú-  
ſalẽ) & ſeruit cû filiis ſuis. Illa autẽ,  
quę ſurſum eſt Hierúſalẽ, libera eſt:  
quæ eſt mater noſtra. Scriptum eſt  
enim. Lætãre ſtérilis, quæ nõ paris:  
erúmpe & clama, quæ nõ párturis:  
quia multi filij deſértæ, magis q̃ ei⁹  
quæ habet virum. Nos autẽ fratres  
ſecûdum Iſaac promiſſiõnis filij ſu-  
mus. Sed quómodo tunc is, qui ſe-  
cûdum carnẽ natus fúerat, perfe-  
quẽbátur eum, qui ſecûdum ſpíri-  
tû: ita & nunc. Sed quid dicit Scri-  
ptura? Eiice ancillam, & filiû eius.

Cap. 4.  
Gen. 21.

Iſa. 8.

Gen. 21.

Non enim erit hæres filius ancillæ  
cû filio liberæ. Itaq; fratres, non ſu-  
mus ancillæ filij, ſed liberæ: qua li-  
bertãte Chriſtus nos liberãuit.

*Graduale.* Lætatus ſum in his, quæ di-  
cta ſunt mihi: in domum Domini ibi-  
mus. ⁊. Fiat pax in virtute tua: & abun-  
dantia in turribus tuis.

*Tractus.* Qui confidunt in Dño, ſicut  
mons Sion: nõ cõmouebitur in æternû,  
qui habitat in Hieruſalem. ⁊. Montes in  
circuitu eius: & Dñs in circuitu populi  
ſui ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

*Sequẽntia ſancti euangélij  
ſecûdum Ioãnnem.*

**I**N illo tẽpore: Abiit Ieſus trans  
mare Galilææ, quod eſt Tybe-  
riadis: & ſequebátur eũ multitúdo  
magna: quia vidẽbãt ſigna, quæ fa-  
ciẽbat ſuper his, qui infirmabãtur.  
Súbiit ergo in môtẽ Ieſus: & ibi ſe-  
dẽbat cû diſcípulis ſuis. Erat autẽ  
próximû Paſcha, dies feſt⁹ Iudæõ-  
rum. Cũ ſublenãſſet ergo óculos  
Ieſus, & vidíſſet, q̃a multitúdo má-  
xima venit ad eum, dicit ad Philip-  
pum. Vnde emẽmus panes, vt man-  
dúcent hi? Hoc autẽ dicẽbat tenãs  
eum. Ipſe enim ſciẽbat, quid eſſet  
factûrus. Reſpõdit ei Philippus.  
Ducentõrum denariõrum panes  
non ſufficiunt eis: vt vnusquísque  
módicũ quid accípiat. Dicit ei v-  
nus ex diſcípulis eius, Andréas fra-  
ter Simõnis Petri. Eſt puer vn⁹ híc,  
qui

Cap. 6.



qui habet quinque panes hordeáceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus. Facite homines discubere. Erat autem foenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia. Accipit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discubentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant. Ut autem implerentur, dixit discipulis suis. Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis, quæ superauerunt his, qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent, quod fecerat Iesus signum, dicebant. Quia hic est verè propheta, qui vetustus est in mundum. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, qui raperent eum, & facerent eum regem: fugit iterum in montem ipse solus.

*Et dicitur Credo.*

*Psal. 134.* **Offert.** Laudate Dominum, quia benignus est: psallite nomini eius, quoniam suauis est: omnia quæcunque voluit, fecit in caelo & in terra.

*Secreta.*

**S**acrificiis presentibus, Domine, quæsumus, intende placatus: ut & deuotioni nostræ proficiant, & salutem. Per Dominum.

*Alia Secreta.*

**E**xaudi nos Deus salutaris noster: ut per huius sacramenti

virtutem, à cunctis nos metis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribues in presentibus, & gloriam in futuro.

**D**eus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quæsumus: ut intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione commendatos suscepimus, & nomina omnium fidelium beatæ predestinationis liber ascripta retineat. Per Dominum.

**Communio.** Hierusalem, quæ ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum: illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, ad confitendum nomini tuo Domine.

*Postcommunio.*

**D**a nobis, quæsumus, misericors Deus: ut sancta tua, quibus incessanter expleremur, sinceris tractemus obsequiis, & fideli semper mente sumamus. Per Dominum.

*Alia Postcommuniones.*

**M**undet & muniat nos, quæsumus, Domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatus, & aduersitatibus expeditos.

**P**urificent nos, quæsumus, omnipotens & misericors Deus, sacramenta, quæ sumpsimus: & interceden-



tercedētib⁹ omnibus sanctis tuis  
præsta: vt hoc tuum sacramentum  
nō sit nobis reātus ad pœnam, sed  
intercessio salutāris ad v̄niam: sit  
ablutio scēlerum, sit fortitūdo fra-  
gīlium, sit contra omnia mundi pe-  
ricula firmamētum, sit viuōrum  
atque mortuōrum fidēlium remis-  
sio omniū delictōrum. Per Dñm.

## F E R I A I I.

*Statio ad sanctos quatuor Coronatos.**Introitus.*

Psal. 51.



Eus in nomine tuo sal-  
uum me fac, & in vir-  
tute tua libera me: De⁹  
exaudi orationē meā.

Ibidem.

*Psal.* Auribus percipe  
verba oris mei. *Gloria patri.* *Oratio.*

**P**Ræsta, quæsumus, omnípotēs  
Deus, vt obseruationes sacras  
annua deuotiōe recolētes, et cōrpo-  
re tibi placeām⁹, & mēte. Per dñm.

*Aliæ Orationes, vt in Dñica præcedenti.*

*Lectio libri Regum.*

3. Cap. 3.

**I**N diēbus illis: Venērūt duæ mu-  
lieres meretrices ad regem Salo-  
mōnem: steteruntq; corā eo. Qua-  
rum vna ait. Obsecro mi dñe, ego  
& mulier hæc habitabāmus in do-  
mo vna: & péperi apud eam in cu-  
biculo. Tertia verò die, postquàm  
ego péperi, péperit & hæc. Et erā-  
mus simul, nullusq; ali⁹ in domo  
nobiscum, excēptis nobis duābus.

Mórtuus est autem filius mulieris  
huius nocte. Dórmienti quippe op-  
p̄ressit eum. Et consurgēs intempé-  
stæ noctis silentio, tulit filium meū  
de latere meo ancillæ tuæ dormiē-  
tis, & collocāuit in sinu suo: suum  
autem filium, qui erat mórtuus, p̄o-  
suit in sinu meo. Cūmq; surrexif-  
sem manē, vt darem lac filio meo:  
apparuit mórtuus. Quem diligēti-  
us intuens clara luce, deprehēdi  
non esse meū quē genuerā. Respon-  
ditq; altera mulier. Non est ita: sed  
filius tuus mórtuus est, meus autē  
viuit. Econtrario illa dicēbat. Mē-  
tiris: filius quippe meus viuit, & fi-  
lius tuus mórtuus est. Atq; in hunc  
modum contendēbant corā rege.  
Tunc rex ait. Hæc dicit: filius me⁹  
viuit, & filius tuus mórtuus est: &  
ista respōndet, non, sed filius tuus  
mórtuus est, & fili⁹ meus viuit. Di-  
xit ergo rex. Afferte mihi gladium.  
Cūmq; attulissent gladiū corā re-  
ge: diuidite, inquit, infantē viuū  
in duas partes: & date dimidiā par-  
tem vni, & dimidiā partē alteri.  
Dixit autē mulier, cuius filius erat  
vuius, ad regem. (Commōta sunt  
quippe víscera ei⁹ super filio suo.)  
Obsecro dñe, date illi infantē viuū,  
& nolite interficere eum. Econtrario  
illa dicēbat. Nec mihi, nec tibi:  
sed diuidatur. Respōdit rex, & ait.  
Date huic infantem viuū, & nō  
occidā-



occidatur: hæc est enim mater eius. Audiuit itaque omnis Israël iudiciū, quod iudicasset rex: & timuerunt regem, videntes sapiētiā Dei esse in eo ad faciendum iudiciū.

Psal. 30.  
& 70.

**Graduale.** **E**sto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij: vt saluū me facias. **V.** Deus in te speravi: Domine non confundar in æternum.

Psal. 102.

**Tractus.** **D**ñe, nō secundū peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. **V.**

Psal. 78.

**D**ñe, ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū: citò anticipet nos misericordix tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. **V.** Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriā nominis tui Dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

**Sequētia sancti euangēlij  
secundum Ioānnem.**

Cap. 2.

**I**n illo tēpore: Propè erat pascha Iudæorū, & ascendit Iesus Hierosolymā. Et inuenit in templo vendentes oues & boues & colūbas, et numularios sedentes. Et cū fecisset quasi flagellū de funiculis, omnes eiēcit de templo, oues quoq; & boues: & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Et his, qui colūbas vendebāt, dixit. Auferte ista hīnc: & nolite facere domum patris mei, domum negociatiōnis. Recordati verò sunt discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuę

Psal. 68.

comedit me. Responderūt ergo Iudæi, & dixerūt ei. Quod signū ostēdis nobis, quia hæc facis? Respōdit Iesus, et dixit eis. Soluite tēplū hoc: & in tribus diēbus excitābo illud. Dixerūt ergo Iudæi. Quadraginta & sex annis edificatū est tēplū hoc: & tu in trib⁹ diēb⁹ excitābis illud? Ille autē dicēbat de tēplo cōporis sui. Cū ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicēbat de corpore suo. Et crediderūt Scripturæ, & sermōni, quē dixit Iesus. Cū autē esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderūt in nōmine eius, vidētes ei⁹ signa, quæ faciēbat. Ipse autē Iesus nō credēbat semetipsum eis: eò q̄ ipse nosset omnes: & quia opus ei non erat, vt quis testimoniū perhiberet de hōmine. Ipse enim sciēbat, quid esset in hōmine.

**Offert.** **I**ubilate Deo omnis terra: seruite Dño in lætitia: intrate in conspectu eius in exultatione: quia Dominus ipse est Deus. **Secreta.**

**O**blatum tibi, Dñe, sacrificium viuificet nos semper, & muniat. Per Dōminum.

**Aliæ Secretæ, vt in Dñica præcedenti.**

**Communio.** **A**b occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce seruo tuo. **Postcommunio.**

**S**umptis, Dñe, salutaribus sacramētis, ad redēptiōnis æternæ, quæsu-



quæsumus, proficiamus augmentum. Per Dóminum.

*Alia Postcommuniones, vt in  
Dominica præcedenti.*

*Super populum.* Oremus.  
Humiliate capita vestra Deo.

**D**Eprecationē nostrā, quæsumus, Dñe, benignus exaudi: & quib⁹ supplicādi præstas affectū, tribue defēsiōnis auxiliū. Per dñm.

F E R I A I I I .

*Statio ad sanctum Laurentium in  
Damaso.* Introitus.

Psal. 74.



Xaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationē meā: intēde in me, & exaudi me.

Psal. 101.

*Psal.* Cōtristatus sum in exercitatione mea: & cōturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. *ψ.* Gloria patri. Oremus.

**S**acræ nobis, quæsumus, Dñe, obseruationis ieiunia: & piæ cōuersatiōnis augmentum, & tuæ propitiatiōnis continuū præstet auxiliū. Per Dóminum.

*Alia Orationes, vt in Dñica præcedenti.  
Lectio libri Exodi.*

Cap. 32.

**I**N diēbus illis: Locūtus est Dñs ad Móysen, dicens. Descēde de mōte: quia peccāuit pópulus tuus, quē eduxisti de terra Ægypti. Recēsserunt citò de via, quā ostendisti eis: feceruntq; sibi vitulū conflati-

lem, & adorauerūt, atq; immolātes ei hóstias, dixerunt. Isti sunt dij tui Israél, qui te eduxerūt de terra Ægypti. Rursusq; ait Dñs ad Móysen. Cerno quòd pópulus iste, duræ ceruicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleā eos: faciamque te in gentem magnam. Móyses autem orābat Dñm Deū suum, dicēs. Cur Dómine irascitur furor tuus contra pópulum tuum: quem eduxisti de terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robústa? Ne, quæso, dicant Ægyptij: cāllidè eduxit eos, vt interficeret in mōtibus, & delēret de terra. Quiēscat ira tua: & esto placābilis super nequítia pópuli tui. Recordāre Abraham, Isaac, & Israél seruôrum tuôrum, quibus iurāsti per te metípsum, dicens. Multiplicābo semen vestrū sicut stellas cæli: & vniuersam terrā hāc, de qua locūtus sum, dabo semini vestro: & possidēbitis eam semper. Placatusq; est Dñs, ne faceret malum, quod locūtus fuerat aduersus pópulum suum. Et misertus est pópulo suo Dóminus Deus noster.

*Graduale.* Exurge Dñe, fer opem nobis: & libera nos propter nomen tuum. *Psal. 33.*

*ψ.* Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.

Sequē-



Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Ioānnem.

Cap. 7.

**I**n illo tēpore: Iā die festo mediante, ascēdit Iesus in templū, & docēbat. Et mirabātur Iudæi, dicētes. Quōmodo hic līteras scit, cū non didicerit? Respōdit eis Iesus, & dixit. Mea doct̄ina nō est mea: sed eius qui misit me. Si quis volūerit voluntātem eius fācere: cognōscet de doct̄ina, vtrū ex Deo sit, an ego à meīpso loquar. Qui à semetīpso loquitur, glōriā prōpriam quærit. Qui autē quærit glōriā eius, qui misit illum: hic verax est, & iniustītia in illo non est. Nōne Mōyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legē? Quid me quæritis interficere? Respōdit turba, & dixit. Dæmōniū habes. Qui te quærit interficere? Respōdit Iesus, & dixit eis. Vnum opus feci: & oēs mirāmini. Propterea Mōyses dedit vobis circūcisiōnē: nō quia ex Mōyse est, sed ex pātribus. Et in sabbatho circūciditis hōminē. Si circūcisiōnē accipit homo in sabbatho, vt non soluātur lex Mōysi: mihi indignāmini, quia totū hōminē sanū feci in sabbatho? Nolite iudicāre secūndum faciē: sed iustum iudiciū iudicāte. Dicēbant ergo quidam ex Hierosōlymis. Nonne hic est, quē quærunť interficere? Ecce, palā loquitur: & nihil ei dicunt. Nūquid

verē cognouērunt principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cū venerit, nemo scit vnde sit. Clamābat ergo docens in templo Iesus, & dicēs. Et me scitis: & vnde sim scitis: & à meīpso non veni: sed est verus qui misit me, quē vos nescītis. Ego scio eum: & si dixerō, quia nescio eum, ero similis vobis mēdax. Sed scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum apprehēdere: et nemo misit in illum manus: quia nondum vēnerat hora eius. De turba autem, multi crediderunt in eum.

*Offer.* Expectans expectaui Dñm, & respexit me: & exaudiuit deprecationem meā: & immisit in os meū cāticū nouū, hymnum Deo nostro. *Secreta.*

**H**æc hóstia, quæsumus, Dñe, emūdet nostra delicta: & ad sacrificium celebrāndum, subditōrum tibi cōpora mentesq; sanctificet. Per Dōminum.

*Alia Secreta, vt in Dñica præcedenti.*

*Communio.* Lætābimur in salutaribus: & in nomine Dei nostri magnificābimur. *Postcommunio.*

**H**uius nos, Dōmine, percēptio sacramēti mundet à crimine: & ad cælēstia regna perdūcat. Per Dōminum.

*Alia Postcommuniones, vt in Dominica præcedenti.*

Super



Super populum.

Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

**M**iserere, Dñe, pópulo tuo : & contínuis tribulatióibus laborántem, propítius respiráre concède. Per Dóminum.

## FERIA QVARTA.

*Statio ad sanctum Paulum.*

Introitus.



**C**um sanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de vniuersis terris: & effundam super vos aquam mundá, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: & dabo vobis spiritum nouum.

Et dabo vobis spiritum nouum.

**Pfal.** Benedicam Dñm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. *ψ.* Gloria. post Kyrie eleison, dicitur Oremus. Flectamus genua. *℞.* Leuate. **Oratio.**

**D**eus, qui & iustis præmia meritórum, & peccatóribus per ieiúniū véniam præbes: miserere supplicibus tuis: vt reátus nostri conféssio, indulgétiam váleat percípere delictórum. Per Dóminum.

Prophetia.

Lectio Ezechiélis prophétæ.

**H**æc dicit Dñs Deus. Sanctificábo nomen meū magnū: vt sciant gētes, quia ego Dóminus. Cū sanctificátus fuero in vobis coram eis, tollá quippe vos de gentibus: & cōgregábo vos de vniuersis

terris: & addúcā vos in terram vestram. Et effúdam super vos aquam mundā: & mundabimini ab ómnibus iniquamētis vestris: & ab vniuersis idólis vestris mūdābo vos. Et dabo vobis cor nouum: & spíritū nouum ponā in médio vestri. Et auferam cor lapídeum de carne vestra: & dabo vobis cor carneū. Et spíritū meū ponam in médio vestri: & faciā, vt in præcéptis meis ambulētis; & iudícia mea custodiātis & operémini. Et habitábitis in terra quam dedi pátribus vestris: & éritis mihi in pópulū, & ego ero vobis in Deū, dicit Dóminus omnipotens.

**Graduale.** Venite filij, audite me: timorem Dñi docebo vos. *ψ.* Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur.

**Hic dicitur Dominus vobiscum. sine** Flectamus genua. **Oremus.**

**P**ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt, quos ieiúnia votíua castigant, ipsa quoque deuótiō sancta lætíficet: vt terrénis affectibus mitigáti, facílius cælestia capiāmus. Per Dóminum.

**Aliæ Orationes, vt in Dñica præcedenti.**

Lectio Isaíæ prophétæ.

**H**æc dicit Dñs. Lauámini, mū cap. 1. di estóte, auferte malū cogitatióñū vestrarum ab óculis meis. Quiéscite ágere peruérse, díscite bene

I ne fácere.



nefacere. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dñs. Si fuerint peccata vestra vt coccinum: quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermículus: velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me: bona terræ comedētis. Dicit Dóminus omnípotens.

*Psal. 32.* **Graduale.** Beata gens, cuius Dñs est Deus eorum: populus, quem elegit Dominus in hæreditatē sibi. *Ps.* Verbo Dñi cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

*Psal. 102.* **Tractus.** Dñe, non secundū peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secundū iniquitates nostras retribuas nobis. *Ps.* Dñe, ne me mineris iniquitatū nostrarū antiquarū: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. *Ps.* Adiuua nos De⁹ salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

**Sequentia sancti euangélij  
secundum Ioánnem.**

*Cap. 9.* **I**n illo tempore: Præteriens Iesus, vidit hominē cæcū à natiuitate. Et interrogauerūt eū discipuli ei⁹. Rabbi: quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus. Neq; hic peccauit, neq; parentes eius: sed vt manifestetur opera Dei in illo: Me oportet o-

perari opera eius, qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Quā diu in mūdo sum, lux sum mundi. Hæc cū dixisset, expuit in terrā, et fecit lutū ex spūto: & linuit lutū super oculos eius, & dixit ei. Vade, laua in natatoria Siloë, quod interpretatur missus. Abiit ergo, & lauit: & venit videns. Itaq; vicini, & qui viderant eū prius, quia mendicis erat, dicebant. Nonne hic est, qui sedebat & medicabat? Alij dicebant, quia hic est. Alij autē, nequāquā, sed similis eius est. Ille verò dicebat, quia ego sum. Dicebāt ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculus? Respondit. Ille homo qui dicitur Iesus, lutū fecit: & vnxit oculos meos, et dixit mihi. Vade ad natatoriā Siloë, & laua. Et abij, & laui, & vidi. Dixerunt ergo ei. Vbi est ille? Ait. Nescio. Adducunt eū ad Phariseos, qui cæcus fuerat. Erat autē sabbathū quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos, eius. Iterū ergo interrogabāt eum Pharisei, quomodo vidisset. Ille autē dixit eis. Lutū posuit mihi super oculos, & laui: & video. Dicebant ergo ex Phariseis quidā. Nō est hic homo à Deo, qui sabbathū non custodit. Alij autē dicebāt. Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicit ergo cæco iterū. Tu, quid dicis.



de eo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & vidisset; donec vocauerunt parietes eius qui viderat, & interrogauerunt eos, dicentes. Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Respondērunt eis parietes eius, & dixerunt. Scimus quia hic est filius noster, et quia cæcus natus est: quomodo autem nunc videat, nescimus; aut quæsei aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate: et tatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parietes eius, quia timebant Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quiseum confiteretur Christum, extra synagogam fieret. Propterea parietes eius dixerunt: quia et tatem habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursus hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei. Da gloriam Deo. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est, nescio: unum scio, quia cum cæcus essem, modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam, & audistis: quid iterum vultis audire? Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt. Tu discipulus eius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus:

hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo, & dixit eis. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit: & aperuit oculos meos. Scimus autem, quia peccatores Deus non audit: sed si quis cultor Dei est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A sæculo non est auditum, quia aperuit quis oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam. Respondērunt, & dixerunt ei. In peccatis natus es totus: & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit autem Iesus, quia eiecerunt eum foras: & cum inuenisset eum, dixit ei. Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit. Quis est Dominus, ut credam in eum? Dixit ei Iesus. Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait. Credo Domine.

**Et procidens adorauit eum.** hic gena  
rectis.

**Offert.** Benedicite gentes Dominum Deum nostrum, & obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit commoueri pedes meos: benedictus Dominus, qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam suam à me. psal. 63. **Secreta.**

**S**upplices te rogamus, omnipotens Deus: ut his sacrificiis peccata nostra mundentur: quia tunc veram nobis tribuis & mentis & corporis sanitatem. Per Dominum.

**Alia Secreta,** ut in Dominum præcedit.



Ioan. 9.

**Communio.** L utū fecit ex sputo Dominus, & liniuit oculos meos: & abij, & laui, & vidi, & credidi Deo.

**Postcommunio.**

**S** Acramenta, quæ sumpsimus, Dñe Deus noster, & spirituālibus nos répleant aliméntis, & corporālib⁹ tueātur auxiliis. Per dñm.

**Alia Postcommuniones, vt in Dominica præcedenti.**

**Super populum.** O remus.

Hūmiliate capita vestra Deo.

**P** Ateāt aures misericordiæ tuæ, Dñe, précibus supplicāntium: & vt peténtibus desiderāta concédas: fac eos, quæ tibi sunt placita, postulāre. Per Dóminum.

**F E R I A Q V I N T A.**

*Statio ad sanctum Siluestrum & Martinum. Introitus.*

Ibidem.



Ibidem.

Letetur cor quærentiū Dñm: quærite Dñm, et confirmamini: quærite faciem eius semper.

**Psal.** Cōfitemini Do-

mino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. *V.* Gloria patri.

O remus.

**P** Ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt, quos ieiūnia votīua castigant, ipsa quoque deuótiō sancta lætíficet: vt terrénis afféctibus mitigáti, fácius cæléstia capiāmus. Per Dóminum.

**Alia Oratiōes, vt in Dominica præcedenti.**

**Lectio libri Regum.**

**I** N diēbus illis: Venit mūlier Sunamītis ad Eliseum in montem Carméli. Cūq; vidisset eā vir Dei decontrā, ait ad Giézi púerum suū. Ecce Sunamītis illa. Vade ergo in occúrsum eius, & dic ei. Rectène ágitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? Quæ respōdit, Rectè. Cumq; venisset ad virū Dei in montem, apprehéndit pedes eius: & accéssit Giézi, vt amoueret eam. Et ait homo Dei. Dimítte illā: ánima enim eius in amaritúdine est: & Dñs celauit à me, & non indicauit mihi. Quæ dixit illi. Nunquid petiui filiū à dño meo? Nunquid non dixi tibi, ne illúdas me? Et ille ait ad Giézi. Accíngelūbos tuos: & tolle báculo meum in manu tua: & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eū: & si salutauerit te quispiam, non respōndas illi: & pones báculo meū super faciē púeri. Porrò mater púeri ait. Viuit Dñs, & viuit ánima tua: non dimittam te. Surréxit ergo, & secūtus est eam. Giézi autem præcésserat ante eos, & posúerat báculo super faciē púeri: & non erat vox, neq; sensus. Reuersusq; est Giézi in occúrsum eius: & nunciāuit ei, dicēs. Non surréxit puer. Ingréssus est ergo



est ergo Elifæus domum. Et ecce puer mortuus iacēbat in lectulo eius. Ingressusq; clausit ostiū super se, & super puerū: & orauit ad Dñm. Et ascendit: & incubuit super puerum: posuitq; os suū super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eum: & calefacta est caro pueri. At ille reuersus, deambulauit in domo, semel huc atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum: & oscitauit puer septies, aperuitque oculos. At ille vocauit Giézi, & dixit ei. Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eū. Cui ait. Tolle filiū tuū. Venit autē illa, & corruit ad pedes eius: & adorauit super terram. Tulitque filium suum, & egressa est. Elifæus verò reuersus est in Gálgala.

Psal. 73.

**Graduale.** R espice Dñe in testamentum tuum: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finē. **ψ.** Exurge Dñe, & iudica causam meam: memor esto operis probrij seruorum tuorum.

**Sequentia sancti euangélj  
secundum Lucam.**

Cap. 7.

**I**N illo tempore: Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibat cū illo discipuli eius, & turba copiosa. Cū autē appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris suæ: et hæc, vidua erat: & turba ciuitatis

multa cū illa. Quā cū vidisset Dñs, misericordia motus super eā, dixit illi. Noli flere. Et accessit, & tetigit loculū. Hi autē qui portabant, steterunt. Et ait. Adolēscēs, tibi dico: surge. Et resedit, qui erat mortuus: & coepit loqui. Et dedit illū matri suæ. Accēpit autem omnes timor: & magnificabant eum dicentes. Quia prophēta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.

**Offert.** Dñe ad adiuuandū me festina: Psal. 69. confundantur oēs aduersum me, qui cogitant seruis tuis mala.

Secreta.

**P**urifica nos misericors Deus: vt ecclēsiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ sunt, pia mūnera deferentes, fiant expiatis mētibz gratiores. Per Dōminum.

**Alia Secreta, vt in Dñica præcedenti.**

**Communio.** Domine memorabor Psal. 70. iustitiæ tuæ solius: Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque in senectam, & senium: Deus ne derelinquas me:

**Postcommunio.**

**C**ælestia dona capiētibz, quæsumus, Dōmine, non ad iudiciū prouenire patiāris, quæ fidelibus tuis ad remēdiū prouidisti. Per Dōminum.

**Alia Postcommuniones, vt in**

**Dominica præcedenti.**

**Super populum.** Oremus. Humiliate capita vestra Deo.



**P**opuli tui Deus institutor, & rector: peccata, quibus impugnatur, expelle: vt semper tibi placitus, & tuo munimine sit securus. Per Dominum.

F E R I A S E X T A.

*Statio ad sanctum Eusebium.*

Introitus.



**M**editatio cordis mei in conspectu tuo semper: Dñe adiutor meus, & redemptor meus.

*Psal.* Cæli enarrat gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. *v.* Gloria. *O*remus.

**D**eus, qui ineffabilibus mūdū renouas sacramentis: præsta, quæsum⁹: vt ecclesia tua & æternis proficiat institutis, & tēporalibus non destituatur auxiliis. Per Dñm.

*Aliæ Orationes, vt in Dñica præcedenti.*

*Lectio libri Regum.*

**I**n diēbus illis: Ægrotauit filius mulieris matris familias: & erat languor fortissimus, ita vt nō remaneret in eo hālit⁹. Dixit ergo ad Eliā. Quid mihi, & tibi vir Dei? Ingressus es ad me, vt rememorarētur iniquitates meæ: & interficeres filium meū? Et ait ad eam Eliās. Da mihi filium tuum. Tulitq; eum de sinu illius: et portauit in cænaculū, vbi ipse manebat: & posuit super lectulū suū: & clamauit ad Dñm,

& dixit. Dñe Deus meus, etiā ne viduam, apud quam ego vtcūque sustentor, afflixisti: vt interficeres filiū eius? Et expandit se, atq; mensus est super pūerum tribus vicib⁹: clamauitq; ad Dñm, & dixit. Dñe Deus meus: reuertatur (obsecro) anima pūeri hui⁹ in viscera ei⁹. Exau diuit aut Dñs vocē Eliæ: & reuersa est aīa pūeri intra eum, & reuixit. Tulitq; Eliās pūerum: & depōsuit eum de cænaculo in inferiōrē domum: & tradidit matri suæ. Et ait illi. En viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad Eliā. Nunc in isto cognoui, quoniam vir Dei es tu: & verbum Dōmini, in ore tuo verum est.

*Graduale.* **B**onū est confidere in Domino, quān confidere in homine. *v.* Bonum est sperare in Domino, quān sperare in principibus. *Psal. 117.*

*Tractus.* **D**omine, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundū iniquitates nostras retribuas nobis. *v.* Domine ne memineris iniquitatum nostrarū. antiquarū: citō anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. *v.* Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriā nominis tui Domine libera nos: & propiti⁹ esto peccatis nostris propter nomen tuum. *Psal. 102.*

*Sequentia sancti euangelij secundum iohannem.*

**I**n illo tēpore: Erat quidā languens Lázarus à Bethānia, de castello. *Cap. 11.*



stello Mariæ & Marthæ sorôrum eius. (Maria autem erat, quæ unxit Dñm unguento, & extéris pedes eius capillis suis: cuius frater Lázarus infirmabâtur.) Misérunt ergo sorôres eius ad eum, dicétes. Dñe, ecce, quem amas, infirmâtur. Audiens auté Iesus, dixit eis. Infirmetas hæc non est ad mortem, sed pro glória Dei: vt glorificêtur fili⁹ Dei per eâ. Diligêbat autem Iesus Martham, & sorôrem eius Mariam, & Lázarum. Vtergo audiuit, quia infirmabâtur, tūc quidem mansit in eodem loco duobus diêbus. Deinde post hæc dixit discipulis suis. Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidâre: & iterū vadis illuc? Respôndit Iesus. Nonne duodecim horæ sunt diêi? Si quis ambulauerit in die, non offêdit: quia lucē huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offêdit: quia lux non est in eo. Hæc ait. Et post hæc dicit eis. Lázarus amicus noster dormit: sed vado, vt à somno éxcitem eum. Dixérunt ergo discipuli eius. Dñe, si dormit, salu⁹ erit. Díxerat autem Iesus de morte eius: illi autem putauerunt, quia de dormitiône somni diceret. Tunc ergo dixit eis Iesus manifestè. Lázarus mórtuus est: & gaúdeo ppter vos, vt credâtis: quóniã non erã ibi. Sed

eâmus ad eū. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Dídymus, ad condiscipulos. Eâmus & nos, & moriâmur cum eo. Venit itaq; Iesus: & inuenit eū quatuor dies iã in monumento habentē. (Erat autem Bethánia iuxta Hierosólymam quasi stádiis quíndecim.) Multi auté ex Iudæis vénerât ad Marthã et Mariã, vt cōsolarêtur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit q̄a Iesus venit, occúrrit illi: Maria auté domi sedêbat. Dixit ergo Martha ad Iesum. Dñe, si fuísses híc, frater meus nõ fuíffet mórtu⁹. Sed & nūc scio, quia quæcúnq; popósceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus. Resúrget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio, quia resúrget in resurrectiône, in nouissimo die. Dicit ei Iesus. Ego sū resurréctio & vita. Qui credit in me: etiã si mórtuus fúerit, viuet. Et omnis qui viuit, & credit in me: nõ moriêtur in çtérnum. Credis hoc? Ait illi. Vtique Dñe: ego credidi, quia tu es Christ⁹ filius Dei viui, qui in hunc mundū venísti. Et cum hæc dixíffet, abiit, & vocâuit Mariã sorôre suam silentio, dicēs. Magíster adest, & vocat te. Illa autem, vt audiuit, surrexit citò, & venit ad eum. Nõdū enim vénerat Iesus in castéllum: sed erat adhuc in loco illo, vbi occúrrerat ei Martha. Iudæi ergo q̄erant cū ea in domo, & cōsolabân-



tuream: cum vidissent Mariam, quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam dicentes. Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi. Maria ergo cum venisset ubi erat Iesus: videns eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei. Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo ut vidit eam plorantem, & Iudeos, qui venerant cum ea, plorantes: in fremuit spiritu, et turbavit semetipsum, & dixit. Ubi posuistis eum? Dicunt ei. Domine, veni, & vide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi. Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt. Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere, ut et hic non moreretur? Iesus ergo rursus fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca: & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus. Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat. Domine, iam factus: quatruiduanus enim est. Dicit ei Iesus. Nonne dixi tibi, quoniam si crederis, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem elevatis oculis sursum, dixit. Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi: ut credant, quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, voce magna clamavit, Lazare, veni foras. Et statim prodiit, qui fuerat mor-

tuus, ligatus manus & pedes in stitis: & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus. Solvite eum, & finite abire. Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus: crediderunt in eum.

*Offert. P*opulum humilem saluum facies Domine: & oculos superborum humiliabis: quoniam quis Deus præter te Domine? *Secreta.*

**M**Vnera nos, Domine, quaesumus, oblata purificent: & te nobis iugiter faciat esse placatum. Per Dominum.

*Aliæ Secretæ, ut in Dominica præcedenti.*

*Communio. V*idens Dominus flentes sorores Lazari ad monumentum, lachrymatus est coram Iudæis, & exclamavit, Lazare veni foras: & prodiit ligatis manibus & pedibus, qui fuerat quatruiduanus mortuus. *Postcommunio.*

**H**æc nos, quaesumus, Domine, participatio sacramenti: & à propriis reatibus indefinenter expediat: & ab omnibus tueatur adversis. Per Dominum.

*Aliæ Postcom. ut in Dominica præcedenti.*

*Super populum. O*remus: Humiliate capita vestra Deo.

**D**A nobis, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui infirmitatis nostræ conscij de tua virtute confidimus, sub tua semper pietate gaudeamus. Per Dominum.



## S A B B A T H O .

*. Statio ad S. Nicolaum in carcere. .*

## Introitus.

Isaïæ 55.



Iticētes venite ad aquas,  
dicit Dominus: & qui  
non habetis pretium,  
venite, & bibite cum  
letitia.

Psal. 77.

**Psal.** Attendite popule meus legem  
meam: inclinate aurem vestram in verba  
oris mei. *ψ.* Gloria patri.

## Oratio.

**F**iat, quæsumus, Dómine, per  
grátiam tuã fructuósus nostræ  
deuotiónis afféctus: quia tunc no-  
bis p̄derūt suscépta ieiúnia, si tuæ  
sint plácita pietáti. Per Dóminum.

*Aliæ Orationes, vt in Dñica præcedēti.*

## Lectio Isaïæ prophétæ.

Cap. 47.

**H**Æc dicit Dñs: In tēpore plá-  
cito exaudiui te: & in die sa-  
lútis auxiliátus sum tui. Et seruáui  
te: et dedi te in fœdus pópuli: vt sus-  
citáres terram: & possidères hære-  
ditátes dissipátas: vt diceres his, qui  
vincti sunt, exíte: & his, qui in  
tēnebris sunt, reuelámini. Super  
vias pascéntur: & in ómnibus pla-  
nis páscua eórũ. Non esúrient, neq;  
sitient: & nõ percútiēt eos æstus &  
sol: quia miserátor eórũ reget eos: et  
ad fontes aquárum portábit eos. Et  
ponã omnes mōtes meos in viam:  
& sémitæ meę exaltabúntur. Ecce  
isti de longè vénient: & ecce illi ab

Aquilône & mari: & isti de terra  
austráli. Laudáte cæli, et exúlta ter-  
ra: iubiláte montes laudē: quia con-  
solátus est Dñs pópulum suum, &  
paúperum suórum miserébitur. Et  
dixit Sion. Derelíquit me Dómi-  
nus: & Dóminus oblítus est mei.  
Nunquid obliuísce potest múlier  
infantem suum, vt non misereátur  
filio vteri sui? Et si illa oblíta fúerit:  
ego tamen non obliuísce tui, dicit  
Dóminus omnipotens.

**Graduale.** Tibi Dñe derelictus est pau-  
per: pupillo tu eris adiutor. *ψ.* Vt quid  
Domine recessisti longè, despicias in op-  
portunitatibus in tribulatione? dum su-  
perbit impius, incenditur pauper.

Sequētia sancti euangélij  
secúndum Ioánnem.

**I**N illo tēpore: Dicēbat Iesus tur-  
bis Iudæórũ. Ego sum lux mun-  
di. Qui sequitur me, non ámbulat  
in tēnebris: sed habēbit lumē vitæ.  
Dixerūt ergo ei Pharisæi. Tu de te-  
ípsó testimóniũ p̄hibes: testimó-  
nium tuũ non est verum. Respón-  
dit Iesus, & dixit eis. Et si ego testi-  
mónium p̄hibeo de me ípsó, verũ  
est testimónium meum: quia scio  
vnde veni, & quò vado. Vos autem  
nescítis vnde vénio, aut quò vado.  
Vos secúndum carnem iudicátis:  
ego non iú dico quenquã. Et si ego  
iú dico, iudícium meũ verum est:  
quia solus non sum, sed ego & qui



Deut. 17. misit me, pater. Et in Lege vestra scriptum est: quia duôrū hómínū testimónium verum est. Ego sum, qui testimónium perhibeo de me ipso: & testimónium perhibet de me, qui misit me, pater. Dicébant ergo ei. Vbi est pater tuus? Respóndit Iesus. Neq; me scitis: neq; patrē meum. Si me scirētis: forsitā & patrem meum scirētis. Hæc verba locūtus est Iesus in Gazophylácio, docens in templo. Et nemo apprehéndit eum: quia nondum vénerat hora eius.

Psal. 17. **Offert.** Factus est Dñs firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus; sperabo in eum. **Secreta.**

**O** Blatióibus nostris, quæsumus, Dñe, placāre susceptis: et ad te nostras etiā rebelles cōpelle propítius voluntates. Per Dñm.

*Aliæ Secretæ, vt in Dñica præcedenti.*

Psal. 22. **Communio.** Dñs regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit: super aquam refectionis educavit me. **Postcommunio.**

**T** Va nos quæsumus, Dñe, sancta purificent: & operatiónis suæ remedio, tibi faciant esse placatos. Per Dóminum.

*Aliæ Postcom. vt in Dñica præcedenti.*

**Super populum.** O remus.

Humiliate capita vestra Deo.

**D** Eus, qui sperántibus in te miseréri potius eligis, quā irásci:

da nobis dignè flere mala, quæ fecimus: vt tuæ consolatiónis grátia inuenire mereámur. Per Dóminū.

## DOMINICA de Passione.

*Statio ad sanctum Petrum.*

**Introitus.**



Psal. 42. **I**udica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo, & doloso, eripe me: quia tu es Deus meus, & fortitudo mea.

**Psal.** Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. **I**udica me.

**¶** Non dicitur Gloria patri, ad Introitum vsq; ad Pascha, nisi in Missa de festo, si occurrerit: sed finito Psalmo absolute repetitur Introitus vsq; ad Psal. mū.

**Oratio.**

**Q** Væsumus, omnipotēs Deus, familiam tuam propítius respice: vt te largiente regatur in corpore: & te seruante custodiatur in mente. Per Dóminum.

*Ab hac die vsque ad Feriam quintam in Cœna Domini, post Orationem dici dicitur, vel contra persecutores Ecclesiæ.*

**Oratio.**

**E** Cclésiæ tuæ, quæsumus, Dñe, preces placatus admítte: vt, destructis aduersitatibus & erroribus



erróribus vniuersis, secúra tibi seruiat libertáte. Per Dóminum.

Vel pro Papa.

Oratio.

**D**Eus ómnium fidéliú pastor & rector: famulum tuum **N.** quem pastóre ecclésiæ tuæ præesse voluísti, propíti<sup>9</sup> respice: da ei, quæsumus, verbo & exémplo, quibus præest, proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi crédito peruénia sempitérnam. Per Dóminum.

Tertia Oratio non dicitur.

Lectio epistolæ beáti Pauli apóstoli ad Hebræos.

**F**Ratres: Christus assístens pón-  
tífex futurórum bonórum, per  
ámplius & perfectius tabernaculú  
non manufactum, id est, non huius  
creatiónis: neque per sanguinẽ hir-  
córú aut vitulórú: sed per propriú  
sanguinẽ introiuit semel in Sancta,  
ætérna redéptione inuéta. Si enim  
sanguis hircórum & taurórum, & ci-  
nis vitulæ aspérsus, inquinátos san-  
ctificat ad emundatióem carnis:  
quantò magis sanguis Christi, qui  
per spíritú sanctú semetípsum ób-  
tulit immaculátú Deo, emúdábit  
consciéntiã nostram ab opéribus  
mórtuis ad seruiéndú Deo viuéti?  
Et ideo noui testaméti mediátor  
est: vt morte intercedénte, in redé-  
ptiõem eárum præuaricatiónum,  
quæ erát sub prióri testaméto, re-  
promissiõem accípiat, qui vocati

sunt ætérnæ hereditátis. In Christo  
Iesu Dómino nostro.

Graduale. Eripe me Dñe de inimicis  
meis: doce me facere voluntatem tuam. psal. 142.

✠. Liberator meus Dñe de gentibus ira-  
cundis: & ab insurgentibus in me, exal-  
tabis me: à viro iniquo eripies me. psal. 17.

Tractus. Sæpe expugnauerunt me à iu-  
uentute mea. ✠. Dicat nunc Israel, sæpe  
expugnauerunt me à iuuentute mea. ✠.  
Etenim nõ potuerunt mihi: supra dorsum  
meum fabricauerunt peccatores. ✠. Pro-  
longauerunt iniquitates suas: Dñs iustus  
concidet ceruices peccatorum. psal. 128.

Sequéntia sancti euangélj  
secúndum Ioánnem.

**I**N illo tẽpore: Dicébat Iesus tur-  
bis Iudæórum, & princípibus sa-  
cerdórum. Quis ex vobis arguet me  
de peccáto? Si veritatem dico, qua-  
re non créditois mihi? Qui ex Deo  
est, verba Dei audit. Propterea vos  
non auditis: quia ex Deo nõ estis.  
Respondérunt igitur Iudæi, & di-  
xérunt ei. Nonne bene dicimus nos,  
quia Samaritãnus es tu, & dãmó-  
nium habes? Respondit Iesus. Ego  
dãmónium non habeo: sed hono-  
rífico patrẽ meũ, & vos inhonorá-  
stis me. Ego autẽ non quæro glóriã  
meam: est qui quærat, & iúdicet.  
Amen amẽ dico vobis: si quis ser-  
mõnem meum seruauerit, mortẽ  
non vidébit in ætérnum. Dixérunt  
ergo Iudæi. Nunc cognouimus,  
quia



quia dæmóniũ habes. Abrahã mór-  
tuus est, & prophætæ: & tu dicis, si  
quis sermõnem meum seruauerit,  
mortem non gustabit in ætérnum.  
Nunquid tu maior es patrè nostro  
Abraham, qui mórtouus est? Et pro-  
phætæ mórtoi sunt. Quẽ teĩpsum  
facis? Respõdit Iesus. Si ego glo-  
rífico meĩpsum, glória mea nihil  
est. Est pater meus, qui glorificat  
me, quem vos dicitis, quia Deus ve-  
ster est: & non cognouistis eum,  
ego autem noui eum. Et si dixerò,  
quia non scio eum: ero similis vo-  
bis, mendax. Sed scio eũ, & sermõ-  
nem eius seruo. Abrahãm pater ve-  
ster exultauit, vt vidêret diem meũ:  
vidit, & gauisus est. Dixérunt ergo  
Iudæi ad eum. Quinquaginta an-  
nos nondum habes, & Abrahãm  
vidisti? Dixit eis Iesus. Amen amen  
dico vobis: Antequam Abrahãm  
fieret, ego sum. Tulérũt ergo lapi-  
des, vt iacerẽt in eum. Iesus autem  
abscondit se, & exiuit de templo.

Et dicitur **C**redo.

psal. 119.  
& 118.

**O**ffertor. Confitebor tibi Dñe in toto  
corde meo: retribue seruo tuo, vt viuam,  
& custodiã sermones tuos: viuifica me  
secundum verbum tuum, Domine.

**Secreta.**

**H**Æc múnera, quæsum⁹, Dñe,  
& víncula nostræ prauitãtis  
absoluant: & tuæ nobis misericór-  
diæ dona concílient. Per Dóminũ.

**Altera Secreta, vel contra perse-  
cutores Ecclesiæ.**

**P**Rótege nos, Dñe, tuis mysté-  
riis seruiẽtes: vt diuinis rebus  
inherentes: & corpore tibi famu-  
lémur, & mente. Per Dóminum.

**Vel pro Papa.**

**O**blátis, quæsumus, Dñe, pla-  
cãre munéribus: & famulum  
tuum **N.** quem pastõrem ecclesiæ  
tuæ præesse voluisti, assidua prote-  
ctiõne gubernã. Per Dóminum.

**Præfatio de sancta Cruce.** Et dicitur  
quotidie vsque ad Feriam quintam in  
Cæna Dñi, etiam in Missa de Festo, quã-  
do propriam non habuerit.

**Communio.** Hoc corpus quod pro  
vobis tradetur, hic calix noui testamēti  
est in meo sanguine, dicit Dominus: hoc  
facite, quotiescunque sumitis, in meam  
comimemorationem. **Postcõmunio.**

**A**Desto nobis, Dñe Deus no-  
ster: et quos tuis mystériis re-  
creasti, perpétuis defẽde subsi-  
diis. Per Dóminum.

**Altera Oratio, vel contra perse-  
cutores Ecclesiæ.**

**Q**Væsumus, Dómine Deus  
noster: vt, quos diuina tri-  
buis participatiõne gaudẽ-  
re, humanis non finas subiacere pe-  
riculis. Per Dóminum.

**Vel pro Papa.**

**H**Æc nos, quæsum⁹, Dñe, diuĩ  
ni sacramēti percéptio pró-  
tegat:



tegat: & famulum tuū **N.** quem pa-  
storem Ecclesiæ tuę præesse volu-  
isti: vnà cū cōmissō sibi grege, saluet  
semper, & mūniat. Per Dōminum.

## F E R I A I I.

*Statio ad sanctum Chryzogonum.*

## Introitus.

Psal. 55.



Miserere mihi, Dñe, quo-  
niam conculcauit me  
homo: tota die bellans  
tribulauit me.

Ibidem.

**Psal.** Conculcauerūt  
me inimici mei tota die: quoniam multi  
bellantes aduersum me. **M**iserere mihi.

## O remus.

**S**anctifica, quæsumus, Dñe, no-  
stra ieiunia: & cunctarum no-  
bis indulgentiam propitius largire  
culpârum. Per Dōminum.

**Postea Ecclesiæ. vel Deus omnium.**  
vt supra in Dominica Passionis.

## Lectio Ionæ prophætæ.

Igan. 3.

**I**n diēbus illis: Factum est verbū  
Dñi ad Ionam prophētā secūn-  
dō, dicēs. Surge, et vade in Niniuen  
ciuitatem magnam: & prædica in  
ea prædicationē, quam ego loquor  
ad te. Et surrexit Ionas, & abiit in  
Niniue iuxta verbū Dñi. Et Nini-  
ue erat ciuitas magna itinere diērum  
trium. Et cœpit Ionas introire ci-  
uitatem itinere diēi vnus: & cla-  
mâuit, & dixit. Adhuc quadragin-  
ta dies, & Niniue subuertetur. Et

crediderūt viri Niniuitæ in Dñm:  
& prædicauerunt ieiunium: & ve-  
stiti sunt sacco, à maiore vsq; ad mi-  
norem. Et peruēuit verbum ad re-  
gē Niniue. Et surrexit de folio suo:  
& abiicit vestimētum suū à se: &  
indūtus est sacco: & sedit in cinere.  
Et clamâuit, & dixit in Niniue ex  
ore regis & principum eius, dicēs.  
Hómnes, & iumenta, & boues &  
pécora non gustēt quicquam: nec  
pascântur, & aquam non bibāt. Et  
operiântur sacco hómnes & iu-  
menta: & clament ad Dñm in for-  
titudine. Et conuertâtur vir à via  
sua mala, & ab iniquitate, quæ est  
in manib⁹ eorū. Quis scit, si couer-  
tâtur, & ignoscat Deus: & reuertâ-  
tur à furore iræ suę, & non peribi-  
mus? Et vidit Deus ópera eorum,  
quia conuersi sunt de via sua mala:  
& misertus est pópulo suo Dōmi-  
nus Deus noster.

**Graduale.** Deus exaudi orationē meā: **Psal. 55.**  
auribus percipe verba oris mei. **ψ.** Deus  
in nomine tuo saluum me fac: & in vir-  
tute tua libera me.

**Tractus.** Domine, non secundum pec- **Psal. 102.**  
cata nostra, quæ fecimus nos: neque se-  
cundū iniquitates nostras retribuas no-  
bis. **ψ.** Domine ne memineris iniquita- **Psal. 78.**  
tum nostrarū antiquarū: citò anticipent  
nos misericordiæ tuæ: quia pauperes fa-  
cti sumus nimis. **ψ.** Adiuua nos Deus sa-  
lutaris noster: & propter gloriam nomi-  
nis tui,



nis tui, Dñe, libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

*Sequência sancti euangélij  
secúndum Ioánnem.*

Cap. 7.

**I**n illo tempore: Misérunt príncipes & pharisæi ministros, vt apprehenderét Iesum. Dixit ergo eis Iesus. Adhuc módicū tempus vobiscum sum: & vado ad eum, qui misit me. Quærétis me, & nō inueniétis: & vbi sum ego, vos non potéstis veníre. Dixérunt ergo Iudæi ad semetipsos. Quò hic iturus est, quia non inueniémus eum? Nunquid in dispersiōnem géntium iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo, quē dixit: quærétis me, & non inueniétis: & vbi ego sum, vos non potéstis veníre? In nouíssimo autem die magno festiuitatis, stabat Iesus: & clamábat, dicens. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptúra, flúmina de ventre eius fluét aquæ viuæ. Hoc autē dixit de spírítu, quem accepturi erant credentes in eum.

Psal. 6.

**O**fferit. Dñe conuertere, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Secreta.

**C**oncède nobis, Dñe Deus noster: vt hæc hóstia salutáris, & nostrórum fiat purgatio delictórum, & tuæ propitiatio maiestátis. Per Dóminum.

Vel **P**rotege. vel **O**blatis. vt supra in Dominica Passionis.

**C**ommunio. Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Psal. 23. Postcommunio.

**S**acraménti tui, quæsumus, Dñe, participatio salutáris, & purificatiōnem nobis tríbuat, & medelam. Per Dóminum.

Vel, Quæsumus Dñe. vel Hæc nos, quæsumus. vt supra in Dñica Passionis.

Super populum. **O**remus. Humiliate capita vestra Deo.

**D**A, quæsumus, Dñe, pópulo tuo salútem mentis, & córporis: vt bonis opéribus inhærendo, tua semper mereatur protectiōne deféndi. Per Dóminum.

F E R I A T E R T I A .

*Satio ad sanctum Cyriacum.*

Introitus.



**E**xpecta Dñm, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dñm. Psal. 16.

**P**sal. Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? Expecta Dominū. Ibidem.

Oremus.

**N**ostra tibi, quæsumus, Dñe, sint accépta ieiúnia: quæ nos, & expiando, grátia tua dignos efficiant: & ad remédia perdúcant ætérna. Per Dóminum.

Vel **E**cclésiæ tuæ. vel **D**eus omnium. vt supra in Dominica Passionis.

Lectio



## Lectio Daniëlis prophætæ.

Cap. 14.

**I**N diëbus illis: Congregati sunt Babylónij ad regem, & dixerunt ei. Trade nobis Daniëlem, qui Bel destruxit, & dracõnem interfecit: aliõquin interficiemuste, & domũ tuam. Vidit ergo rex quòd irrueret in eum vehementer: & necessitate compulsus tradidit eis Daniëlem. Qui miserunt eum in lacum leõnum: & erat ibi sex diëbus. Porrò in lacu erant leõnes septem, & dabantur eis quotidie duo corpora, & duæ oues: & tunc non data sunt eis, vt deuoraret Daniëlẽ. Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ipse cõxerat pulmẽtum, & intruerat panes in aluẽolo: & ibat in cãpũ; vt ferret messõribus. Dixitq; ángelus Dñi ad Habacuc. Fer prãndiũ, quod habes, Daniëli in Babylõnẽ, qui est in lacu leõnũ. Et dixit Habacuc. Dñe, Babylõnem non vidi: & lacum nescio. Et apprehendit eum ángelus Dñi in vèrtice eius, & portauit eum capillo capitis sui: posuitq; eum in Babylõnem super lacũ in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens. Daniel serue Dei, tolle prãndium, quod misit tibi Deus. Et ait Daniel. Recordat<sup>9</sup> es mei Dõmine Deus meus: & non dereliquisti diligẽtes te. Surgensq; Daniel comedit. Porrò ángelus Dñi restituit Ha-

bacuc confestim in locum suum. Venit ergo rex die septimo, vt lugeret Daniëlẽ: & venit ad lacum, et introspexit. Et ecce Daniel sedens in medio leõnũ. Et exclamauit rex voce magna, dicẽs. Magnus es Dñe Deus Daniëlis. Et extraxit eum de lacu. Illos autem, qui perditionis eius causa fuerat, intromisit in lacũ: & deuorati sunt in momento corã eo. Tunc rex ait. Pãueant omnes habitantes in vniuersa terra Deũ Daniëlis: quia ipse est saluator, faciens signa & mirabilia in celo & in terra: qui liberauit Daniëlem de lacu leõnum.

*Graduale.* **D**iscerne causam meã Dñe: psal. 42. ab homine iniquo, & doloso eripe me. **V.** Emitte lucem tuam, & veritatem tuã: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum.

Sequẽtia sancti euangelij  
secundum Ioãnnem.

**I**N illo tempore: Ambulabat Iesus in Galilæã. Non enim volēbat in Iudæã ambulare: quia querebant eum Iudæi interficere. Erat autẽ in proximo dies festus Iudæõrum, Scenopegia. Dixerunt autem ad eũ fratres eius. Trãsi hinc, & vade in Iudæam: vt & discipuli tui videant õpera tua, quæ facis. Nemo quippe in occulto quidquã facit, & querit ipse in palã esse. Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. Neque enim



enim fratres eius credébāt in eum. Dixit ergo eis Iesus. Tempus meū nondum aduēnit: tempus autem vestrum semper est parātum. Non potest mundus odisse vos. Me autē odit: quia ego testimóniū perhibeo de illo, quia ópera eius mala sunt. Vos ascēdite ad diem festum hūc. Ego autem nō ascēdam ad diem festum istum: quia tempus meum nondum implētum est. Hęc cū dixisset, ipse mansit in Galilæa. Ut autem ascēderunt fratres eius, tūc & ipse ascēdit ad diem festū, non manifestè, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærébant eum in die festo, & dicébāt. Vbi est ille? Et murmur multum erat de eo in turba. Quidam enim dicébant, quia bonus est. Alij autem dicébant, non, sed sedūcit turbas. Nemo tamen palàm loquebātur de illo, propter metum Iudæórum.

*Psal. 9.* **Offert.** Sperent in te omnes, qui no-  
uerunt nomen tuum Dñe: quoniam nō  
derelinquis quærentes te: psallite Dño,  
qui habitat in Sion: quoniã non est ob-  
litus orationis pauperum. **Secreta.**

**H**ostias tibi, Dñe, deférimus  
immolándas: quæ temporâ-  
lem consolatiōnem signíficent: vt  
promíssa non desperemus æterna.  
Per Dóminum.

**Vel** Protege nos. **vel** Oblatis.

*Psal. 24.* **Communio.** Redime me, Deus Israel,

ex omnibus angustiis meis.

**Postcommunio.**

**D**A, quæsumus, omnipotens  
Deus: vt, quæ diuina sunt, iū-  
giter exequentes, donis mereamur  
cælestibus propinquare. Per Dñm.

**Vel** Quæsumus Domine. **vel** Hęc  
nos quæsumus.

**Super populum.**

**Oremus.**

Humiliate capita vestra Deo.

**D**A nobis, quæsumus, Dñe, per-  
seuerantem in tua voluntate  
famulatum: vt in diēbus nostris, et  
mérito & número, pópulus tibi ser-  
uiens augeatur. Per Dóminum.

## F E R I A Q V A R T A.

*Statio ad sanctum Marcellum.*

**Introitus.**



**L**iberator meus de géti- *Psal. 19.*  
bus iracundis: ab insur-  
gentibus in me exalta-  
bis me: à viro iniquo  
eripies me Domine.

*Psal.* Diligam te Dñe fortitudo mea: *ibidem.*  
Dominus firmamentum meum, & refu-  
gium meum, & liberator meus. **Libe-**  
**rator meus.** **Oratio.**

**S**Anctificato hoc ieiúnio, Deus,  
tuórum corda fidélium mise-  
rator illústra: & quibus deuotiōnis  
præstas affectū, præbe supplicatib⁹  
pium benignus audítū. Per Dñm.

**Vel** Ecclesiæ tuæ. **vel** Deus omnium.  
vt suprà in Dominica Passionis.

**Lectio**



## Lectio libri Leuitici.

Cap. 19.

**I**N diēbus illis: Locūtus est Dñs ad Mōysen, dicens. Lóquere ad vniuersum coetum filiōrum Ísraél, & dices ad eos. Ego Dñs Deus vester. Non faciētis furtū. Non mentiēmini, nec decípiet vnusquísque próximum suū. Non periurābis in nómine meo, nec póllues nomen Dei tui. Ego Dñs. Nō fácies calūniā pximo tuo: nec vi ópprimes eum. Nō morābitur op<sup>9</sup> mercenārij tui apud te vsq; mane. Non maledíces furdo: nec corā cæco pones offendículū: sed timēbis Dñm Deū tuū, quia ego sū Dñs. Non fácies quod iníquum est: nec iniústè iudicābis. Non consideres perfónā páuperis: nec honóres vultū potētis. Iustè iúdica pximo tuo. Nō eris criminātor, nec susúrro in pópulis. Nō stabis cōtra sanguinē pximi tui. Ego Dñs. Nō óderis fratrē tuū in corde tuo: sed públicè árgue eum, ne hábeas super illo peccātū. Nō quæras vltiōnem: nec memor eris iniúriæ ciuium tuōrum. Díliges amícum tuū, sicut teípsum. Ego Dóminus: Leges meas custodíte. Ego enim sum Dóminus Deus vester.

Psal. 29.

**Graduale.** Exaltabo te Dñe, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. *ψ.* Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me: Dñe abstraxisti ab inferis animam meam: saluasti

me à descendentibus in lacum.

**Tractus.** Dñe, non secúdu peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secúdu iniquitates nostras retribuas nobis. *ψ.* Dñe, ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū: cito anticipent nos misericordiæ tuę, quia pauperes facti sumus nimis. *ψ.* Adiuua nos De<sup>9</sup> salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequētia sancti euangélj  
secúndum Ioánnem.

**I**N illo tēpore: Facta sunt Encarnia in Hierosolymis: & hyems erat. Et ambulābat Iesus in tēplo, in pórticu Salomōnis. Circūdedēruntergo eum Iudæi, & dicébāt ei. Quoúsq; animā nostrā tollis? Si tu es Christus, dic nobis palā. Respōdit eis Iesus. Loquor vobis: & non créditois. Opera, quę ego fácio in nómine patris mei, hæc testimónium pérhibent de me. Sed vos non créditois, quia nō estis ex óuib; meis. Oues meæ vocem meā áudiunt: & ego cognóscō eas, & sequūtur me: & ego vitā ætérnam do eis: & non peribūt in ætérnū: & nō rápiet eas quisquā de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi, maius ómnibus est: & nemo potest rápere de manu patris mei. Ego & pater vnū sum<sup>9</sup>. Sustulērunt ergo lápides Iudæi, vt lapidárēt eum. Respōdit eis Iesus.

K Multa



Multa bona ópera ostēdi vobis ex patre meo: propter quod eórum opus me lapidátis? Respondérunt ei Iudæi. De bono ópere non lapidámus te, sed de blasphemía: & quia tu homo cū sis, facis teípsum Deū. Respōdit eis Iesus. Nōne scriptum est in lege vestra: Ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei fact⁹ est, & nō potest solui Scriptúra: quem pater sanctificáuit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemás: quia dixi, filius Dei sum? Si non fácio ópera patris mei: nolíte credere mihi. Si autē fácio: & si mihi nō vultis crédere, opérib⁹ créдите: vt cognoscátis & credátis; quia in me est pater, et ego in patre.

*Offertor.* **E**ripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me, libera me Domine.

*Secreta.*

**A**nue nobis, misericors Deus: vt hóstias placatiōnis & laudis, sincéro tibi deferámus obsequio. Per Dóminum.

*Vel* **P**rotege nos. *vel* **O**blatis.

*Communio.* **L**auabo inter innocentes manus meas, & circúdabo altare tuū Domine: vt audiam vocem laudis tuæ, & enarrem vniuersa mirabilia tua.

*Postcommunio.*

**C**ælestis doni benedictiōne percépta: supplices te, Deus omnipotens, deprecámur: vt hoc idem nobis & sacraméti causa sit,

& salutis. Per Dóminum.

*Vel* **Q**uæsumus Domine. *vel* **H**æc nos, quæsumus.

*Super populum.*

*Oremus.*

Humiliate capita vestra Deo.

**A**d esto supplicatiōibus nostris, omnipotens Deus: & quib⁹ fiduciá speráde pietátis indulges, consuétæ misericórdiæ tribue benignus effectum. Per Dóminum.

## F E R I A Q V I N T A .

*Statio ad sanctum Apollinarem.*

*Introitus.*



**O**mnia quæ fecisti nobis Dñe, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, & mandastuis nō obediuimus: sed da glo-

riam nomini tuo, & fac nobiscum secundum multitudinem misericordiæ tuæ.

*Psal.* Beati immaculati in via, qui ambulat in lege Domini. **O**mnia quæ fecisti.

*Oremus.*

**P**ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt dignitas condiōnis humanæ per immoderántiam sauciãta, medicínalis parsimóniæ studio reformetur. Per Dóminum.

*Vel* **E**cclésiæ tuæ. *vel* **D**eus omnium vt suprà in Dominica Passionis.

*Lectio Daniélis prophætæ.*

**I**n diēbus illis: Oráuit Daniel Dñm, dicens. Dñe Deus noster, ne, quæsumus, tradas nos in perpé-

tuum.



tuum propter nomen tuum: & ne dissipes testamentum tuum: neque auferas misericordiam tuam a nobis, propter Abrahamam dilectum tuum, et Isaac seruum tuum, et Israel sanctum tuum: quibus locutus es, pollicens, quod multiplicares semen eorum, sicut stellas caeli, & sicut arenam, quae est in litore maris. Quia Domine imminutissimus plus quam omnes gentes: sum usque; humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps, & propheta, & dux: neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te, ut possimus inuenire misericordiam tuam: sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde: & timemus te: & quaerimus faciem tuam. Ne confundas nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiae tuae. Et erue nos in mirabilibus tuis: & da gloriam nomini tuo Domine. Et confundantur omnes, qui ostendunt seruis tuis mala: confundantur in omnipotentia tua:

& robur eorum coteratur. Et sciatur, quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super omnem terram, Domine Deus noster.

**Graduale.** Tollite hostias, & introite <sup>Psalm. 95.</sup> in atria eius: adorare Dominum in aula sancta eius. **V.** Reuelabit Dominus condensam: & in <sup>Psalm. 28.</sup> templo eius omnes dicent gloriam.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.**

**I**n illo tempore: Rogabat Iesum <sup>cap. 7.</sup> quidam Phariseus, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisei, discubuit. Et ecce mulier quae erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit, quod Iesus accubuit in domo Pharisei, attulit alabastrum unguenti: & stans retrorsum secus pedes eius, lachrymis coepit rigare pedes eius: & capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius: & unguento ungebat. Videns autem Phariseus, qui vocauerat eum, ait intra se: dicens. Hic, si esset propheta, sciret utique, quae, & qualis esset mulier, quae tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister, dic. Duo debitores erant cuidam foeneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit.



Æstimo, quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei. Rectè iudicasti. Et cōuersus ad mulierē, dixit Simóni. Vides hāc mulierē? Intrāui in domū tuā, aquā pedib⁹ meis nō dedisti: hęc autē lāchrymis rigāuit pedes meos, et capillis suis terfit. Osculum mihi non dedisti: hęc autē ex quo intrāui, nō cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū nō unxisti: hęc autē vnguēto unxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccāta multa; quoniā dilēxit multū. Cui autē minus dimittitur, minus diligit. Dixit autē ad illam. Remittuntur tibi peccāta tua. Et coepērūt qui simul accumbēbāt, dicere intra se. Quis est hic, qui etiā peccāta dimittit? Dixit autē ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

*Psal. 136.* **Offert.** Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus: dū recordaremur tui Sion. **Secreta.**

**D**omine De⁹ noster, qui in his pótius creatúris, quas ad fragilitatis nostræ subsidiū condidisti; tuo quoq; nómini múnera iussisti dicāda cōstitui: tribue quæsumus: vt & vitæ nobis præsetis auxiliū, & æternitatis efficiant sacramentum. Per Dóminum.

**Protege. vel Oblatis.**

*Psal. 118.* **Communio.** Memento verbi tui seruo tuo Domine, in quo mihi sp̄e dedisti:

hęc me cōsolata est in humilitate mea.

**Postcommunio.**

**Q**uod ore sūmpsimus, Dñe, pura mēte capiāmus: & de múnere tēporáli, fiat nobis remédiū sempiternum. Per Dóminum.

Quæsumus Domine. **vel** Hęc nos quæsumus.

**Super populum.** **O**remus. Humiliate capita vestra Deo.

**E**sto, quæsumus, Dñe, propítius plebi tuæ: vt, quæ tibi nō placēt respuētes, tuórū repleātur delectationibus mandatórū. Per dñm.

## F E R I A S E X T A.

*Statio ad sanctum Stephanum in calio monte. Introitus.*



*Psal. 39.* Misere mei Dñe, quoniā tribulor: libera me, & eripe me de manibus inimicorum meorum, & à persequētibus me.

Dñe non confundar; qm̄ inuocaui te.

*Psal.* In te Domine speraui; non confundar in eternum: in iustitia tua libera me. **Miserere.** **O**remus.

**C**ordibus nostris, quæsumus, Dñe, grātiā tuam benignus infunde: vt peccāta nostra castigatiōne volūtaria cohibētes, tēporaliter pótius macerēmur, quā suppliis deputēmur æternis. Per Dñm.

**Ecclesiæ tuæ. vel** Deus omnium. vt in Dominica Passionis.

**Lectio**



**Lectio Hieremiæ prophætæ.**

Cap. 17.

**I**N diēbus illis : Dixit Hieremias, Domine, omnes, qui te derelinquunt, confundentur : recedentes à te, in terra scribentur : quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum. Sana me Domine, & sanabor : saluum me fac, & saluus ero : quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Vbi est verbum Domini ? Veniat. Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens : & diem hominis non desideravi, tu scis. Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit. Non sis mihi tu formidini : spes mea tu in die afflictionis. Confundantur, qui me persequuntur ; & non confundar ego : pœueant illi ; & non pœueam ego. Induc super eos diē afflictionis : & duplici contritione cõtere eos, Domine Deus noster.

Psal. 34.

**Graduale.** Pacificè loquebantur mihi inimici mei : & in ira molesti erant mihi. **Ÿ.** Vidisti Domine : ne sileas : ne discedas à me.

Psal. 102.

**Tractus.** Domine, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos : neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. **Ÿ.** Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum : citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. **Ÿ.** Adiua

Psal. 78.

nos Deus salutaris noster : & propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos : & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

**Sequentia sancti euangēlij secundum Ioannem.**

Cap. 11.

**I**N illo tempore : Collegērunt Pontifices, & Pharisei concilium aduersus Iesum : & dicebant. Quid facimus : quia hic homo multa signa facit ? Si dimittimus eum sic : omnes credent in eum. Et venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Vnus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis. Vos nescitis quicquam : nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo : & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit : sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente : & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos : sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem : & ibi morabatur cum discipulis suis.

**Offertor.** Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas : & non tra-

Psal. 118.



das calumniantibus me superbis: & respondebo exprobrantibus mihi verbum.

*Secreta.*

**P**Ræsta nobis, misericors Deus: vt dignè tuis seruire semper altaribus mereamur: & eorum perpétua participatiõne saluari. Per Dñm.

*P*rotege. *vel* *O* blatis.

*Psalm. 26.*

*Communio.* Ne tradideris me Domine in animas persequendum me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi.

*Postcommunio.*

**S**umpti sacrificij, Dñe, perpétua nos tuicio non derelinquat: & noxia semper à nobis cuncta depellat. Per Dóminum.

*Quæsumus Domine. vel* *Hæc* nos.

*Super populum.*

*O* remus.

Humiliate capita vestra Deo.

**C**oncède quæsumus, omnipotens Deus: vt, qui protectiõnis tuæ grátiam quærimus, liberati à malis omnibus, secúra tibi mente seruiamus. Per Dóminum.

S A B B A T H O.

*Statio ad sanctum Ioannem ante portam Latinam.*

*Introitus.*



*M*iserere mihi Domine, quoniam tribulor: libera me, & eripe me de manibus inimicorum meorum, & à persequen-

tibus me: Domine non confundar, quoniam inuocaui te.

*Psalm.* In te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. *M*iserere. *O* remus.

**P**roficiat, quæsumus, Dómine, plebs tibi dicata piæ deuotiõnis affectu: vt, sacris actiõnibus erudita, quanto maiestati tuæ fit grátior, tantò donis potiõribus augeatur. Per Dóminum.

*Ecclesiæ tuæ. vel* *Deus omnium: vt supra in Dominica Passionis.*

*Lectio Hieremiæ prophætæ.*

**I**N diëbus illis: Dixérunt impij Iudæi ad inuicem. Venite, cogitemus contra iustum cogitationes. Non enim peribit lex à sacerdote, nec consilium à sapiente, nec sermo à prophæta. Venite, percutiamus eum lingua: & non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende Dómine ad me: & audi vocem aduersariõrum meorum. Nunquid redditur pro bono malum; quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare, quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum: & auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famam: & deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absque liberis, & viduæ: & viri earum interficiantur morte, iuuenes eorum: confo-



confodiántur gládio in prælio. Audiátur clamor de dómibus eorum: addúces enim super eos latrônem repéntè: quia foderunt foveam, vt cáperent me; & láqueos absconderunt pédibus meis. Tu autem Dómine scis omne consilium eorum aduérsum me in mortem, ne propitiêris iniquitati eorum: & peccátum eorum à fácie tua non deleátur. Fiant corruéntes in conspéctu tuo; in témpore furôris tui abútere eis Dómine Deus noster.

*Psal. 34.* **Graduale.** *P*acificè loquebantur mihi inimici mei: & in ira molestierant mihi. *ψ.* Vidisti Domine, ne fileas: ne discedas à me.

*Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Ioánnem.*

*Cap. 11.* **I**n illo témpore: Cogitauerunt príncipes sacerdotum, vt & Lázarus interficerent: quia multi propter illum abíbant ex Iudæis, & credébant in Iesum. In crástinum autem turba multa quæ vénerat ad diem festum, cùm audíssent, quia venit Iesus Hierosólymam: accepérunt ramos palmárum, & processérunt óbuiam ei, & clamábant: Hosánna; benedíctus qui venit in nómine Dómini, rex Israél. Et inuénit Iesus asséllum, & sedit super eum, sicut scriptú est. Noli timére filia Sion:

*Zach. 9.*

ecce rex tuus venit sedens super pullum ásinæ. Hæc non cognouerunt discípuli eius primùm: sed quando glorificátus est Iesus, tunc recordáti sunt, quia hæc scripta erant de eo, & hæc fecérunt ei. Testimónium ergo perhibébat turba, quæ erat cum eo, quando Lázarus vocáuit de monuménto, & suscitáuit eum à mórtuis. Propterea & óbuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecísse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos. Vidétis; quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post ipsum abit. Erant autem quidam gentíles ex his, qui ascénderant, vt adorárent in die festo. Hi ergo accessérunt ad Philíppum, qui erat à Bethsaída Galilææ: & rogábant eum dicentes. Dómine, volumus Iesum vidêre. Venit Philíppus, & dicit Andréæ. Andréas rursum & Philíppus dixerunt Iesu. Iesus autem respóndit eis, dicens. Venit hora, vt clarificêtur filius hóminis. Amen amen dico vobis: nisi granum fruménti cadens in terram, mórtuum fúerit: ipsum solum manet. Si autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Qui amat ánimam suam, perdet eam. Et qui odit ánimam suam in hoc mundo; in vitam ætérnam custôdit eam. Si quis mihi ministrat, me



sequatur. Et ubi ego sum; illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, salvifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de caelo, dicens. Et clarificavi; & iterum clarificabo. Turba ergo quae stabat, & audierat; dicebat tonitruum factum esse. Alij dicebant: angelus ei locutus est. Respondit Iesus, & dixit. Non propter me venit haec vox, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra; omnia traham ad meipsum. (Hoc autem dicebat; significans quia morte esset moriturus.) Respondit ei turba. Nos audivimus ex lege, quia Christus manet in aeternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum, lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: ut non tenebrae vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quomodo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem; ut filij lucis sitis. Haec locutus est Iesus: & abiit, & abscondit se ab eis.

**Offertor.** Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas: & non tradas calumniantibus me superbis: & respondebo exprobrantibus mihi verbum. Psal. 118.

**Secreta.**

**A** cunctis nos, quaesumus, Domine, reatibus & periculis propitiatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse consortes. Per Dominum nostrum.

**Vel** Protege. **vel** Oblatis.

**Communio.** Ne tradideris me Domine in animas persequentium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi. Psal. 16.


**Postcommunio.**

**D** iuini muneris largitate satisfacti, quaesumus, Domine Deus noster: ut huius semper participatione vivamus. Per Dominum nostrum.

Quaesumus Domine. **vel** Haec nos quaesumus.

**Super populum.** **O** remus. Humiliate capita vestra Deo.

**T** veatur, quaesumus Domine, dextera tua populum deprecantem, & purificatum dignanter erudiat: ut consolatione praesenti, ad futura bona proficiat. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.





**I**N DIE PALMARVM completa Tertia, & facta asperſione aquæ, more ſolito, Sacerdos procedit indutus pluuiali violaceo cum miniſtris indutis eiufdem coloris; & ramis in medio ante altare, vel ad cornu Epistolæ poſitis; à choro cantatur *Añã. O fanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini. O rex Israel: O fanna in excelsis.*

Matt. 21.

Deinde dicit Sacerdos, Dominus vobiscum. *R.* Et cum ſpiritu tuo.

In tono Orationis Miſſæ

Ferialis Oratio.

**D**Eus, quem diligere & amare, iuſtitia eſt: ineffabilis gratiæ tuæ in nobis dona multiplicata: & qui feciſti nos in morte filij tui ſperare, quæ credimus: fac nos eodem reſurgente peruenire quò tendimus. Qui tecum.

Subſcripta lectio legitur in tono Epistolæ.

Lectio libri Exodi.

Cap. 15.

**I**N dièbus illis: Venèrunt filij Iſraël in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ: & caſtrametati ſunt iuxta aquas. Proſectiq; ſunt de Elim: & venit omnis multitudo filiòrũ Iſraël in deſertum Sin, quod eſt inter Elim & Sinai: quintodécimo die menſis ſecúndi, poſtquã egreſſi ſunt de terra Ægypti. Et murmurauit omnis cõgregatio filiòrũ Iſraël

Cap. 16.

contra Mòyſen & Aaron in ſolitudine. Dixerũtque ad eos filij Iſraël. Vtiam mórtui eſſemus per manũ Dòmini in terra Ægypti, quando ſedebãmus ſuper ollas càrniũ: & comedebãmus panem in ſaturitate. Cur induxiſtis nos in deſertum iſtud, vt occiderẽtis omnem multitudinem fame? Dixit autem Dñs ad Mòyſen. Ecce, ego pluam vobis panẽ de cælo. Egrediatur pòpulus, & colligat, quæ ſufficiunt per ſingulos dies: vt tentem eum; vtrũ ambulet in lege mea, an non. Die autẽ ſexto parent, quod ínferant: & ſit duplum, quàm colligere ſolèbant per ſingulos dies. Dixeruntq; Mòyſes & Aaron ad omnes filios Iſraël. Vèſpere ſciẽtis, quòd Dòminus eduxerit vos de terra Ægypti: & manè vidèbitis glòriam eius.

Deinde cantatur pro Graduali *R.* **C**ollegerunt Pontifices & Phariſæi conciliũ, & dixerunt: quid facimus; quia hic homo multa ſigna facit? ſi dimittimus eũ ſic; omnes credent in eum. Et venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem. *v.* Vnus autem ex illis Caiphias nomine, cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetauit, dicẽs. Expedi vobis, vt vnus moriatur homo pro populo; & nõ tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitarunt interficere eum, dicentes. Et veniẽt. *Vel aliud R.* In monte Oliueti orauit ad patrẽ: Pater, ſi fieri poteſt, tráſcat à me calix iſte.

Ioan. 11.

Matt. 26.



lix iste. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: fiat volútas tua. *ŷ.* Vigilate, & orate, vt nō intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua.

Postea legitur Euangelium.

*Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Matthæum.*

*Cap. 21.* **I**N illo tēpore: Cūm appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset Bēthphage ad montem Oliuēti, tunc misit duos discipulos suos, dicens eis. Itē in castēllum quod contra vos est: & statim inueniētis ásinam alligātam, & pullum cum ea. Sóluite, & addúcite mihi. Et si quis vobis áliquid díxerit: dícite, quia Dóminus his opus habet: & confēstīm dimíttet eos. Hoc autem totum factum est: vt adimplerētur quod dictum est per *Zach. 9.* prophētam, dicētem. Dícite filiæ Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuētus, sedens super ásinam, & pullum, filium subiugālis. Eūntes autem discipuli, fecērunt sicut præcéperat illis Iesus. Et adduxērunt ásinam & pullum: & imposuērunt super eos vestimēta sua, & eum desuper sedēre fecērunt. Plúrima autem turba strauerunt vestimēta sua in via. Alij autem cædebant ramos de arbóribus, & sternēbant in via. Turbæ autem quæ præcedēbant, & quæ sequebāntur, cla-

mábāt, dicētes. Osanna filio Dauid: benedíctus qui venit in nómīne Dómini.

Post hęc benedicuntur rami: & tunc dicit sacerdos, in tono quo dicuntur Orationes per horas diei. Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

O remus.

**A**Vge fidem in te sperántium Deus, & súpplicum preces clemēter exáudi: véniat super nos múltiplex misericórdia tua: bene *✠* dicántur & hi pálmites palmárū seu oliuârum: & sicut in *Gen. 8.* *Exod. 14.* figúra ecclēsiæ multiplicásti Noë egrediētem de arca, & Móysen exeūntem de Ægypto cum filiis Israel: ita nos portāntes palmas & ramos oliuârum, bonis áctibus occurrāmus óbuiam Christo: & per ipsum in gáudium introcāmus ætérnum. Qui tecum viuit & regnat in vnitáte spíritus sancti Deus.



Per ómnia sæcula sæculôrum.



*R.* Amen. *ŷ.* Dóminus vobiscum.




*R.* Et cum spíritu tuo. *ŷ.*

Sursum







Sursum corda. *R.* Habemus ad



Dominum. *V.* Gratias agamus



Domino Deo nostro. *R.* Dignum



& iustum est. Verè dignum &



iustum est, æquum & salutare.




Nos tibi semper & ubique grá-




tias ágere, Domine sancte, pater



omnípotens, ætérne Deus. Qui



gloriáris in consilio Sancto-



rum tuorum; tibi enim ser-



uiunt creatúra tuæ, quia te



solum auctórem, & Deum co-



gnóscunt, & omnis factúra tua



te colláudat, & benedícunt te



Sancti tui. Quia illud ma-



gnum vnigéniti tui nomen



coram régibus & potestátibus



huius sæculi líbera voce con-  
fitén-





fitentur. Cui assunt An-



geli, & Archangeli, Thro-



ni & Dominiones: cumque



omni militia caelestis exer-



citus hymnum gloriae tuae



concinunt, sine fine dicentes.

**Cantatur Sanctus à Choro,**  
**ut sequitur.**




**S**anctus, Sanctus, Sanctus,



Dominus Deus Sabaoth.




Pleni sunt caeli & terra glo-




ria tua, Osanna in excelsis.



Benedictus qui venit in no-



mine Domini, Osanna in



excelsis.

**Sequitur Dominus vobiscum. R.** Et cum spiritu tuo. **Oremus.**

**P**etimus, Domine sancte, pater omnipotens, aeternus Deus: ut hanc creaturam oliuae, quam ex ligni materia produxisti, quamque columba rediens ad arcam proprio <sup>Gen. 8.</sup> pertulit ore: bene **+** dicere, & sancti **+** ficare digneris: ut quicumque ex ea receperint, accipiant sibi protectionem animae & corporis: fiatque, Domine, nostrae salutis remedium, tuae gratiae sacramentum. Per Dominum nostrum.

**R.** Amen.

**Oremus.**



Oremus.

**D**Eus, qui dispersa congregas, & congregata cōseruas: qui Matt. 21. pōpulis óbuiã Iesu ramos portantibus benedixisti: bene ✠ dic etiã & hos ramos palmæ & oliuæ, quos tui famuli ad honōrem nōminis tui fidēliter suscipiunt: vt in quēcūque locum introdūcti fūerint, tuam benedictiōnem habitatores loci illius consequantur: & omni aduersitate effugata, dēxtera tua prōtegat quos redēmit Iesus Christus filius tuus Dñs noster: Qui.

Oremus.

**D**Eus, qui miro dispositiōnis ordine, ex rebus etiã insensibilibus, dispensatiōnē nostræ salutis ostēdere voluisti: da quæsum⁹: vt deuōta tuōrum turba fidēlium, salūbriter intēlligat, quicquid mysticē designatur in facto, quē hōdie cælēsti lūmine afflata, redemptōri óbuiã procédens, palmârū atq; oliuârū ramos vestigiis eius substrāuit. Palmârū igitur rami de mortis principē triumphos expēctant: surculi verò oliuârū, spiritālem vnctiōnē aduenisse quodāmodo clamant. Intellēxit enim iã tunc illa hōminū beāta multitūdo p̄figurari: quia redēptor noster humanis cōdolens miseriis, pro totius mundi vita cū mortis principē esset pugnaturus, ac moriēdo triūm-

Matt. 21.  
Mar. 11.  
Luc. 19.  
Ioan. 12.

phātutus. Et ideo tālia óbsequens administrāuit, quæ in illo & triūphos victōrię, & misericordiæ pinguedinem declararent. Quod nos quoq; plena fide, & factū & significatū retinētes, te, Dñe sancte, pater omnípotens, ætérne Deus, per eundē Dñm nostrū Iesum Christū suppliciter exorāmus: vt in ipso, atque per ipsum, cuius nos membra fieri voluisti, de mortis impērio victōriã reportāntes, ipsius gloriōsæ resurrectiōnis partícipes esse mereāmur. Qui tecū. Oremus.

**D**Eus, qui per oliuæ ramū Gen. 8. pacem terris colūmbã nunciāre voluisti: præsta quæsumus: vt hos oliuæ, cæterarumq; arborū ramos, cælēsti bene ✠ dictiōne sanctifices: vt cūcto pōpulo tuo proficiant ad salutem. Per Christū Dōminū.

Oremus.

**B**ENE ✠ DIC, quæsumus Dñe, hos palmârū seu oliuârū ramos: & præsta, vt quod pōpulus tuus in tua veneratiōne hodierna corporaliter agit, hoc spirituāliter summa deuotiōne perficiat, de hoste victōriam reportādo, & opus misericordiæ summōpere diligēdo. Per Christum Dōminum.

*Hic rami asperguntur aqua benedicta, dicēdo antiphonam, Asperges me, Psal. 50. sine cantu, & sine psalmo: & incensantur oliuæ. Deinde dicit sacerdos Dominus*

minus



minus vobiscum.

Oremus.

**D**Eus, qui filium tuum Iesum Christum Dñm nostrum, pro salute nostra in hunc mundum misisti: vt se humiliâret ad nos, & nos reuocâret ad te: cui etiã dum Hierusalem veniret, vt adimpleret scripturas, credetium populorum turba, fidelissima deuotione vestimenta sua cum ramis palmârum in via sternebant: præsta quæsumus: vt illi fidei viam præparêmus: de qua, remoto lapide offensionis & petra scândali, frondeât apud te ópera nostra iustitiæ ramis: vt eius vestigia sequi mereâmur. Qui tecum.

Postea Sacerdos stans ante Altare versus ad populum distribuit ramos primo clericis; deinde laicis: & interim à choro cantantur Antiphonæ. Pueri Hebræorum portantes ramos oliuarum obuiaverunt Domino, clam antes, & dicentes: Osanna in excelsis. *Alia Antiphona.*

Pueri Hebræorum vestimenta prosternebant in via: & clamabant dicentes: Osanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini.

Quæ si nõ sufficiant, repetatur quousque ramorum distributio finiatur. Deinde dicit Sacerdos. *¶ Dñs vobiscu. R. Et cum spiritu tuo.* Oremus.

**O**Mnipotēs sempitérne Deus, qui Dóminum nostrum Iesum Christum super pullum á sine sedere fecisti, & turbas populorum

vestimenta vel ramos arborum in via sternere, & osanna decantare in laudem ipsius docuisti: da quæsumus: vt illorum innocentiam imitari possimur, & eorum meritum consequi mereâmur. Per eundem Christum. *R. Amen.*

Postea fit processio: & cantatur Antiphonæ sequentes, vel omnes, vel aliquæ, quousque durat processio.

*Antiph.* Cùm appropinquaret Dominus Hierosolymam, misit duos ex discipulis suis dicens. Ite in castellum quod est contra vos: & inuenietis pullum asinæ alligatum, super quem nullus hominum sedit: soluite, & adducite mihi. Si quis vos interrogauerit, dicite: opus Domino est. Soluentes adduxerunt ad Iesum: & imposuerunt illi vestimenta sua, & sedit super eum: alij expandebant vestimenta sua in via: alij ramos de arboribus sternebant: & qui sequebatur, clamabant: Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum regnũ patris nostri Dauid: Osanna in excelsis: miserere nobis fili Dauid.

*Alia Antiphona.*

Cùm audisset populus, quia Iesus venit Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum: & exierunt ei obuiam, & clamabant pueri dicentes. Hic est, qui venturus est in salutem populi. Hic est salus nostra, & redemptio Israel. Quátus est iste, cui Throni, & Dominationes occurrunt? Noli timere filia Sion: ecce rex



tuus venit tibi, sedens super pullum asina: sicut scriptum est. Salve rex fabricator mundi, qui venisti redimere nos.

*Alia Antiphona.*

*Joan. 6.* Ante sex dies sollempnis Paschæ, quâdo venit Dominus in ciuitatem Hierusalẽ, occurrerunt ei pueri: & in manibus portabant ramos palmarum, & clamant voce magna, dicentes: Osanna in excelsis: benedictus qui venisti in multitudine misericordiæ tuæ: Osanna in excelsis.

*Alia Antiphona.*

Occurrunt turbæ cum floribus & palmis redemptori obuiâ: & victori triumphanti digna dant obsequia. Filium Dei ore gentes prædicant: & in laudem Christi voces tonant per nubila: Osanna in excelsis.

*Alia Antiphona.*

Cum angelis & pueris, fideles inueniamur triumphatori mortis, clamantes: Osanna in excelsis.

*Alia Antiphona.*

Turba multa, quæ conuenerat ad diem festum, clamabat Domino: benedictus qui venit in nomine Domini: Osanna in excelsis.

In reuersione processionis ad ecclesiã: duo vel quatuor cantores intrât, & clauso ostio stantes versa facie ad processionem, incipiunt *ÿ*. Gloria laus. Et totum decantant vsque ad *I* srael es tu rex. Sacerdos verò cum aliis stantibus extra ecclesiã, repetit illud idem. Deinde stantes intus, cãtât versus sequentes, vel omnes,

vel partem, pro dispositione cãtorũ. Et stãtes extrã, ad quoslibet duos versus respõdet, Gloria laus, sicut à principio. *ÿ*.

**G**loria, laus, & honor, tibi sit rex Christe redemptor:

Cui puerile decus prompsit ofanna piũ. *I* srael es tu rex, Dauidis & inclyta proles:

Nomine qui in Domini, rex benedictẽ, venis. *R.* Gloria, laus, & honor, tibi sit rex Christe redemptor. Cui puerile decus prompsit ofanna pium.

Cœtus in excelsis te laudat cœlicus omnis,

Et mortalis homo, cuncta creata simul. *R.* Gloria, laus, & honor tibi sit. Cui puerile.

Plebs Hebræa tibi cum palmis obuia venit:

Cum prece, voto, hymnis, adsumus ecce tibi. *R.* Gloria, laus, & honor.

H i tibi passuro soluebant munia laudis: Nos tibi regnanti pãgimus ecce melos.

*R.* Gloria, laus, & honor.

H i placere tibi, placeat deuotio nostra,

Rex bone, rex clemens, cui bona cuncta placent. *R.* Gloria, laus, & honor.

Fecerat Hebræos hos gloria sanguinis almi:

Nos facit Hebræos transitus ecce pius. *R.* Gloria, laus, & honor tibi.

Sis pius ascẽsor tu, & nos simus afellus:

Tecum nos capiat vrbs veneranda Dei. *R.* Gloria, laus, & honor.



Vestis apostolicæ rutilo fulgore tegamur:

Te bene docta, vt ea, nostra caterua vehat. *R.* Gloria, laus, & honor.

Tegmine sic animæ sternamus corpora nostra:


Quo per nos semper sit via tuta tibi. *R.* Gloria, laus, & honor, tibi sit.

Sit pia pro palmæ nobis victoria ramis:

Vt tibi victrici sorte canamus ita.

*R.* Gloria, laus, & honor.

Postea intrat processio ecclesiam cantando *R.* Ingrediente Dño in sanctâ ciuitatem, Hebræorû pueri resurrectione vitæ pronunciantes, Cum ramis palmarum Osanna clamabant in excelsis. *ÿ.* Cùm audisset populus, quòd Iesus veniret Hierosolymam, exierunt obuiâ ei. Cum ramis. *Et nō dicitur Gloria patri.*



## D O M I N I C A

in Palmis.

*Statio ad S. Ioannem in Laterano.*

Introitus.



Pfal. 21.

Dñe ne longè facias auxilium tuum à me, ad defensionem meam aspice: libera me de ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam.

Ibidem.

*Pfal.* Deus Deus meus respice in me,

quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum. *D*omine ne longè.

*O*remus.

*O*Mnipotēs sempitērne Deus: qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplū saluatōrem nostrum carnem sumere, & crucem subire fecisti: concède propitius: vt & patientiæ ipsius habere documēta, & resurrectionis consortia mereamur. Per eundem Dōminum.

*Et hæc Oratio tantum dicitur.*

*Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Philippenses.*

*F*Ratres. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Qui cū in forma Dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanituit formam serui accipiēs, in similitudinē hominū factus, & habitu, inuentus vt homo. Humiliāuit semetipsum, factus obediēs vsq; ad mortē: mortē autē crucis. Propter quod & Deus exaltāuit illum: & donāuit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiū, terrestriū, & infernorum: & oīs lingua confiteatur, quia Dñs Iesus Christus in glōria est Dei patris.

*Graduale.* Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me: & cum gloria assumpsisti me. *ÿ.* Quam bonus Israel Deus rectis corde! mei autē penē

Pfal. 72.



penè moti sunt pedes : penè effusi sunt gressus mei, quia zelau in peccatoribus, pacem peccatorum videns.

Psal. 21.

**Tractus.** Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? *Ps.* Longè à salute mea verba delictorum meorum. *Ps.* Deus meus clamabo per diem, nec exaudies: in nocte, & nō ad insipientiam mihi. *Ps.* Tu autem in sancto habitas, laus Israel. *Ps.* In te sperauerūt patres nostri: sperauerunt, & liberaisti eos. *Ps.* Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. *Ps.* Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. *Ps.* Omnes qui videbant me, aspernabātur me: locuti sunt labiis, & mouerunt caput. *Ps.* Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum. *Ps.* Ipsi verò considerauerunt & conspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. *Ps.* Libera me de ore leonis: & à cornibus vnicorniū humilitatem meam. *Ps.* Qui timetis Dominum, laudate eū: vniuersum semen Iacob magnificate eum. *Ps.* Annunciabitur Domino generatio ventura: & annunciantur cæli iustitiam eius. *Ps.* Populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

**Passio Dñi incipitur absolutè:** non dicitur: Munda cor meum, non petitur benedictio, non deferuntur luminaria: nec incensum: non dicitur, Dominus vobiscum nec respondetur, Gloria

tibi Domine. Peruenio tamen ad partē illam, quæ in tono euangelij legitur, dicitur Munda cor meum, petitur benedictio, & incensatur liber. Quod & in aliis diebus seruatur, quando legitur Passio. In Parasceue autem nec petitur benedictio, nec incensatur liber.

**Passio Dómini nostri Iesu Christi secundum Matthæum.**

**I**n illo tēpore: Dixit IESVS discipulis suis. **✠** Scitis quia post bíduum Pascha fiet: & fílius hóminis tradētur, vt crucifigātur. **C** Tunc cōgregāti sunt príncipes sacerdotū, & senióres pópuli, in átriū príncipis sacerdotum, qui dicebātur Caíphas: & concílium fecerunt, vt Iesum dolo tenérent, & occíderent. Dicébant autem. **s.** Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in pópulo. **c.** Cùm autem esset Iesus in Bethánia in domo Simónis leprósi, accéssit ad eum múlier habens alabástrū vnguēti pretiósi, & effūdít super caput ipsius recumbētis. Vidētes autem discípuli, indignāti sunt, dicētes. **s.** Vt quid perditio hæc? Pótuít enim vnguētū istud venúdari multo, & dari paupéribus. **c.** Sciens autem Iesus, ait illis. **✠** Quid molésti estis huic mulieri? Opus enim bonum operáta est in me. Nā semper páuperes habébitis vobíscum: me autē non semper



per habébitis . Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me , fecit. Amen dico vobis: vbi cúnque prædicatū fuerit hoc euangéliū in toto mūdo , dicetur & quòd hæc fecit in memóriam eius. **C** Tunc abiit vnus de duódecim, qui dicitur Iudas Iscariótes, ad príncipes sacerdotū: & ait illis. **S** Quid vultis mihi dare, & ego eū vobis tradam? **C** At illi cōstituérunt ei triginta argenteos. Et exinde querébat oportunitatē, vt eū tráderet. Prima autē die azymórum accessérūt discipuli ad Iesum, dicentes. **S** Vbi vis parémus tibi comédere Pascha? **C** At Iesus dixit. **✠** Ite in ciuitatem ad quendā : & dícite ei. Magister dicit. Tēpus meū propè est : apud te fácio Pascha cū discipulis meis. **C** Et fecérunt discipuli, sicut constituit illis Iesus: & parauerūt Pascha. Vespere autē factó, discubébat cum duódecim discipulis suis. Et edéntibus illis, dixit. **✠** Amen dico vobis: quia vnus vestrū me traditūrus est. **C** Et contristati valde, coepérūt singuli dícere. **S** Nūquid ego sum Dómine? **C** At ipse respōdens, ait. **✠** Qui intíngit mecum manū in parópside, hic me tradet. Fílius quidē hóminis vadit, sicut scriptum est de illo. Væ autem hómini illi, per quē fílius hóminis tra-

détur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. **C** Respōdens autē Iudas qui trádidit eū, dixit. **S** Nunquid ego sum rabbi? **C** Ait illi. **✠** Tu dixísti. **C** Coenántibus autē eis, accēpit Iesus panē: & benedíxit, ac fregit, deditq; discipulis suis: & ait. **✠** Accípите, & comédite. Hoc est corpus meū. **C** Et accípiēs cálicem, grátias egit: & dedit illis, dicēs. **✠** Bíbite ex hoc oēs. Hic est enim sanguis meus noui testaméti, qui pro multis effundétur in remissiónem peccatōrū. Dico autē vobis: non bibā á modo de hoc genímine vitis, vsque in diē illū, cū illud bibam vobiscū nouū, in regno patris mei. **C** Et hymno dicto, exiérūt in mótem oliuétí. Tūc dicit illis Iesus. **✠** Omnes vos scándalū patiémíni in me, in ista nocte. Scriptū est enim. **Zach. 13.** Percutiā pastōrē, & dispergéntur oues gregis. Postquā autē resurrexero, præcédā vos in Galilæam. **C** Respōndēs autē Petrus, ait illi. **S** Et si oēs scandalizáti fuerint in te, ego nunquam scandalizâbor. **C** Ait illi Iesus. **✠** Amē dico tibi: quia in hac nocte, ántequā gallus cantet, ter me negâbis. **C** Ait illi Petrus. **S** Etiam si oportúerit me mori tecū, non te negâbo. **C** Simíliter & oēs discipuli dixerūt. Tūc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Getsemani, & dixit discipulis suis. **✠** Sedéte híc,



hîc, donec vadam illuc, & orem.  
 C Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, coepit contristari & moestus esse. Tunc ait illis. ✠ Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinete hîc, & vigilate mecum.  
 C Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, oras, & dicens. ✠ Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. C Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro. ✠ Sic? Non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate: vt non intratis in tetationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. C Iterum, secundo abiit, & orauit, dicens. ✠ Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua. C Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abiit: & orauit tertio, eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis. ✠ Dormite iam, & requiescite. Ecce appropinquauit hora: & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. C Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, missi

à principibus sacerdotum & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens. s Quicumque osculatus fuero, ipse est: tenete eum. C Et confestim accedens ad Iesum, dixit. s Aue rabbi. C Et osculatus est eum. Dixitque illi Iesus. ✠ Amice, ad quid venisti? C Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum: & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum: & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus. ✠ Conuertere gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebitur scriptura? quia sic oportet fieri. C In illa hora dixit Iesus turbis. ✠ Tãquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me? Quotidie apud vos sedebam docens in templo: & non me tenuistis. C Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturae prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt, At illi tenentes Iesum duxerunt ad Caiapham principem sacerdotum, vbi Scribae & Seniores conuenerat. Petrus autem seque-



bâtur eū à longè, vsque in âtrium principis sacerdotum. Et ingressus intrò, sedēbat cum ministris: vt vidēret finem. Principes autem sacerdotum & omne cōciliū, quærēbant falsum testimōnium cōtra Iesum, vt eū morti trāderēt: & non inuenērunt, cū multi falsi testes accessissent. Nouissimè autē venērunt duo falsi testes: & dixerunt. **s** Hic dixit. Possum destrūere tēplum Dei, & post trīduum reādicāre illud. **c** Et surgens princeps sacerdotū, ait illi. **s** Nihil respōdes ad ea, quæ isti aduersum te testificāntur? **c** Iesus autē tacēbat. Et princeps sacerdotū ait illi, **s** Adiūro te per Deū viuū, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. **c** Dicit illi Iesus. **✠** Tu dixisti. Verūtamē dico vobis: amodo vidēbitis filium hōminis sedentem à dextris virtūtis Dei, & venientē in nūbibus cæli. **c** Tunc princeps sacerdotū scidit vestimēta sua, dicēs. **s** Blasphemāuit. Quid adhuc egēmustētibus? Ecce, nunc audīstis blasphemāiā. Quid vobis vidētur? **c** At illi respōdentes dixerunt. **s** Reus est mortis. **c** Tunc expuērūt in faciē eius: & cōlaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciē eius dederunt, dicētes. **s** Prophe-tiza nobis Christe: quis est qui te percūssit? **c** Petrus verò sedēbat

foris, in âtrio. Et accēssit ad eum vna ancilla, dicens. **s** Et tu cum Iesu Galilæo eras. **c** At ille negāuit coram omnibus, dicens. **s** Nescio quid dicis. **c** Exeūnte autem illo iānuam, vidit eū alia ancilla: & ait his qui erant ibi. **s** Et hic erat cum Iesu Nazarēno. **c** Et iterū negāuit cum iuramento, quia nō noui hōminē. Et post pusillum accessērunt qui stabāt: & dixerūt Petro. **s** Verè & tu ex illis es: nam & loquēla tua manifestū te facit. **c** Tunc cœpit detestāri & iurāre: quia nō nouisset hōminē. Et cōtinuò gallus cantāuit. Et recordātus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat: priūsquā gallus cātet, ter me negābis. Et egressus foras, fleuit amarè. Mane autē Cap. 22. factō consiliū inierunt oēs principes sacerdotum, & seniōres pōpuli aduersus Iesum, vt eum morti trāderent. Et vincitū adduxērūt eū, & tradiderunt Pōntio Pilāto p̄sidi. Tūc vidēs Iudas qui tradidit eum, quod damnātus esset: pœnitētia ductus, rētulit trigīnta argēteos principibus sacerdotū & seniōribus, dicens. **s** Peccāui, tradens sanguinē iustum. **c** At illi dixerunt. **s** Quid ad nos? Tu videris. **c** Et proiēctis argēteis in tēplo, recēssit: & abiens, lāqueo se suspendit. Principes autē sacerdotū accēptis argēteis, dixerūt. **s** Non licet eos mittere



Zach. 11.

mittere in corbônâ : quia prætium  
 sânguinis est. **C** Consilio autē ini-  
 to emérunt ex illis agrum figuli, in  
 sepultûram peregrinôrum. Propter  
 hoc vocâtus est ager ille, Hacélde-  
 ma, hoc est, ager sânguinis, vsque in  
 hodiérnũ diem. Tunc implétũ est  
 quod dictũ est per Hieremíã pro-  
 phêtam, dicentem. Et accepérunt tri-  
 ginta argēteos prætium appretiãti,  
 quẽ appretiauerũt à filiis Israël: &  
 dederũt eos in agrũ figuli, sicut cõ-  
 stituit mihi Dñs. Iesus autē stetit  
 ante præsidẽ. Et interrogãuit eum  
 præses, dicens. **S** Tu es rex Iudæô-  
 rum? **C** Dicit ei Iesus. **✠** Tu dicis.  
**C** Et cùm accusarêtur à princípib⁹  
 sacerdotum & seniõribus, nihil re-  
 spõdit. Tunc dicit illi Pilãtus.  
**S** Non audis quãta aduersum te di-  
 cunt testimõnia? **C** Et non respõdit  
 ei ad vllum verbũ: ita vt mirarêtur  
 præses vehemẽter. Per diẽ autē sol-  
 lémnem consuëuerat præses dimít-  
 tere pópulo vnum vincetum, quem  
 voluissent. Habêbat autē tunc vin-  
 ctum insignem, qui dicebãtur Bar-  
 ábbas. Congregãtis autem illis, di-  
 xit Pilãtus. **S** Quem vultis dimittã  
 vobis: Barábbam, an Iesum qui dí-  
 citur Christus? **C** Sciêbat enim q̃  
 per inuidiam tradidissent eum. Se-  
 dente autem illo pro tribunáli, mi-  
 sit ad illũ vxor eius, dicens. **S** Nihil  
 tibi & iusto illi: multa enim passa

sum per visum hódie propter eum.  
**C** Príncipes autem sacerdotum &  
 seniõres persuaserunt pópulis, vt  
 péterent Barábbã: Iesum verò pér-  
 derent. Respõdens autem præses,  
 ait illis. **S** Quẽ vultis vobis de duõ-  
 bus dimitti? **C** At illi dixerunt. **S**  
 Barábbam: **C** Dicit illis Pilãtus. **S**  
 Quid ígitur faciã de Iesu qui dí-  
 citur Christus? **C** Dicunt omnes. **S**  
 Crucifigãtur. **C** Ait illis præses. **S**  
 Quid enim mali fecit? **C** At illi ma-  
 gis clamãbant, dicentes. **S** Cruci-  
 figãtur. **C** Videns autē Pilãtus, quia  
 nihil proficeret, sed magis tumúl-  
 tus fieret: accépta aqua, lauit ma-  
 nus coram pópulo, dicens. **S** Inno-  
 cens ego sum à sânguine iusti hu-  
 ius. Vos videritis. **C** Et respõdens  
 vniuersus pópulus, dixit. **S** Sãguis  
 eius super nos, & super filios no-  
 stros. **C** Tunc dimisit illis Baráb-  
 bam: Iesum autem flagellãtum trá-  
 diditeis, vt crucifigerêtur. Tũc mí-  
 lites præsidis suscipiẽtes Iesum in  
 prætorio, congregauerunt ad eum  
 vniuersam cohórtem. Et exuẽtes  
 eum, chlãmydem coccíneam cir-  
 cundederunt ei. Et plectẽtes corõ-  
 nam de spinis posuerũt super caput  
 eius: et arúdinẽ in dextera eius. Et  
 genu flexo ante eũ illudébant ei, di-  
 cẽtes. **S** Ave rex Iudæorũ. **C** Et ex-  
 puẽtes in eum, accepérunt arúndi-  
 nem, & percutiebãt caput eius. Et



postquã illuserunt ei, exuerunt eũ chlãmydẽ: & induerunt eũ vestimẽtis eius, & duxerunt eũ vt crucifigerẽt. Exeũntes autẽ, inuenerũt hõminẽ Cyrenãũ nõmine Simõnem. Hunc angariauerunt, vt tolleret Crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Gólgotha: quod est, Caluãriã locus. Et dederunt ei vinum bĩbere cum felle mixtũ. Et cũ gustãssset, nõluit bĩbere. Postquã autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimẽta eius, sortem mittẽtes: vt adimplerẽtur quod dictũ est per prophẽtam dicẽtem. Diuiserunt sibi vestimẽta mea: & super vestem meam miserũt sortem. Et sedẽtes seruãbant eum. Et imposuerũt super caput eius causam ipsius scriptã: Hic est Iesus rex Iudæorũ. Tunc crucifixi sunt cũ eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à sinistris. Prãtereũntes autem blasphemãbant eum, mouẽtes capita sua, & dicẽtes. *s* Vah qui destruis templum Dei, & in trĩduo reãdificas illud. Salua temetĩpsum. Si filius Dei es, descẽde de cruce. *c* Similiter & principes sacerdotũ illudẽtes cum Scribis, & Seniõribus, dicẽbant. *s* Alios saluos fecit: seĩpsum non potest saluum facere. Si rex Israẽl est, descẽdat nũc de cruce, & credimus ei. Cõfidit in Deo: liberet eum nũc si vult: dixit enim;

quia filius Dei sum. *c* Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, impropẽrabant ei. A sexta autem hora, tẽnebrã factã sunt super vniuersã terram, vsque ad horam nonam. Et circa horam nonã clamãuit Iesus voce magna dicẽs. *✠* Eli, Eli, lãmasabaçthani? *c* Hoc est. *✠* Deus meus, Deus meus; vt quid dereliquisti me? *c* Quidã autem illic stantes, & audiẽtes, dicẽbant. *s* Eliam vocat iste. *c* Et continuo currens vnus ex eis, accẽptam spõngiam implẽuit aceto: & impõsuit arũdini; & dabat ei bĩbere. Cãteri verõ dicẽbant. *s* Sine, videãmus an veniat Eliãs liberans eum. *c* Iesus autem iterum clamãs voce magna, emisit spĩritum.

*Hic pauatur aliquantulum, & genuflectitur.* Et ecce velũ templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum. Et terra mota est, & petrã scissã sunt, & monumenta apẽta sunt: & multa corpõra sanctõrum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeũntes de monumentis post resurrectiõnem eius, venerunt in sanctã ciuitatẽ: & apparuerũt multis. Centurio autẽ, & qui cũ eo erant custodiẽtes Iesum, viso terrãmotu, & his quã fiebant, timuerunt valde, dicentes. *s* Verẽ filius Dei erat iste. *c* Erant autem ibi mulieres multã à longẽ, quã secũtã erant Iesum à



Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater: & mater filiôrum Zebedæi. Cùm serò autem factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathia, nómine Ioseph: qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accéssit ad Pilátum, & pétiit corpus Iesu. Tunc Pilátus iussit reddi corpus. Et accépto corpore, Ioseph inuóluit illud in sindonemúda: & pósuit illud in monuméto suo nouo, quod excíderat in petra. Et aduóluit saxū magnū ad óstiū monuménti, & ábiit. Erát aut̄ ibi Maria Magdaléne, & áltera Maria, sedétes cōtra sepúlchrū.

Hic datur benedictio: defertur incensum sine luminaribus, non dicitur, Dominus vobiscum. & cantatur in tono Euangelij. Quæ omnia, & in aliis Passionibus seruantur.

**A**ltera autē die, quæ est post Parasceuen, conuenérunt príncipes Sacerdôtum, & Pharísej ad Pilátum, dicéntes. Dómine, recordáti sumus, quia sedúctor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resúrgam. Iube ergo custodiri sepúlchrum vsque in diem tertium: ne fortè véniant discipuli eius, & furéntur eū: & dicát plebi, surrexit à mórtuis. Et erit nouíssimus error peior prióre. Ait illis Pilátus. Habétis custódiam: ite, custodíte, si-

cut scitis. Illi autem abeúntes, munierunt sepúlchrum: signántes lapidem, cum custódibus.

Et dicitur Credo. Offertorium.

**I**mproperium expectauit cor meū, & miseriam: & sustinui, qui simul mecū contristaretur, & non fuit: consolantem me quæsiui, & non inueni: & dederunt in escam meá fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

Secreta.

**C**oncède, quæsumus, Dómine, vt óculis tuæ maiestátis munus oblátum, & grátiam nobis deuotiõnis obtíneat: & effectū beate perennitátis acquírat. Per Dñm.

**Communia.** Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua.

Postcommunio.

**P**er huius, Dómine, operatiõnem mystérj: & vicia nostra purgéntur: & iusta desidéria compleántur. Per Dóminum.

F E R I A S E C V N D A  
maioris hebdomadæ.

Statio ad sanctam Praxedem.

Introitus.



**I**udica, Dñe, nocentes me, expugna impugnates me: apprehende arma, & scutū; & exurge in adiutoriū meū, Domine virtus salutis meæ.

**Psal.** Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui persequútur me: dic

L 4 animæ



animæ meæ, salus tua ego sum. **I**udica, Domine, nocentes. **O**remus.

**D**A, quæsumus, omnipotens Deus, vt, qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus, intercedente vnigeniti filij tui passionẽ respirẽmus. Per eundem.

**Vel** Ecclesiæ, **vel** Deus omnium.

**Lectio** Isaia prophætæ.

**Cap. 50.** **I**N diẽbus illis: Dixit Isaïas. Dõminus Deus aperuit mihi aurẽ: ego autem non contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas velentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus. Dõminus Deus auxiliator meus; ideo nõ sum cõfusus: ideo pofui faciem meã vt petrã durissimã: & scio, quoniã nõ confundar. Iuxta est, qui iustificat me: quis contradicet mihi? Stemus simul: quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce Dominus Deus, auxiliator meus: quis est, qui condẽmnet me? Ecce, oẽs quasi vestimentum cõterẽtur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Deum, audiẽs vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? Speret in nõmine Dõmini, & innitatur super Dõminum Deum suũ.

**Psal. 34.** **Graduale.** Exurge Domine, & intende iudicio meo Deus meus, & Dominus meus in causam meam. **ÿ.** Effunde

frameam, & conclude aduersus eos, qui me persequuntur.

**Tractus.** Domine, nõ secundũ peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secundũ iniquitates nostras retribuas nobis.

**ÿ.** Dñe, ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarũ: citò anticipent nos misericordia tua: quia pauperes facti sumus nimis. **ÿ.** Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriã nominis tui, Domine, libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

**Sequẽtia sancti euangelij secundum Ioãnnem.**

**Cap. 12.** **A**Nte sex dies Pasche venit Iesus Bethaniam; vbi Lázarus fũerat mortuus, quẽ suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei coenam ibi: & Martha ministrabat. Lázarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accẽpit librã vnguenti nardi pistici pretiosi: & vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius: & domus implẽta est ex odõre vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eũ traditurus. Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis, & datũ est egenis? Dixit autem hoc; non quia de egenis pertinẽbat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, portabat. Dixit ergo Iesus. Sine illã, vt in diem sepulturæ meę seruet illud. Pauperes enim sem-



semper habebitis vobiscum : me autem non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic esset: & venerunt, non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis.

**Offertorium.**

**E**ripe me de inimicis meis Domine : ad ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam: Deus meus es tu.

**Secreta.**

**H**æc sacrificia nos, omnipotens Deus, potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium. Per Dñm.

**Vel P**rotege, **vel O**blatis quaesumus.

**Communio.**

**E**rubescant, & reuerentur simul, qui gratulantur malis meis: induantur pudore, & reuerentia, qui maligna loquuntur aduersum me.

**Postcommunio.**

**P**ræbeant nobis, Domine, diuinum tua sancta feruorem: quo eorum pariter & actu delectemur & fructu. Per Dominum.

**Vel Q**uaesumus Dñe. **vel H**æc nos quaesumus. **Super populum.** **O**remus. Humiliate capita vestra Deo.

**A**diuuua nos Deus salutaris noster : & ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes, Per Dominum nostrum.

**FFRIA TERTIA.**

*Statio ad sanctam priscam.*

**Introitus.**



**O**s autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati, & liberati sumus.

**Psal.** Deus misereatur nostri & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. **N**os autem.

**Oremus.**

**O**mnipotens sempiternus Deus: da nobis ita Dñicæ passionis sacramenta peragere: ut indulgentiam percipere mereamur. Per eundem.

**Vel E**cclésiæ tuæ. **vel D**eus omnium.

**Lectio Hieremiæ prophætæ.**

**I**n diebus illis: Dixit Hieremias, Domine demonstrasti mihi, & cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: & non cognoui: quia cogitauerunt super me consilia, dicentes. Venite, mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Tu autem Domine sabaoth, qui iudicas iuste, & probas renes & corda; videam ultionem tuam ex eis: tibi enim reuelavi causam meam, Domine Deus meus.



## Graduale.

*Plal. 34.* Ego autem dum mihi molesti essent, inducbam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur. *¶* Iudica Domine, nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi.

**Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Marcum.**

*Cap. 14.* **I**N illo tempore. **c** Erat Pascha & azyma post biduum: & quærebant summi Sacerdotes & Scribæ, quomodo Iesum dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem. **s** Non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. **c** Et cum esset Iesus Bethaniam in domo Simonis leprosi, & recumberet: venit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosum: & fracto alabaistro, effudit super caput eius. Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes. **s** Vt quid perditio ista unguenti facta est? Poterat enim unguentum istud vendari plus quam trecentis denariis, & dari pauperibus. **c** Et fremebant in eam. Iesus autem dixit. **✠** Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habebitis vobiscum: & cum volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habebitis. Quod habuit hæc, fecit: præuenit

ungere corpus meum in sepulcrum. Amen dico vobis: vbi cunque predicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod hæc fecit, narrabitur in memoriam eius. **c** Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim abiit ad summos sacerdotes; vt prouideret eum illis. Qui audientes gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et querebat quomodo illum opportunè traderet. Et primodie azymorum quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli. **s** Quò vis eamus, & paremus tibi, vt manduces Pascha? **c** Et mittit duos ex discipulis suis: & dicit eis. **✠** Ite in ciuitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum: & quocunque introierit, dicite domino domus: quia magister dicit. Vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit coenaculum grande, stratum: & illic parate nobis. **c** Et abiierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem: & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt Pascha. Vespere autem facto, venit cum duodecim. Et discubentibus eis & manducantibus, ait Iesus. **✠** Amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. **c** At illi coeperunt contristari, & dicere ei singillatim. **s** Nūquid ego? **c** Qui

ait



ait illis. ✠ **V**nus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo. Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si non esset natus homo ille. **C** Et manducantibus illis, accipit Iesus panem: & benedicens fregit, & dedit eis, & ait. ✠ **S**umite: hoc est corpus meum. **C** Et accepto calice, gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo cæs. Et ait illis. ✠ **H**ic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: quod iam non bibam de genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam novum in regno Dei. **C** Et hymno dicto, exierunt in montem oliuarum. Et ait illis Iesus. ✠ **O**mnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est. Percutiam pastorem; & dispergetur oves. Sed postquam resurrexero, precedam vos in Galilaam. **C** Petrus autem ait illi. **S** Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego. **C** Et ait illi Iesus. ✠ **A**men dico tibi: quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. **C** At ille amplius loquebatur. **S** Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. **C** Similiter autem & omnes dicebant. Et veniunt in praedium, cui nomen Gethsemani: & ait discipulis suis. ✠ **S**edete hic,

donec orem. **C** Et assumit Petrum, & Iacobum, & Iohannem secum: & coepit pauere, & tædere. Et ait illis. ✠ **T**ristis est anima mea usque ad mortem. Sustinete hic, & vigilate. **C** Et cum processisset paululum, procidit super terram: & orabat, ut si fieri posset, transfiret ab eo hora: & dixit. ✠ **A**bba, pater, omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc a me. Sed non quod ego volo: sed quod tu. **C** Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro. ✠ **S**imone dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate, ut non intratis in tentationem. Spiritus quidem proptus est: caro autem infirma. **C** Et iterum abiens orauit, eundem sermonem dicens. Et reuersus, denuo inuenit eos dormientes (erant enim oculorum grauati) & ignorabant, quid responderent ei. Et venit tertio: & ait illis. ✠ **D**ormite iam; & requiescite. Sufficit. Venit hora. Ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, prope est. **C** Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum illo turba multa cum gladiis & lignis, missi a summis sacerdotibus, & scribis, & senioribus. Dederat autem traditor eis signum, dicens. **S** Quemcumque osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & du-



& ducite cautè. **C** Et cum venisset, statim accedens ad eum, ait. **S** Rabbi. **C** Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Vnus autem de circumstantibus educens gladium, percussit seruum summi sacerdotis: & amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus, ait illis. **✠** Tanquam ad latronem existis cum gladiis, & lignis comprehendere me? Quotidie apud vos eram in templo docens, & non me tenuistis. Sed ut impleatur scriptura. **C** Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem: & conuenerunt omnes sacerdotes, & scribae, & seniores. Petrus autem a longe secutus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris, & calefaciebat se ad ignem. Summi verò sacerdotes & omne concilium, quærebant aduersus Iesum testimonium, ut eum morti traderent: nec inueniebant. Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum: & conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum testimonium feriebant aduersus eum, dicentes. **S** Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam

templum hoc manufactum: & post triduum, aliud non manufactum ædificabo. **C** Et non erat conueniens testimonium illorum. Exurgens autem summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens. **S** Non respondes quicquam ad ea, quæ tibi obiciuntur ab his? **C** Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum: & dixit ei. **S** Tu es Christus filius Dei benedicti? **C** Iesus autem dixit illi. **✠** Ego sum. Et videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus caeli. **C** Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait. **S** Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? **C** Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et coeperunt quidam conspuere eum; & velare faciem eius; & colaphis eum caedere; & dicere ei. **S** Prophetiza. **C** Et ministri alapis eum caedebant. Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis: & cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait. **S** Et tu cum Iesu Nazarèno eras. **C** At ille negauit, dicens. **S** Neque scio; neque noui quid dicas. **C** Et exiit foras ante atrium: & gallus cantauit. Rursum autem cum vidisset illum ancilla, coe-



la, cœpit dicere circumstantibus: quia hic ex illis est. At ille iterum negavit. Et post pusillum rursus, qui astabant, dicebant Petro. **s** Verè ex illis es: nam & Galilæus es. **c** Ille autem cœpit anathematizare & iurare: quia nescio hominẽ istum, quem dicitis. Et statim iterum gal-  
 lus cætavit. Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Iesus: priusquam gallus cætet bis, ter me negabis. Et cœpit flere. Et cõfestim, mane consiliũ faciẽtes summi sacerdotes cũ seniõribus & scribis & vniuerso cõcilio, vincientes Iesum, duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. **s** Tu es Rex Iudæorum? **c** At ille respondens, ait illi. **✠** Tu dicis. **c** Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursus interrogauit eum, dicens. **s** Non respondes quicquã? Vide in quantis te accusant. **c** Iesus autem amplius nihil respondit: ita vt miraretur Pilatus. Per diẽ autem festũ solēbat illis dimittere vnũ ex vinc̄tis, quẽcũq; petiissent. Erat autẽ, qui dicebatur Barabbas, qui cum seditionis erat vinc̄tus: qui in seditione fecerat homicidiũ. Et cũ ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciēbat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit. **s** Vultis dimittã vobis regẽ Iudæorũ? **c** Sciẽ-

bat enim, quod per inuidiã tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autẽ cõcitauerunt turbam; vt magis Barabbã dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis. **s** Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? **c** At illi iterum clamauerunt. **s** Crucifige eum. **c** Pilatus verò dicebat eis. **s** Quid enim mali fecit? **c** At illi magis clamabant. **s** Crucifige eũ. **c** Pilatus autẽ volens pópulo satisfacere, dimisit illis Barrabbam: & tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur. Milites autẽ duxerunt eũ intrò in atrium prætorij; & cõnuocant totã cohortem: & induunt eũ púrpora; & impõnunt ei plectentes spineam corõnam. Et cœperunt salutare eũ: **s**. Aue Rex Iudæorũ. **c** Et percutiebãt caput eius arundine: & cõspuebãt eũ, & ponentes genua, adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum púrpora; & induerunt eũ vestimentis suis: & educunt illum, vt crucifigerent eum. Et angariauerunt pretereuntem quẽmpia, Simõnem Cyrenæũ venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi; vt tólleret crucem eius. Et perducunt eũ in Gólgotha locũ: quod est interpretatũ, Caluariæ locus. Et dabãt ei bibere myrrhatum vinum: & non accēpit. Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta

stimẽta



I. I. 53.

stiménta eius: mitténtes fortem super eis, quis quid tólleret. Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus: Rex Iudæorum. Et cum eo crucifixerunt duos latrones: unum à dextris, & alium à sinistris. Et impleta est scriptura, quæ dicit, Et cum iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes. **S** Vah, qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reedificas: saluum fac te ipsum, saluum descendens de cruce. **C** Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum scribes dicebant. **S** Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Christus Rex Israel descendat nunc de cruce: ut videamus, & credamus. **C** Et qui cum eo crucifixi erant, conuertiabantur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt super totam terram, usque in horam nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens. **✠** Eloi, Eloi: lama sabactani? **C** Quod est interpretatum. **✠** Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? **C** Et quidam de circumstantibus audientes dicebant. **S** Ecce, Eliam vocat. **C** Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens. **S** Sinite: videamus si veniat Elias ad deponendum eum. **C**

Iesus autem emissa voce magna expirauit.

**Hic pausat aliquantulum, & genu flectitur.** Et velum templi scissum est in duo, à summo usque deorsum. Videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait. **S** Verè hic homo filius Dei erat. **C** Erant autem & mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome: & cum esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei: & aliarum multarum, quæ simul cum eo ascenderant Hierosolymam.

**Hic cantatur in tono euangelij, & alia fiunt ut supra.**

**E**T cum iam serò esset factum (quia erat Parasceue, quod est ante sabbathum) venit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur, si iam obiisset. Et accersito Centurione, interrogauit eum, si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à Centurione: donauit corpus Ioseph. Ioseph autem mercator sindonem, & deponens eum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento, quod excisum erat de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti.

**Offertor.** Custodi me, Domine, de manu pec-

Psal. 139.



nu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.

*Secreta.*

**S**acrificia nos, quæsumus Dómine, propénsius ista restaúrēt, quæ medicinalibus sunt instituta ieiúniis. Per Dóminum.

Vel *P*rotege. vel *O*blatis.

*Communio.*

*Psal. 68.* **A**duersum me exercebátur, qui sedebát in porta, & in me psallebant qui bibebát vinú: ego vero orationē meá ad te Dómine: tempus beneplaciti Deus, in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me.

*Postcommunio.*

**S**anctificatióibus tuis, omnipotens Deus, & vítia nostra curéntur, & remédia nobis sempiterna prouéniant. Per Dóminum.

Vel *Q*uæsumus, vel *H*æc nos.

*Superpopulum.* *O*remus.

Humiliate capita vestra Deo.

**T**ua nos misericórdia Deus, & ab omni surreptiōne vetustatis expúrget; & capaces sanctæ nouitatis efficiat. Per Dóminum.

## E E R I A Q V A R T A.

*Statio ad sanctã Mariam maiorem.*

*Introitus.*

**I**N nomine Iesu omne genu flectatur, celestiú, terrestriú, & inferorú, quia Dñs factus est obediēs vsq; ad mortē, mortē autē crucis: ideo Dominus Iesus



Christus in gloria est Dei patris.

*Psal.* Domine exaudi orationem *Psal. 102.* meam: & clamor meus ad te veniat. *In nomine.* *Post Kyrie eleison, dicitur,* *O*remus. Flectamus genua. *Re.* Leuate.

*Oratio.*

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt, qui pro nostris excessibus incessanter affligimur, per vnigéniti tui passiōem liberemur. Qui tecum viuit.

*Prophetia.*

*Lectio Isaiæ prophætæ.*

**H**Æc dicit Dóminus Deus. *Cap. 62. & 63.* **D**ícite filiæ Sion. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cū eo. Quis est iste qui venit de Edó, tinctis véstibus de Bosra? Iste formósus in stola sua, grádiēs in multitudine fortitudinis suæ. Ego qui loquor iusticiã: & propugnator sū ad saluandum. Quare ergo rubrū est indumentū tuū, & vestimēta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcáui solus: & de gentibus nō est vir mecū. Calcáui eos in furōre meo: & conculcáui eos in ira mea. Et aspérsus est sanguis eorū super vestimēta mea: & omnia indumentā mea inquináui. Dies enim vltiōnis in corde meo: annus retributiōnis meæ venit. Circūspéxi, & nō erat auxiliator: quæsiui, & nō fuit, qui adiuuāret. Et saluauit mihi bráchiū meū: & indignatio mea



mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo: & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum Domini recordabor: laudem Domini super omnibus, quae reddidit nobis Dominus Deus noster.

psal. 68.

**Graduale.** Ne auertas faciem tuam a puero tuo, quoniam tribulor: velociter exaudi me. *Ps.* Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae usque ad animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est substantia. **Hic dicitur,** Dominus vobiscum *sine,* Flectamus genua.

- Oratio.

**D**eus, qui pro nobis filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem Dominum.

Vel Ecclesiae tuae, vel Deus omnium,

**Lectio Isaiae prophetae.**

Isa. 53.

**I**n diebus illis: Dixit Isaías. Domine, quis credidit auditui nostro: & brachium Domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo: & sicut radix de terra sitienti. Non est species ei, neque decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum: despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius, & despectus: vnde nec reputauimus eum.

Verè languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum, Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrae super eum: & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit: & non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur: & quasi agnus coram tondente se, obmutescet: & non aperiet os suum. De angustia, & de iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit? Quia abscissus est de terra uiuentium. Propter scelus populi mei percussus est. Et dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua: eò quòd iniquitatem non fecerit, nec dolus inuentus fuerit in ore eius. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispersiam ei pluri-



plurimos; & fortium diuidet spolia, pro eo, quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit: & pro transgressoribus rogauit.

*Tractus.* Domine exaudi orationem meam; & clamor meus ad te veniat. *ψ.* Ne auertas faciem tuam a me: in quacunque die tribulor; inclina ad me aurem tuam. *ψ.* In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me. *ψ.* Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea, sicut in frixorio, confixa sunt. *ψ.* Percussus sum sicut foenum, & aruit cor meum, quia oblitus sum manducare panem meum. *ψ.* Tu exurgens, Domine; misereberis Sion: quia venit tempus miserendi eius.

**Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Lucam.**

*Cap. 12.* **I**N illo tempore: c Appropinquabat dies festus azymorum, qui dicitur Pascha: & quaerebant Principes Sacerdotum & Scribae, quomodo Iesum interficerent: timebant vero plebem. Intravit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, unum de duodecim: & abiit, & locutus est cum Principibus Sacerdotum & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt: & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et quaerebat opportunitatem, ut traderet illum sine turbis. Venit autem dies azymorum, in qua ne-

cesse erat occidi Pascha. Et misit Petrum, & Ioannem, dicens. *✠* Euntes parate nobis Pascha, ut manducemus. *c* At illi dixerunt. *s* Vbi vis paremus? *c* Et dixit ad eos. *✠* Ecce, introeuntibus vobis in ciuitatem, occurreret vobis homo amphoram aquae portans: sequimini eum in domum, in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus, Dicit tibi magister: vbi est diuersorium, vbi Pascha cum Discipulis meis manducem? Et ipse vobis ostendet coenaculum magnum stratum: & ibi parate. *c* Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis Iesus: & parauerunt Pascha. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim apostoli cum eo, & ait illis. *✠* Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. *c* Et accepto calice, gratias egit, & dixit. *✠* Accipite, & diuidite inter vos. Dico enim vobis: quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. *c* Et accepto pane, gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicens. *✠* Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. *c* Similiter & calicem, postquam coenauit, dicens. *✠* Hic calix nouum testamen-



tū est in sanguine meo, qui pro vobis effundetur. Verūntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis, secundum quod definitum est, vadit: verūntamen vae homini illi per quem tradetur. **c** Et ipsi coeperunt querere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. **✠** Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui praecessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: vos autem estis qui permanistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum: ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedetis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. **c** At autem Dominus Simoni. **✠** Simon, ecce Satanas expetuit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. **c** Qui dixit ei. **s** Domine, tecum pa-

ratus sum & in carcerem & in mortem ire. **c** At ille dixit. **✠** Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. **c** Et dixit eis. **✠** Quando misi vos sine sacco & pera, & calciamentis: nunquid aliquid defuit vobis? **c** At illi dixerunt. **s** Nihil. **c** Dixit ergo eis. **✠** Sed nunc qui habet sacculum, tollat: similiter & peram. Et qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me, Et cum iniquis deputatus est. Isaie 53. Etenim ea quae sunt de me, finem habent. **c** At illi dixerunt. **s** Domine, ecce gladij duo hic. **c** At ille dixit eis. **✠** Satis est. **c** Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis. **✠** Orate, ne intratis in tentationem. **c** Et ipse auersus est ab eis quantum iactus est lapidis: & positus genibus orabat, dicens. **✠** Pater, si vis, transfer calicem istum a me. Verūntamen non mea voluntas, sed tua fiat. **c** Apparuit autem illi angelus de caelo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, &



uenisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia : & ait illis. ✠ Quid dormitis? Surgite, orate, ne intratis in tentationem. c Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecederat eos: & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum. Iesus autem dixit illi. ✠ Iuda, osculo filium hominis tradis? c Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei. s Dne, si percutimus in gladio? c Et percussit vnus ex eis seruum Principis sacerdotum: & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus, ait. ✠ Sinite vsq; huc. c Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistrat<sup>9</sup> templi & seniores. ✠ Quasi ad latronem existis cum gladiis & fistibus? Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. c Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus verò sequebatur eum à longè. Accenso autem igne in medio atrij, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumē, & eum fuisset intuita, dixit. s Et hic cum illo erat. c At ille

negauit eum, dicens. s Mulier, non noui illum. c Et post pusillum alius videns eum, dixit. s Et tu de illis es. c Petrus verò ait. s O homo, non sum. c Et interuallo facto, quasi horæ vnus: alius quidam affirmabat, dicens. s Verè & hic cum illo erat. Nam & Galilæus est. c Et ait Petrus. s Homo, nescio quid dicis. c Et continuo, adhuc illo loquente, cantauit gallus. Et conuersus Dñs respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus, fleuit amare. Et viri qui tenebant Iesum, illudabant ei, cadentes. Et velauerunt eum: & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum, dicentes. s Prophetiza, quis est qui te percussit? c Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotum & scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes. s Si tu es Christus, dic nobis? c Et ait illis. ✠ Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. c Dixerunt autem oēs. s Tu ergo es filius Dei? c Qui ait. ✠ Vos dicitis, quia ego sum. c At illi dixerunt. s Quid



adhuc desideramus testimónium? Ipse enim audiuimus de ore eius. **C** Et surgens omnis multitúdo eorum, duxerunt illū ad Pilatū. Cœperunt autē accusāre illū, dicentes. **S** Hunc inuenimus subuertentem gentem nostrā: & prohibentē tribūta dari Cæsari, & dicentem se Christum regē esse. **C** Pilatus autē interrogāuit eū, dicens. **S** Tu es rex Iudæorum? **C** At ille respondēs ait. **✠** Tu dicis. **C** Ait autē Pilatus ad principes sacerdotum & turbas. **S** Nihil inuenio causæ in hoc homine. **C** At illi inualescebant, dicētes. **S** Cōmōuit pópulū, docēs per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsq; huc. **C** Pilatus autē audiēs Galilæā, interrogāuit si homo Galilæus esset. Et vt cognōuit, quòd de Heròdis potestate esset, remisit eum ad Heròdē, qui & ipse Hierosólymis erat illis diēbus. Heròdes autem viso Iesu, gauisus est valde. Erat enim cūpiens ex multo tēpore vidēre illum, eò quòd audierat multa de illo: & sperābat signū aliquod vidēre ab eo fieri. Interrogābat autem illum multis sermónibus. At ipse nihil illi respondēbat. Stabāt autē principes sacerdotum & scribæ cōstāter accusāntes eū. Spreuit autē illum Heròdes cū exercitu suo: & illū sit indūtum veste alba, & remisit ad Pilatū. Et facti

sunt amici Heròdes & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erāt ad inuicem. Pilatus autē conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos. **S** Obtulistis mihi hūc hominē, quasi auertentē pópulum: & ecce ego coram vobis intērogās, nullā causam inuenio in homine isto ex his in quibus eū accusātis. Sed neque Heròdes. Nā remisit vos ad illum: & ecce, nihil dignū morte actum est ei. Emēdātum ergo illū dimittam. **C** Necesse autem habēbat dimittere eis per diem festū, vnum. Exclamāuit autē simul vniuersa turba, dicens. **S** Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. **C** Qui erat propter seditiōnē quandā factam in ciuitate & homicidium, missus in cárcerem. Iterum autem Pilatus locūtus est ad illos, volēs dimittere Iesum. At illi succlamābāt, dicentes. **S** Crucifige, crucifige eum. **C** Ille autē tertio dixit ad illos. **S** Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, & dimittā. **C** At illi instābant vóibus magnis postulāntes vt crucifigētur: & inualescebant voces eorū. Et Pilatus adiudicāuit fieri petitiōnē eorum. Dimisit autē illis eum qui propter homicidium & seditiōnem missus fuerat in cárcerē, quem petēbant: Iesum.



Iesum verò tradidit voluntatí eò-  
rū. Et cùm duceret eum, apprehen-  
derūt Simônē quendā Cyrenen-  
sem venientem de villa: & impo-  
suerūt illi crucem portāre post Ie-  
sum. Sequebatur autē illum multa  
turba pópuli, & mulierū: quæ plā-  
gebant & lamētabāntur eū. Con-  
uērsus autē Iesus ad illas, dixit. ✠  
Filiæ Hierúsalē, nolite flere super  
me: sed super vos ipsas flete, & su-  
per filios vestros. Quóniā ecce vé-  
nient dies, in quibus dicent. Beátæ  
stériles, & vētres qui nō genuerūt,  
& vbera quæ nō lactauerūt. Tunc  
incipient dicere mōntibus, cādite  
super nos: & cōllibus, operite nos.  
Quia si in viridi ligno hæc faciunt:  
in arido quid fiet? **C** Ducebantur  
autē & alij duo nequam cum eo,  
vt interficerentur. Et postquā ve-  
nerunt in locū qui vocātur Caluā-  
riæ, ibi crucifixerunt eū: & latrō-  
nes, vnum à dextris, & alterū à si-  
nistris. Iesus autem dicēbat. ✠ Pa-  
ter, dimitte illis: non enim sciunt  
quid faciunt. **C** Diuidētes verò ve-  
stimenta eius, miserunt sōrtes. Et  
stabat pópulus spectans: & deridē-  
bant eum príncipes cū eis, dicē-  
tes. **S** Alios saluos fecit: se saluū fá-  
ciat, si hic est Christus, Dei eléctus.  
**C** Illudēbant autē ei & mílites ac-  
cedētes, & acētum offerētes illi,  
& dicētes. **S** Si tu es rex Iudæorū,

saluum te fac. **C** Erat autē & super-  
scriptio scripta super eū literis Grę-  
cis, & Latínis, & Hebráicis: Hic est  
rex Iudæorū. Vnus autē de his qui  
pendēbant latrónibus, basphemā-  
bat eū, dicens. **S** Si tu es Christus,  
saluum fac temetípsum, & nos. **C**  
Respōdens autē alter, increpabat  
eum, dicens. **S** Neq; tu times Deū,  
qui in eādē damnatiōne es? Et nos  
quidē iustē, nā digna factis recípi-  
mus: hic verò nihil mali gessit. **C** Et  
dicēbat ad Iesum. **S** Dñe, memēto  
mei, cūm véneris in regnū tuum.  
**C** Et dixit illi Iesus. ✠ Amen dico  
tibi: hódie mecū eris in paradíso.  
**C** Erat autē ferè hora sexta: & tēne-  
bræ factæ sunt in vniuersam terrā,  
vsque in horam nonā. Et obscurá-  
tus est Sol: & velū templi scissum  
est médium. Et clamans Iesus voce  
magna, ait. ✠ Pater, in man⁹ tuas  
commēdo spíritū meū. **C** Et hæc  
dicēs, expirāuit. **Hic pausat aliquā-  
tulum, & genuflectitur.** Vidēs autem  
Centúrio quod factum fúerat, glo-  
rificauit Deum, dicens. **S** Verè hic  
homo iustus erat. **C** Et omnis tur-  
ba eòrum qui simul áderāt ad spe-  
ctáculum istud, & vidēbant quæ  
fiēbant: percutiētes pēctora sua,  
reuertebāntur. Stabant autem om-  
nes noti eius à longè: & mulieres,  
quæ secútæ erant eum à Galilæa,  
hæc vidētes.



Hic legitur in tono euangelij,  
& alia fiunt vt suprâ.

**E**T ecce, vir nómine Ioseph, qui erat decúrio: vir bonus, & iustus: hic non consenserat cõsilio & áctibus eõrũ: ab Arimathia ciuitate Iudææ: qui expectâbat & ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilátum, & pètiit corpus Iesu. Et depõsitum inuóluit sindone: & pòsuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam pòsitus fúerat.

*Psal. 102.* **Offertorium.** Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perueniat: ne auertas faciem tuam à me.

**Secreta.**

**S**Vscipe, quæsumus, Dómine, munus oblátum, & dignanter operâre: vt quod passiónis filij tui Dómini nostri mystério gérimus, piis afféctibus consequâmur. Per Dóminum nostrum.

protege, vel Oblatis.

*Psal. 102.* **Communio.** Potum meum cum fletu temperabam: quia eleuás allisisti me, & ego sicut scœnum arui: tu autem Dñe in æternum permanes: tu exurgens miseraberis Sion, quia venit tempus miserendi eius.

**Postcommunio.**

**L**Argire sènsibus nostris omnipotens Deus: vt, per temporâlem filij tui mortem, quam mystéria venerânda testântur, vitã tenobis dedisse perpétuam cõfidâmus. Per eundem Dóminum nostrum.

Vel Quæsumus. vel Hæc nos.

Super populum. Oremus.


Humiliate capita vestra Deo.

**R**Espice, quæsumus, Dómine, super hanc familiam tuam, pro qua Dñs noster Iesus Christus non dubitâuit mânibus tradi nocētium, & Crucis subire tormentum. Qui tecum viuuit.

**F E R I A Q V I N T A**  
in Cœna Dómini.

*Statio ad S. Ioannem in Laterano.*

**Introitus.**



**N**os autē *Gal. 6.* gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est sal<sup>o</sup>, vita, & resur-

rectio nostra: per quẽ saluati & liberati sumus. *Psalm.* Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. **N**os autem. dicitur, Gloria in excelsis.

**Oratio.**

**D**Eus, à quo & Iudas reátus sui pœnam, & confessiõnis suæ latro præmium sumpsit: concède nobis tuę propitiatiõnis effectum: vt sicut in passióne sua Iesus Christus Dñs noster diuersa vtrisque in-

tulit



tulit stipendia meritōrum: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suæ gratiā largiatur. Qui tecum viuit, & regnat in vnitāte spīritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

*Et hæc Oratio tantum dicitur.*

*Lectio epistolæ beati Pauli  
Apóstoli ad Corínthios.*

**F** cap. 11 Ratres: Cōueniētibz vobis in vnum, iam non est Domīnicam cœnam māducāre. vnusquisque enim cœnam suam præsumit ad māducandum. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Nūquid domos non habētis ad māducandum & bibendum? Aut ecclēsiā Dei contēpnitis: & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim accēpi à Dōmino, quod & tradidi vobis: quoniam Dōminus Iesus in qua nocte tradebatur, accēpit panem: & grātias agens fregit, & dixit. Accipite, & manducate: hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemoratiōnem. Similiter & cālicem, postquam cœnauit, dicens. Hic calix, nouum testamētum est in meo sāguine. Hoc facite, quotiescunque bibitis, in meam commemoratiōnē. Quotiescunque enim māducābitis panem hunc, & cālicē bibētis: mor-

Matt. 26.  
Marc. 14.  
Luc. 22.

tem Dōmini annunciābitis, donec veniat. Itaque quicūque manducauerit panem, & biberit cālicem Dōmini indignè: reus erit corporis & sāguinis Dōmini. Probet autem seipsum homo: & sic, de pane illo edat, & de cālice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè: iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Dōmini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles: & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicāremus: non vtique iudicāremur. Dum iudicāmur autem: à Dōmino corrīpimur, vt non cū hoc mundo damnēmur.

*Graduale.* Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortē, mortem autem crucis. *V.* Propter quod & Deus exaltauit illum: & dedit illi nomē, quod est super omne nomen. Philip. 2.

*Sequētia sancti Euangēlij  
secūndum Ioānnem.*

**A** cap. 13. Nte diem festū Paschæ, sciēs Iesus quia venit hora eius vt trāseat ex hoc mūdo ad patrē: cū dilexisset suos qui erāt in mūdo, in finem dilēxit eos. Et cœna facta, cū diabolus iam misisset in cor, vt trāderet eum Iudas Simōnis Iscariotes: sciens quia omnia dedit ei pater in man<sup>o</sup>, & quia à Deo exiuit, & ad Deū vadit: surgit à cœna, & ponit vestimēta sua. Et cū

M 4. acce-



accepisset lintheum, praecinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & coepit lauare pedes discipulorum, & extergere lintheo quo erat praecinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus. Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei. Quod ego facio, tu nescis modò: scies autem postea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in aeternum. Respondit ei Iesus. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciēbat enim quis nā esset qui traderet eum: propterea dixit, non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua. Et cum recubisset iterum, dicit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister & domine: & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, dñs & magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. *Et dicitur Credo.*

*Psalm. 117.* **O**ffertorium. *D*extera Domini fecit virtutē: dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini.

*Secreta.*

**I**psē tibi, quæsumus, Domine sancte, pater omnipotens, æternē Deus, sacrificium nostrum reddat acceptum, qui discipulis suis in sui cōmemoratiōne hoc fieri hodierna traditiōne monstrauit, Iesus Christus filius tuus, Dominus noster: Qui tecum uiuit.

*Præfatio de Cruce. Infra actionem.*

**C**ommunicantes, & diem sacratissimum celebrantes, quo Dominus noster Iesus Christus pro nobis est traditus. Sed & memoriam venerantes, in primis gloriose semperq; virginis Mariæ, genitricis Dei, & Domini nostri Iesu Christi. Sed & beatorum Apostolorum, ac martyrum tuorum Petri & Pauli, Andréæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thadæi: Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrylogoni, Ioannis & Pauli, Cosmæ, & Damiāni, & omnium sanctorum tuorum: quorum meritis, precibusque cōcedas: ut in omnibus protectiōnis tuæ muniāmur auxilio. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

*Alia infra actionem.*

**H**anc igitur oblationē seruitutis nostræ, sed & cūctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, obdiem,



diem, in qua Dóminus noster Iesus Christus tradidit discipulis suis corporis & sanguinis sui mystéria celebránda: quæsumus, Dómine, vt placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas: atq; ab ætérna damnatióne nos éripi: & in electórum tuórum iúbeas grege numerári. Per eúndem Christú Dóminum nostrum. Amen.

**Q**uam oblatiõnem tu Deus in ómnibus, quæsumus, benedictam ✠ Ascriptam ✠ Ratam ✠ Rationábilem, acceptabilémq; fácere dignêris: vt nobis corpus ✠ & sanguis ✠ fiat dilectíssimi filij tui Dómini nostri Iesu Christi.

*Alia infra actionem*

**Q**ui pridie, quã pro nostra omniúmque; salúte pateretur, hoc est, hódie, accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas: & eleuátis óculis in cælum ad te, &c. vt in Canone. Agnus Dei dicitur: sed pax non datur.

**H**odie reseruat Sacerdos in loco honesto & conuenienti vnam hostiã consecratã pro die sequenti, in quo nõ conficitur: vel etiam plures, si necesse fuerit, pro infirmis: Sanguinem verò totú sumit. Deinde fiat communio: & postea completur Missa. Communio.

**D**ominus Iesus postquã cœnauit cum Discipulis suis, lauit pedes eorum, & ait illis: scitis quid fecerim vobis ego Do-

minus & magister? exemplum dedi vobis, vt & vos ita faciatis.

*Postcommunio.*

**R**efécti vitalib<sup>9</sup> alimétis, quæsumus, Dómine Deus noster: vt, quod témpore nostræ mortalitátis cultu exéquimur, tuæ immortalitátis múnere cõsequámur. Per Dóminum nostrum.

*Et dicitur I te missa est.*

**F**inita Missa, accenduntur in torticia: fit Processio more solito. Celebrás genuflectit ante Altare, imponit incésum in duobus thuribulis, & cum altero incensat ter Sacramentum: deinde de manu Diaconi accepto calice cum Sacramento, & cooperto extremitatibus veli, quo eius humeri tegútur, procedit medijs inter Diaconum à dextris, & Subdiaconum à sinistris sub baldachino, duobus Acoluthis Sacramentum continuè incensantibus vsque ad locú præparatum, vbi pro crastino seruandum est. Interea dum fit Processio, cantatur Hymnus: *Pange lingua gloriosi corporis mysteriũ.* Et tunc pulsantur campanæ, & deinceps nõ amplius vsque ad Sabbathum sanctum. Reposito Sacramento, & rursus incensato, in choro dicantur Vesperæ: postea Sacerdos cum ministris denudet Altaria, legendo Antiphonam. *Diuiserunt sibi uestimenta mea: & super uestem meam miserunt sortem.* Cum toto Psalmo, *Deus Deus meus respice in me.*



¶ Post denudationem altarium, hora competenti, facto signo cū tabula, conueniunt Clerici ad faciendum mandatum. Et cantato à Diacono Euangelio huius diei, scilicet: Ante diem festum Paschæ. maior abluit pedes minoribus: tergit & osculatur. Et interim hæc subscripta cantantur, vel omnia, vel in parte, pro dispositione cantorum. **Antiph.** Mandatū nouum do vobis: vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos, dicit Dominus. **Psal.** Beati immaculati in via, qui ambulat in lege Domini. Et repetitur immediatē **Antiph.** Mandatum nouum. Et sic aliæ **Antiphonæ**, quæ habent psalmos, vel versus, repetuntur. Et de quolibet psalmo non dicitur nisi vnus. **Antiphona.** Postquam surrexit Dominus à cœna, misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum suorum: hoc exemplum reliquit eis. **Psal.** Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. **Antiphona.** Dominus Iesus postquam cœnauit cum Discipulis suis, lauit pedes eorum, & ait illis: scitis quid fecerim vobis ego Dominus & magister? exemplum dedi vobis: vt & vos ita faciatis. **Psal.** Benedixisti Domine terram tuam; auertisti captiuitatem Iacob. **Antiphona.** Domine tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: si non lauero tibi pedes, nō habebis partē mecum. Si ergo ad Simonē Petrum, & dixit ei Petrus. Et repetitur **Antiph.**

Domine, tu mihi lauas pedes? respondit Iesus, & dixit ei: si nō lauero tibi pedes, nō habebis partem mecū. Quod ego facio, tu nescis modò: scies autē postea. Tertiò repetitur **Antiph.** Domine, tu mihi lauas pedes? respondit Iesus, & dixit ei: si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. Si ego Dominus & magister vester laui vobis pedes: quantò magis debetis alter alterius lauare pedes? **Psal.** Audite hæc omnes gentes: auribus percipite qui habitatis orbē. **Antiphona.** In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli: si dilectionem habueritis ad inuicē. Dixit Iesus Discipulis suis. **Antiphona.** Maneat in vobis fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horū est charitas. Nūc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior horum est charitas. **Antiph.** Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa Vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. Benedicamus patrem, & filium, cum sancto Spiritu. **Psal.** Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! concupiscit & defecit anima mea in atria Domini. **Antiphona.** Vbi charitas & amor, Deus ibi est. Congregauit nos in vnum Christi amor. Exultemus, & in ipso iucundemur. Timeamus, & amemus Deum viuum. Et ex corde diligamus nos sincero. Et repetitur **Antiphona.** Vbi charitas & amor, Deus ibi est. Simul ergo cum in vnum con-

grega-



gregamur. *ψ*. Ne nos in te diuidamur  
caueamus. *ψ*. Cessent iurgia maligna,  
cessent lites. *ψ*. Et in medio nostri sit  
Christus Deus. *Et repetitur Antiphona.*  
*Vbi charitas & amor, Deus ibi est. ψ.*  
Simul quoque cum beatis videamus.  
*ψ. Glorianter vultu tuu Christe Deus.*  
*ψ. Gaudium, quod est immensum, at-*  
*que probum. ψ. Sæcula per infinita se-*  
*culorum. Amē. Post lotionem, qui aliis*  
*abluit pedes, capite detecto dicit, Pater*  
*noster. ψ. Et ne nos. R. Sed libera. ψ.*  
*Tu mandasti mandata tua Domine. R.*  
*Custodiri nimis. ψ. Tu lauasti pedes di-*  
*scipulorum tuorum. R. Opera manuum*  
*tuarum ne despicias. ψ. Domine exau-*  
*di orationem meam. R. Et clamor meus*  
*ad te veniat. ψ. Dominus vobiscum. R.*  
*Et cum spiritu tuo. Oremus.*

## Oratio.

**A**desto, Domine, quæsumus,  
officio seruitutis nostræ: &  
quia tu discipulis tuis pedes lauâ-  
re dignatus es, ne despicias ópera  
manuum tuarum, quæ nobis reti-  
nenda mādasti: vt sicut hic nobis  
& à nobis exterióra abluuntur in-  
quinamēta: sic à te ómnium no-  
strum interióra lauentur peccata.  
Quod ipse præstare digneris, qui  
viuis & regnas, Deus, per ómnia  
sæcula sæculorum. *R. Amen.*

FERIA SEXTA  
in Parasceue.

## Statio ad S. Crucem in Hierusalem.



Finita No-  
na, Sacer-  
dos & mi-  
nistri indu-  
ti vestimē-  
tis nigri co-  
loris, pro-  
cedunt sine  
luminari-

bus, & incenso: & ante Altare prostrati  
aliquādiu orant. Interim acoluthi vnam  
tantum tobaleam extendunt super Al-  
tare. Sacerdos cum ministris facta ora-  
tione, accedit ad altare: deinde Subdia-  
conus procedit ad legendum, & sine ti-  
tulo incipit prophetiam:

**H**Æc dicit Dominus. In tri-<sup>ose 6.</sup>  
bulatiōe sua manè confúr-  
gent ad me. Venite, reuertamur ad  
Dominum: quia ipse cepit, & sanâ-  
bit nos: percútiēt, & curâbit nos.  
Viuificâbit nos post duos dies: &  
in die tertio suscitâbit nos, & viuē-  
mus in cōspēctu eius. Sciēmus, se-  
quemurq; , vt cognoscāmus Dñm.  
Quasi dilúculū præparatus est e-  
grēssus eius: & veniet quasi imber  
nobis tēporāneus & serotinus ter-  
ræ. Quid faciā tibi Ephraim? quid  
faciam tibi Iuda? Misericórdia ve-  
stra quasi nubes matutina: & qua-  
si ros manè pertrānsiēs. Propter hoc  
dolāui



dolui in prophetis: occidi eos in verbis oris mei. Et iudicia tua, quasi lux, egredientur. Quia misericordiam volui, & non sacrificium: & scientiam Dei plus quam holocausta.

*Abac. 3.* **Tractus.** **D**ñe, audiui auditum tuum, & timui: consideraui opera tua, & expaui. **ψ**. In medio duorum animalium innotesces: dum appropinquauerint anni, cognosceris: dum aduenerit tempus, ostenderis. **ψ**. In eo, dum conturbata fuerit anima mea: in ira, misericordiam memor eris. **ψ**. Deus à Libano veniet, & sanctus de monte umbroso, & condenso. **ψ**. Operuit celos maiestas eius: & laudis eius plena est terra.

Finito Tractu, Sacerdos dicit, **O** remus. **Diaconus**, Flectamus genua. & **Subdiaconus**, Leuate.

**D**eus, à quo & Iudas proditor reatus sui poenam, & confessionis suae latro praemium sumpsit: concede nobis tuae propitiationis effectum: ut sicut in passione sua Iesus Christus Dñs noster diuersa vtriusque intulit stipendia meritum: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suae gratiam largiatur. Qui tecum viuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. **℞**. Amen.

**Subdiaconus dicit sine titulo lectionem secundam in tono prophetiae, ut ante.**

*Exod. 12.* **I**N diebus illis: Dixit Dominus ad Moysen & Aarō in terra Æ-

gypti. Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum coetum filiorum Israel, & dicitur ei. Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. sin autem minor est numerus, ut sufficere possit ad vescendum agnum: assumet vicinum suum, qui iunctus est domui suae: iuxta numerum animarum quae sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque macula, masculus anniculus: iuxta quem ritum tollentis & hœdum. & seruabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis huius. Immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Et sument de sanguine eius: ac ponent super vtrumque postem, & in superliminibus domorum, in quibus comedet illum. Et edet carnes nocte illa assas igni, & azymos panes, cum lactucis agris. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua: sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis: & os eius non confringetis: nec remanebit ex eo quicquam usque mane. Si quid residuum fuerit, igni comburentis. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis: & calciamenta habebitis in pedibus: tenentes baculos in manibus: & comedetis festinanter. Est enim phase (id est transitus) Dñi.



Psal. 139

**Tractus.** Eripe me, Dñe, ab homine malo: à viro iniquo libera me. **✠** Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die constituebant praelia. **✠** Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenū aspidū sub labiis eorum. **✠** Custodi me, Dñe, de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis libera me. **✠** Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueū mihi. **✠** Et funes extenderunt in laqueū pedibus meis: & iuxta iter scandalum posuerunt mihi. **✠** Dixi Dño, Deus meus es tu: exaudi Dñe vocē orationis meæ. **✠** Dñe dñe virtus salutis meæ, obumbra caput meum in die belli. **✠** Ne tradas me à desiderio meo peccatori: cogitauerunt aduersum me: ne derelinquas me, ne vnquam exaltentur. **✠** Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorū operiet eos. **✠** Verūta-men iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

**Finito tractu, Passio super nudum pulpitem dicitur.**

**Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Ioannem.**

Cap. 18.

**I**n illo tempore: Egressus est Iesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus: in quē introiuit ipse & discipuli eius. Sciēbat autē & Iudas, qui tradēbat eū; locū: quia frequēter Iesus conuēnerat illuc cū discipulis suis. Iudas ergo cū accepisset cohortē, & à pōtificibus & Pharisæis mi-

nistros: venit illuc cū latēnis, & fācibus, & armis. Iesus itaque sciens omnia, quæ ventūra erāt super eū: processit, & dixit eis. **✠** Quē queritis? **✠** Respōdērūt ei. **✠** Iesum Nazarenū. **✠** Dixit eis Iesus. **✠** Ego sum. **✠** Stabat autem & Iudas, qui tradēbat eū; cū ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum: abiērūt retrorsum, & ceciderunt in terrā. Iterū ergo eos interrogāuit. **✠** Quē queritis? Illi autē dixerunt. **✠** Iesum Nazarenū. **✠** Respōdit Iesus. **✠** Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me queritis, sinite hos abire. **✠** Vt implerētur sermo quē dixit: quia quos dedisti mihi, nō perdidisti ex eis quēquam. Simon ergo Petrus habens gladiū, eduxit eū: & percussit pontificis seruū: & abscidit auriculam eius dexterā. Erat autē nomē serui Malchus. Dixit ergo Iesus Petro. **✠** Mitte gladiū tuū in vaginam. Cālicē quē dedit mihi pater, non vis vt bibā illū? **✠** Cohors ergo & tribūnus & ministri Iudæorū comprehēdērūt Iesum, & ligauerunt eum: & adduxērunt eū ad Annam primū. Erat enim focer Cāiphæ, qui erat pōntifex anni illius. Erat autem Cāiphaz, qui consilium dederat Iudæis: quia expedit vnum hominē mori pro pōpulo. Sequebatur autē Iesum Simon Petrus, et alius discipulus. Discipulus autem ille,



ille, erat notus pontífici: & introiit cū Iesu in átrium pontíficis. Petrus autem stabat ad óstium foris. Exiuit ergo discipulus ille qui erat notus pontífici: & dixit ostiáriæ: & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiária. **s** Nunquid & tu ex discipulis es hóminis istius? **c** Dicit ille. **s** Non sum. **c** Stabant autem serui & minístri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebāt se. Erat autē cum eis & Petrus stās, & calefaciens se. Póntifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrína eius. Respōdit ei Iesus. **✠** Ego palàm locūtus sum mūdo. Ego semper dócui in synagóga, & in templo quo omnes Iudæi cōueniunt: & in occulto locūtus sum nihil. Quid me intérogas? Interroga eos, qui audiérunt quid locūtus sum ipsis. Ecce, hi sciunt quæ dixerim ego. **c** Hæc autē cū dixisset, vnus assistens ministrórum dedit álapam Iesu, dicens. **s** Sic respōndes pontífici? **c** Respōdit ei Iesus. **✠** Si malè locūtus sum, testimonium pérhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? **c** Et misit eum Annas ligatū ad Cáipham pontíficem. Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixérunt ergo ei. **s** Nunquid & tu ex discipulis eius es? **c** Negauit ille, & dixit. **s** Non sum. **c** Dicit ei

vnus ex seruis pontíficis, cognátus eius cuius abscidit Petrus aurículam. **s** Nónne ego te vidi in horto cum illo? **c** Iterū ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit. Adducūt ergo Iesum à Cáipha in prætorium. Erat autem mane. Et ipsi non introiérunt in prætorium, vt non cōtaminaréntur: sed vt manducarent Pascha. Exiuit ergo Pilátus ad eos foras, & dixit. **s** Quæ accusatióem affértis aduersus hóminem hunc? **c** Respondérunt, & dixérunt ei. **s** Si non esset hic malefáctor, non tibi tradidissēmus eum. **c** Dixit ergo eis Pilátus. **s** Accipite eum vos, & secundū legem vestram iudicáte eum. **c** Dixérunt ergo ei Iudæi. **s** Nobis non licet interficere quenquam. **c** Vt sermo Iesu implerétur quem dixit: significans qua morte esset moritūrus. Introiuit ergo iterū Pilátus in prætorium, & vocauit Iesum, & dixit ei. **s** Tu es rex Iudæorū? **c** Respōdit Iesus. **✠** A temetípso hoc dicis, an álij tibi dixérunt de me? **c** Respōdit Pilátus. **s** Nunquid ego Iudæus sum? Genstua, & pontífices tradidérunt te mihi. Quid fecísti? **c** Respōdit Iesus. **✠** Regnū meum non est de hoc mūdo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, minístri mei vtique decertarent, vt non tráderer Iudæis. Nunc autem regnum



regnum meum non est hinc . **C** Dixit itaque ei Pilatus . **S** Ergo rex es tu? **C** Respondit Iesus . **✠** Tu dicis, quia Rex sum ego . Ego in hoc natus sum , & ad hoc veni in mundum, vt testimoniũ perhibeam veritati . Omnis qui est ex veritate, audit vocem meã . **C** Dicit ei Pilatus . **S** Quid est veritas ? **C** Et cum hoc dixisset, iterũ exiit ad Iudæos, & dicit eis . **S** Ego nullam inuenio in eo causam . Est autẽ cõsuetudo vobis, vt vnum dimittã vobis in Pascha . Vultis ergo dimittã vobis regem Iudæorum ? **C** Clamauerunt rursus omnes, dicẽtes . **S** Nõ hunc, sed Barabbam . **C** Erat autẽ Barabbas latro . Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum , & flagellauit . Et milites plectentes corõnam de spinis, imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circumdederunt eum . Et veniebant ad eum, & dicebant . **S** Aue Rex Iudæorum . **C** Et dabat ei alapas . Exiit iterum Pilatus foras, & dicit eis . **S** Ecce adduco eũ vobis foras: vt cognoscãtis, quia in eo nullam causam inuenio . **C** Exiit ergo Iesus portans spineam corõnam , & purpureum vestimentum . Et dicit eis . **S** Ecce homo . **C** Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri, clamabant, dicentes . **S** Crucifige , crucifige eum . **C** Dicit eis Pilatus . **S** Accipite eum

vos, & crucifigite . Ego enim non inuenio in eo causam . **C** Responderunt ei Iudæi . **S** Nos legem habemus: & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit . **C** Cũ ergo audisset Pilatus hunc sermonem , magis timuit . Et ingressus est prætorium iterum : & dicit ad Iesum . **S** Vnde es tu? **C** Iesus autem responsum non dedit ei . Dicit ergo ei Pilatus . **S** Mihi non loqueris ? Nescis , quia potestatem habeo crucifigere te , & potestatem habeo dimittere te ? **C** Respondit Iesus . **✠** Non haberes potestatem aduersum me vllã , nisi tibi datum esset desuper . Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet . **C** Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum . Iudæi autem clamabant, dicentes . **S** Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris . Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari . **C** Pilatus autem cum audisset hos sermones , adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithóstrotos, Hebræice autem Gabbatha . Erat autẽ Parasceue Paschæ, hora quasi sexta . Et dicit Iudæis . **S** Ecce rex vester . **C** Illi autẽ clamabãt . **S** Tolle, tolle, crucifige eum . **C** Dicit eis Pilatus . **S** Regẽ vestrũ crucifigam? **C** Responderunt pontifices . **S** Non habemus regem, nisi Cæsarem .

**C** Tunc



**C** Tunc ergo tradidit eis illū, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum: & eduxerunt. Et baiulās sibi crucē, exiuit in eū qui dicitur Caluariae locū: Hebraicē autē Gólgotha: vbi eū crucifixerunt: & cū eo alios duos hinc & hinc, mediū autem Iesum. Scripsit autē & titulū Pilātus: & posuit super crucē. Erat autē scriptū, Iesus Nazarenus, rex Iudæorum. Hūc ergo titulū multi legērunt Iudæorū: quia prope ciuitatē erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicē, Græcē, & Latīnē. Dicēbant ergo Pilāto pontīfices Iudæorū: **S** Noli scribere rex Iudæorū: sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum. **C** Respondit Pilātus. **S** Quod scripsi, scripsi. **C** Milites ergo cū crucifixissent eū, acceperunt vestimēta eius (& fecerūt quatuor partes, vnicuique militi partē) & tunicam. Erat autem tunica incōsūtilis, desuper cōtēxta per totū. Dixērunt ergo ad iuicē. **S** Non scindāmus eam, sed fortiāmur de illa cuius sit. **C** Vt scriptūra impleretur, dicens. Partiti sunt vestimēta mea sibi: & in vestē meam miserūt sortē. Et milites quidem hęc fecerūt. Stabāt autem iuxta crucē Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cléophæ, & Maria Magdalēne. Cū vidisset ergo Iesus matrē & discipulum stan-


tem quē diligēbat, dicit matri suæ. **✠** Mulier, ecce filius tuus. **C** Deinde dicit discipulo. **✠** Ecce mater tua. **C** Et ex illa hora accēpit eā discipulus in sua. Pōstea sciens Iesus quia iam omnia cōsummāta sunt, vt consummareretur scriptūra, dicit. **✠** Sitio. **C** Vas ergo positū erat aceto plenū. Illi autem spōngiā plenam aceto, hyssōpo circūponētes, obtulerunt ori eius. Cū ergo accepisset Iesus acētū, dixit. **✠** Consummātū est. **C** Et inclināto cāpite, tradidit spīritū. **Hic pausatur aliquantulū & genuflectitur.** Iudæi ergo, quōniā Parāscēue erat, vt non remanerēt in cruce cōrpora sabbatho (erat enim magn⁹ dies ille sabbathi) rogauerūt Pilātū vt frangerentur eorū crura, & tollerentur. Venērunt ergo milites: & primi quidē fregērunt crura, & alterius qui crucifixus est cū eo. Ad Iesum autē cū venissent, vt viderūt eum iam mortuū, non fregērūt eius crura, sed vnus militū lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimōnium perhibuit: & verū est testimōnium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credātis. Facta sunt enim hęc, vt scriptūra impleretur. Os non comminuētis ex eo. Et iterum alia scriptūra dicit. Vidēbunt in quem transfixerunt.



Hic legitur in tono euangelij  
sine incenso, & luminari-  
bus, & benedictione.

**P**ost hæc autem rogâuit Pilâ-  
tum Ioseph ab Arimathia (eò  
quòd esset discipulus Iesu, occul-  
tus autem propter metum Iudæô-  
rû) vt tólleret corpus Iesu. Et per-  
mîsit Pilâtus. Venit ergo, & tulit  
corpus Iesu. Venit aut & Nicodê-  
mus, qui vénerat ad Iesum nocte  
primùm, ferēs mixtûram myrrhæ  
& aloës, quasi libras centû. Accepé-  
runt ergo corpus Iesu, & ligauerûnt  
illud linteis cum aromátibus, sicut  
mos est Iudæis sepelîre. Erat autē  
in loco vbi crucifixus est, hortus:  
& in horto monuméntum nouû,  
in quo nondum quisquam pòsitus  
erat. Ibi ergo propter Parásceuen  
Iudæôrum, quia iuxta erat monu-  
méntum, posuerunt Iesum.

Deinde Sacerdos stans in cornu epi-  
stolæ, incipit absolutè.




O rēmus, dilectissimi nobis pro



ecclēsia sancta Dei: vt eā Deus &




Dñs noster, pacificāre, adunā-



re, & custodîre dignētur: toto



orbe terrarum, subiiciens e i



principatus & potestates: detq;



nobis quiētam & tranquillam



vitam degentibus, glorificāre




Deum patrem omnipotentem.



Diaconus.

O rēmus.

Flectāmus



Subdiaconus

Resp.

gēna.

Leuāte.

Oratio sequens cantatur in tono O-  
rationis Missæ: & hic modus seruatur in  
subsequentibus.

N

Omnípo-



**O** Mnípotēs sempitérne Deus: qui glóriam tuã ómnibus in Christo géntibus reuelásti: custódi ópera misericórdiæ tuæ: vt eccléſia tua toto orbe diffúſa, ſtábili fide in confessiõne tui nóminis perfeuêret. Per eúndem Dñm nostrum. Iesum Christum filium tuum: qui tecũ uiuit & regnat, in vnitãte spíritus sancti Deus: per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

**O** Rêmus & pro beatíſſimo Papa nostro **N.** vt Deus & Dóminus noster, qui elêgit eũ in órđine episcopátus, saluum atq; incólumem custódiat eccléſiæ suę sanctę, ad regéndum pópulũ sanctũ Dei.

*O* remus.

Flectamus genua. *R.* Leuate.

**O** Mnípotēs sempitérne Deus, cui⁹ iudicio vniuersa fundántur: réspice propítius ad preces nostras: & eléctum nobis antístitem tua pietãte conférua: vt Christiãna plebs, quæ te gubernãtur auctóre, sub tãto pontífice, credulitãtis suæ méritis augeãtur. Per Dóminum nostrum. *R.* Amen.

**O** Rêmus & pro ómnibus Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconib⁹, acoluthis, exorcístis, lectóribus, ostiãriis, cõfessóribus, virgíribus, víduis: & pro omni pópulo sancto Dei. *O* remus. Flectamus genua. *R.* Leuate.

**O** Mnípotēs sempitérne Deus, cuius spíritu totũ corpus eccléſiæ sanctificãtur, & régitur: exáudi nos pro vniuersis órđinibus supplicãtes: vt grãtiæ tuę múnere, ab ómnibus tibi grãdibus fideliter seruiãtur. Per Dóminum. in vnitate eiusdem. *R.* Amen.

**O** Rêmus & pro Christianíſſimo Imperatóre nostro **N.** vt Deus & Dñs noster súbditas illi fáciat omnes bárbaras natiónes, ad nostram perpétuam pacem.

*O* remus.

Flectamus genua. *R.* Leuate.

**O** Mnípotēs sempitérne Deus, in cuius manu sunt ómniũ potestãtes, & ómniũ iura regnórum; réspice ad Romãnum benignus impérium: vt gentes, quæ in sua feritãte confidunt: poténtiæ tuæ dextera comprimãntur. Per Dóminum. *R.* Amen.

**O** Rêmus & pro catechúmenis nostris: vt Deus & Dóminus noster adapériat aures præcordiórum ipsórum, ianuãmq; misericórdiæ: vt per lauãcrum regeneratiónis, accépta remissiõne ómniũ peccatórũ, & ipsi inueniãtur in Christo Iesu Dómino nostro.

*O* remus.

Flectamus genua. *R.* Leuate.

**O** Mnípotēs sempitérne Deus: qui eccléſiam tuã noua semper



per prole foecundas: auge fidem & intellectum catechumenis nostris: vt renati forte baptísmatis, adoptiōnistuæ filiis aggregētur. Per Dóminum. *R.* Amen.

**O** Rêmus, dilectíssimi nobis, Deū patrē omnipotētē: vt cunctis mundū purget erroribus: morbos auferat: famē depellat: aperiat cárceres: vñcula dissoluat: peregrinantibus rēditū: infirmātibus sanitatem: nauigantibus portum salutis indulgeat.

*O* remus.

Flectamus genua. *R.* Leuate.

**O** Mnípotēs sempitérne Deus, moestōrum consolatio, laborantium fortitūdo: peruēniant ad te preces de quacūque tribulatiōne clamātium: vt omnes sibi in necessitatibus suis misericórdiam tuam gaudeant affuisse. Per Dóminum. *R.* Amen.

**O** Rêmus & pro hæréticis, & schismáticis: vt Deus & Dóminus noster éruat eos ab erroribus vniuersis; & ad sanctam matrē ecclésiā catholicā atque apostólicā reuocāre dignētur.

*O* remus.

Flectamus genua. *R.* Leuate.

**O** Mnípotēs sempitérne Deus, qui saluas omnes, & néminē vis perire: respice ad ánimas diabólica fraude decéptas: vt omni

hærética prauitate depósita, errantium corda resipiscant; & ad veritatis tuæ rédeant vnitātē. Per Dóminum. *R.* Amen.

**O** Rêmus & pro páfidis Iudæis: vt Deus & Dóminus noster auferat velāmen de córdibus eorum: vt & ipsi agnóscant Iesum Christum Dóminum.

*Nō respōdetur Amē. sed statim dicitur.*

**O** Mnípotēs sempitérne Deus, qui étiam Iudáicā perfidiā à tua misericórdia nō repellis: exaudi preces nostras, quas pro illius populi obcæcatiōne deférimus: vt, ágnita veritatis tuę luce, quæ Christus est, à suis ténébris eruatur. Per eundem Dóminum. *R.* Amen.

**O** Rêmus & pro pagánis: vt Deus omnípotēs auferat iniquitatem à córdibus eorū: vt relictis idólis suis, cōuertantur ad Deū viuum & verum, & vnicum filiū eius Iesum Christum Deū & Dóminum nostrum; cum quo viuít & regnat cum spírítu Sãcto Deus, per ómnia sæcula sæculōrum.

*Non respōdetur. Amē. O* remus.

Flectamus genua. *R.* Leuate.

**O** Mnípotēs sempitérne Deus, qui non mortem peccatōrū, sed vitam semper inquirit: suscipe propítius oratiōnem nostram: & libera eos ab idolōrum cultura: & aggrega ecclésiæ tuæ sanctæ, ad




laudem & glóriã nóminis tui. Per  
Dóminum. R̃. Amen.

Cópletis Orationibus, Sacerdos de-  
posita casula, procedit ad cornu episto-  
læ, & ibi in posteriori parte anguli altaris  
accipit crucẽ à ministris sibi præparatã:  
quam versa facie ad chorũ, à summita-  
te parũ discooperit, incipiẽs solus añam.  
**Eccelignum crucis.** Ab illo loco in an-  
tea iuuatur in cantu à ministris vsque ad  
**Venite adoremus.** Choro verò cãtante  
**Venite adoremus,** omnes se prosternũt.  
Deinde procedit ad anteriorẽ partẽ an-  
guli eiusdem cornu epistolæ: & discoo-  
periens amplius Crucem, eleuans eam  
paulisper altiũs, quàm primò, incipit,  
**Eccelignum crucis.** aliis cantantibus &  
adorantibus, vt sup. Deinde sacerdos  
procedit ad mediũ altaris: & discoope-  
riens Crucem totaliter, ac eleuando eam  
tertiò, altiũs incipit, **Eccelignum crucis.**  
aliis cantantibus, & adorantibus, vt su-  
prã. Postea Sacerdos deponit crucem in  
loco ad hoc præparato ante altare.




Ecce li gnum cru cis, in



quo sa lus mundi pe pèn-



dit. Chorus. R̃. Ve nĩ-



te ad o rê mus.

Deinde deponit calceamenta: & accedit  
ad adorandum Crucẽ, ter genua flectẽs  
ante deosculatiõẽ Crucis. Hoc factò,  
reuertitur, & accipit calceamenta, & Ca-  
sulã. Postmodum ministri altaris, deinde  
alij, ter genibus flexis, vt dictũ est, crucẽ  
adorant. Interim dũ fit adoratio crucis,  
cantãtur impropria, & alia quæ sequũ-  
tur totaliter, vel in parte, prout multitu-  
do adorantium vel paucitas requirit, hoc  
modo. Duo Cãtores cãtãt in medio cho-  
ri.  $\psi$ . Popule me<sup>9</sup>. vsq; ad Agios otheos.  
 $\psi$ . Popule meus quid feci tibi? aut in  
quo cõtristavi te, respõde mihi?  $\psi$ . Quia  
eduxi te de terra Aegypti: parasti crucem  
saluatori tuo. **Vnus chorus cãtat, Agios**  
**ô theos.** Alius chorus respõdet, **Sanctus**  
**Deus.** Primus chorus, **Agios ischyros.**  
Secũdus chorus, **Sanctus fortis.** Primus  
chorus, **Agios athanatos eleisõ imas.** Se-  
cundus chorus, **Sanctus & immortalis**  
**miserere nobis.** Postea duo de secundo  
choro cantãt  $\psi$ . Quia eduxi te per deser-  
tum quadraginta annis: & mãna cibauì  
te, & introduxi te in terram satis optimã.  
Chori respondent alternatim, **Agios o**  
**theos, &c. Sãctus Deus, &c.** Ita tamen,  
quòd primus chorus semper repetit **A-**  
**gios.** Deinde duo de primo choro can-  
tãt.  $\psi$ . Quid vltrã debui facere tibi, & nõ  
feci? Ego quidẽ plantaui te vineã meam  
spe-



speciosissimā: & tu facta es mihi nimis amara: aceto namque sitim meā potasti: & lācea perforasti latus saluatori tuo. **Itē chori alternatim respōdent.** Agios o theòs. Sanctus, &c. **Versus sequētis improprij à duobus cātoribus alternatim cantantur, vtroq; choro simul repetente post quemlibet versum.** Popule meus. vsq; ad, Quia eduxi te de terra Aegypti.

**Incipiunt impropria. Duo de secūdo choro cātant ḡ.** Ego propter te flagellavi Aegyptū cū primogenitis suis: & tu me flagellatū tradidisti. **Chorus repetit.** Popule meus. **Duo de primo choro. ḡ.** Ego eduxi te de Aegypto, demerso Pharaone in mare rubrū: & tu me tradidisti principibus sacerdotū. **Chorus.** Popule me⁹.

**Duo de secūdo choro. ḡ.** Ego ante te aperui mare: & tu aperuisti lancea latus meū. **Chorus.** Popule me⁹. **Duo de primo choro. ḡ.** Ego ante te preiui in colūna nubis: & tu me duxisti ad pretorium Pilati. **Chorus.** Popule me⁹. **Duo de secūdo choro. ḡ.** Ego te pavi manna per desertū: & tu me cecidisti alapis, & flagellis. **Chorus.** Popule me⁹. **Duo de primo choro. ḡ.** Ego te potavi aqua salutis de petra: & tu me potasti felle, & aceto. **Chorus.** Popule meus. **Duo de secūdo choro. ḡ.** Ego propter te Cananæorū reges percussi: et tu percussisti arundine caput meū. **Chorus.** Popule me⁹. **Duo de primo choro. ḡ.** Ego dedi tibi sceptrum regale: et tu dedisti capiti meo spineā coronā. **Chorus.** Popule me⁹. **Duo de secū-**

**do choro. ḡ.** Ego te exaltaui magna virtute: & tu me suspēdisti in patibulo crucis. **Chorus.** Popule meus. **Hæc Antiph.** Crucē tuā adoramus. **cū psalmo,** Deus misereatur nostri. **cātatur cōmuniter, & repetitur immediatē añā post ḡ.** **Antiph.** Crucē tuā adoramus Dñe: & sanctā resurrectionē tuā laudamus, & glorificamus. Ecce enim propter lignū venit gaudiū in vniuerso mūdo. **Psalms.** Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultū suū super nos, & misereatur nostri. **Deinde Hymn.** Crux fidelis. **Cū versibus Hymnorū sequentiū.** Pange lingua, Lustris sex qui iā. **Et cū repetitionibus, vt inferius ponūtur, prō dispositione Cantorū.** **Hym.** Crux fidelis, inter oēs arbor vna nobilis: nulla sylua talē profert frōde, flore, germine. Dulce lignū, dulces clauos, dulce pōdus sustinet. **Hym.** Pange lingua gloriosi præliū certaminis, & super crucis trophæo dic triūphū nobilē, qualiter redēptor orbis immolatus vicerit. **Repetitur Crux fidelis.** vsq; Dulce lignū. **Et sic fit quoties repetitur Crux fidelis. ḡ.** De parētis protoplasti fraude factor cōdolens: quando pomi noxialis morsu in mortē corrui: ipse lignū tūc notauit, dāna ligni vt solueret. **Repetitur Dulce lignū. ḡ.** Hoc opus nostræ salutis ordo depoposcerat, multiformis proditoris ars vt artē falleret: & medelā ferret inde, hostis vnde leferat. **Repetitur Crux fidelis. ḡ.** Quādo venit ergo sacri plenitudo tēporis, missus



est ab arce patris natus, orbis conditor:  
atq; ventre virginali caro factus prodiit.  
*Repetitur.* Dulce lignum. *ψ. V* agit in-  
fans inter arcta conditus præsepia: mem-  
bra pannis inuoluta virgo mater alligat:  
& manus, pedesq; crura stricta cingit fa-  
scia. *Repetitur* *C*ruce fidelis. *Alius hymn.*

*L*ustris sex, qui iã peractis, tēpus implēs  
corporis: se volente nat<sup>9</sup> ad hoc, passioni  
deditus: agnus in cruce leuatur immolā-  
dus stipite. *Repetitur.* Dulce lignū. *ψ.* *H*ic  
acetū, fel, arūdo, sputa, clauī, lācea: mite  
corpus perforatur: sanguis, vnda pro-  
fluit: terra, pōtus, astra mūdus, quo lauā-  
tur flumine. *Repetitur.* *C*ruce fidelis. *ψ.*

*F*lecte ramos arbor alta: tēsa lāxa visce-  
ra; & rigor lētescat ille, quē dedit natiui-  
tas: vt superni mēbra regis miti tēdas sti-  
pite. *Repetitur.* Dulce lignū. *ψ.* *G*loria &  
honor Deo vsquequaque altissimo, vna  
patri filioq; in clyto paraclito, cui laus est  
& potestas, per æterna sæcula. Amen.

*¶* Circa finē adorationis Crucis, accen-  
duntur candelæ super altare: & Diaconus  
accipiens bursam corporalium, extendit  
corporale more solito: & finita adora-  
tione, Crucē reuerēter accipit, & repor-  
tat ad altare. Postea ordinatur processio  
ad locū, vbi pridie Sacramentū repositū  
fuerat. Præcedit Crux inter duos Acolu-  
thos deferētes cādelabra cum cereis ac-  
cēsis, & clerus per ordinē, vltimus Sacer-  
dos cū ministris. Cū peruentū fuerit ad  
locū Sacramenti, accenduntur intortitia,  
quæ nō extinguātur nisi post sumptionē

Sacramenti: & sacerdos genuflectit ante  
Sacramentū, orat aliquantulū. Diaconus  
interim aperit capsulā, in qua reconditū  
est Corpus Dñi: postea Sacerdos impo-  
nit incēsum in duobus thuribulis, Dia-  
cono nauiculā ministrāte, & genuflexus  
incensat Sacramentū: deinde Diaconus  
extrahēs calicē cū Sacramēto de capsula,  
dat ad manus Sacerdotis, & tegit extre-  
mitatibus veli quod humeros Sacerdo-  
tis circūdat: & procedūt ordine quo ve-  
nerunt: defertur baldachinū super Sacra-  
mentū: & duo acoluthi cū thuribulis cō-  
tinuē Sacramentū incēfant: interim can-  
tatur Hymnus, *Vexilla regis prodeunt.*  
Cū venerit Sacerdos ad altare, posito  
super illud Sacramēto, genuflexus, rursus  
incēsat, & accedēs ponit hostiam super  
patenam quā Diaconus tenet: Deinde  
accipiens patenam cum Sacramento de  
manu Diaconi, hostiā sacrā ponit super  
corporale nihil dicēs: interim Diaconus  
imponit vinū in calicē, & Subdiaconus  
aquam: Sacerdos accipiens calicē à Dia-  
cono, ponit super altare, nihil dicens, &  
Diaconus illum cooperit: deinde impo-  
nens incensum in thuribulo, incēsat ob-  
lata & altare more solito, dicens.

**I**ncensum istud à te benedictū,  
ascēdat ad te, Dñe: & descēdat  
super nos misericórdia tua.

Cū incensat altare, dicit:

**D**irigatur, Dñe, oratio mea si-  
cut incēsum in cōspēctū tuo:  
elevatione mánuum meârum sacrifici-  
um



cium vespertinū. Pone, Dómine, custódiam ori meo, & óstium circūstantiæ lábiis meis: vt nō declinet os meū in verba malítię, ad excusándas excusatiónes in peccátis.

*Quando reddit thuribulum Diacono, dicit.*

**A**ccéndat in nobis Dóminus ignem sui amôris, & flammam æternæ charitátis. Amen.

*Postea lauat manus, nihil dicēs: deinde in medio altaris inclinatus, dicit:*

**I**n spíritu humilitátis & in animo contríto suscipiámur Dómine à te: & sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, vt pláceat tibi Dómine Deus.

*Deinde versus ad populum dicit:*

**O**râte fratres, vt meum ac vestrū sacrificiū, acceptábile fiat apud Deum patrē omnipoténtem.

*Consequenter, omissis aliis, dicit:*

**O**rêmus. **P**racéptis salutári-

bus móniti, & diuína institu-

tióne formati, audêmus dice-

re. **P**ater noster, qui es in cæ-

lis: sanctificêtur nomen tuum.

Aduéniat regnum tuum. Fiat

volúntas tua: sicut in cælo, &

in terra. Panem nostrum quoti-

diânium da nobis hódie. Et

dimítte nobis débita nostra:

sicut & nos dimíttimus de-

bitóribus nostris. Et ne nos in-





líbera nos à malo.

Sacerdos sub silentio dicto Amē. in eadem voce qua dixit Pater noster. absolute sine Oremus, in tono Orationis Missæ dicit.

**L**ibera nos, quæsumus, Dñe, ab omnibus malis, præteritis, præsentibus, & futuris: & intercedente beata & gloriósa semper vírgine Dei genitríce Maria, cū beáta apostolistuis Petro & Paulo, atque Andréa & omnib⁹ sanctis: da propítius pacē in diēb⁹ nostris: vt ope misericórdiæ tuæ adiúti, & à peccato simus semper líberi, & ab omni perturbatióne secúri. Per eúndem Dñm nostrū Iesum Christū filiū tuū: qui tecū viuit & regnat in vnitáte spíritus sancti, Deus: per ómnia sæcula sæculòrū. R. Amen.

Tunc Celebrás facta reuerentia vsque ad terrá, Sacramentū in dexterá accipit, & eleuat, vt videri possit à populo: & statim diuidit in tres partes: quarū vltimá mittit in calicē more solito, nihil dicēs. Pax Dñi, non dicitur, nec Agnus Dei, neq; pacis osculū datur. Postmodū prætermis̄sa Oratione Dñe Iesu Christe qui dixisti, quia facit mētionē de pa-

ce: & Oratione, Dñe Iesu Christe fili Dei viui, quia facit mētionē de sanguine, dicit tantūm Orationem sequentem.

**P**ercéptio cōrporis tui, Dómine Iesu Christe, quod ego indignus sūmere præsumo, nō mihi prouēniat in iudiciū & condemnatiónem: sed pro tua pietáte proficit mihi ad tutamētum mentis & cōrporis, & ad medēlam percipiēdam. Qui viuis & regnas cū Deo patre, in vnitáte spíritus sancti De⁹: per óia sæcula sæculòrū. R. Amē.

Accipit patenā cum corpore Christi: & cum in maxima humilitate & reuerētia dicit, Panem cælestem accipiam, & nomē Domini inuocabo. Percutiat pectus suum, ter dicens: Domine non sum dignus, vt intres sub tectū meū: sed tantū dic verbo, & sanabitur anima mea. Postea signat se sacramento, dicens: Corpus Domini nostri Iesu Christi, custodiat animā meam in vitam æternam, Amen. Tunc sumit corpus reuerenter. Deinde omis̄sis omnibus quæ dici solent ante sumptionem calicis, immediatē particulam hostiæ cum vino reuerēter sumit de calice. Postea, more solito facta ablutione digitorum, stans in medio altaris, dicit: Quod ore sumpsimus Domine, pura mente capiamus: & de munere tēporali fiat nobis remedium sempiternū. Non dicitur, Corpus tuū Domine, nec Postcommunio, nec Placeat. nec datur benedictio: sed facta purificatione, Sacerdos



cerdos cū Ministris discedit: & dicuntur  
Vesperæ sine cantu: & denudatur altare.

## S A B B A T H O

sancto.

*Statio ad sanctū Joānē in Laterano.*

Hora cō-  
petēti coo-  
periūtur al-  
taria, & di-  
cūtur Ho-  
ræ. Interim  
excutitur i-  
gnis de lapi-  
de, & accē-

ditur. Diſta verò Nona, Sacerdos indu-  
tus Amictu, Alba, Cingulo, Stola, & Plu-  
uiali violaceo, aſtantibus ſibi miniſtris  
cum Cruce, aqua benedicta, & incenſo,  
benedicit nouum ignem, dicens. *ŷ.* Dñs  
vobiscum. *R.* Et cum ſpiritu tuo.

O remus.

**D**Eus, qui per filium tuum an-  
gularem ſcilicet lapidē, cla-  
ritatis tuæ fidelibus ignem contu-  
liſti productū ex ſilice, noſtris pro-  
futūrum vſibus: nouū hunc ignē  
ſanctifica: & concēde nobis ita,  
per hæc feſta Paſchalia, cæleſtibus  
deſideriis inflammari: vt ad perpē-  
tuæ claritatis, puris mētibus, va-  
leāmus feſta pertingere. Per eū-  
dem Dōminum noſtrū. *R.* Amē.

O remus.

Oratio.

**D**omine Deus, pater omnipo-  
tens, lumen indeficiens, &  
ſancte cōditor omniū lūminum:  
bene<sup>+</sup>dic hoc lumē, quod à te ſā-  
ctificatum atque benedictum eſt:  
qui illumināſti omnem mundum,  
vt ab eo lūmine accendāmur, atq;  
illuminēmur igne claritatis tuæ: vt  
ſicut illumināſti Mōyſen exeuntē  
de Ægypto: ita illumines corda &  
ſenſus noſtros: vt ad vitam ætér-  
nā mereāmur peruenire. Per Chri-  
ſtum Dōminum noſtrū. *R.* Amen.

O remus.

Oratio.

**D**omine ſancte, pater omni-  
potens, ætérne Deus: benedi-  
cētibus nobis hunc ignem in nó-  
mine tuo, & vnigéniti filij tui, Dei  
ac Dōmini noſtri Ieſu Chriſti, &  
ſpíritus ſancti, cooperari dignēris:  
& adiua nos. Qui viuis & re-  
gnas cum eōdem vnigénito tuo &  
ſpíritu ſancto, Deus: per omnia ſe-  
cula ſæculōrum. *R.* Amen.

¶ Deinde benedicit quinque grana  
incenſi ponenda in cereo: dicens hanc  
Orationem. *Oratio.*

**V**eniat, quæſumus, omnipo-  
tens Deus, ſuper hoc incen-  
ſum larga tuę bene<sup>+</sup>dictiōnis in-  
fuſio: & hūc noctūrnū ſplendōrē  
inuiſibilis regenerātor accēde: vt  
nō ſolū ſacrificiū quod hac nocte  
litātū eſt, arcāna lūminis tui admi-  
ſtiōne refūlgeat: ſed in quocūq;

N 5 loco



loco huius sanctificatiōnis mystério fuerit deportatū, expulsa diabólicę fraudis nequítia, virtustuæ maiestatis assistat. Per Christum Dóminū nostrum. *Re. Amen.*


¶ Dum benedicit incensum, Acoluthus assumēs de carbonibus benedictis ponit in thuribulo. Finita verò benedictione incensi, Sacerdos incensum & ignē benedictū aspergit aqua benedicta: & de nauicula posito incenso in thuribulo, inde adolet prædicta grana incensi, & ignē benedictū. Interim omnia luminaria Ecclesiæ extinguiuntur, vt de igne benedictio postmodum accendantur.

Deinde Diaconus indutus dalmatica albi coloris, accipit arundinē cū tribus cadelis in summitate illius triangulo distinctis. Præcedit Thuriferarius cū Acolutho deferēte in vase quinque grana incensi. Sequitur Subdiacon⁹ cū cruce, & Clerus per ordinem: deinde Diaconus cū arundine, post cū Celebrās. Cū Diacon⁹ ingressus est Ecclesiā, inclinat arundinē, & Acoluth⁹ deferens candelam accēsam de nouo igne, accendit vnā ex illis tribus candelis desuper positis: & Diaconus eleuās arundinē genuflectit, similiter & oēs alij cū eo: & cātat sol⁹, *Lumē Christi. Re. Deo gratias.* Procedēs deinde ad mediū Ecclesiæ, ibi accenditur alia candela: & iterū genuflexus vt supra, altius cātat, *Lumen Christi. Re. Deo gratias.* Tertiò procedit ante altare, vbi accēditur tertia cādela: et rursus genuflex⁹ vt prius, adhuc


altius dicit, *Lumē Christi. Re. Deo gratias.* Deinde dat arundinem vni Acolutho: & accipiēs librum petit à Celebrante benedictionē, vt fit ad Euangelium: postea vadit ad pulpitem, & ponit super eo librū, & incensat. A dextris Diaconistent Subdiaconus cū cruce, & Thuriferarius: à sinistris duo Acoluthi, ille qui tenet arundinem, & alius tenens in vase quinque illa grana incensi benedicti figenda in cereo. Tūc surgentibus & stantibus omnibus, Diaconus cantat.




Xúltet iam angé-




lica turba cælōrum : Exúltent



diuina mystéria : & pro tanti



regis victória, tuba ínsonet sa-



lutâris. Gáudeat & tellus tan-



tis irradiâta fulgōribus : &

ætérni





æterni Regis splendore illustrâ-  
 ta, totius orbis se sentiat ami-  
 sisse cali- ginem. Latetur &  
 mater Ecclesiæ tanti luminis  
 adornata fulgoribus: & magnis  
 populorum vocibus hæc au-  
 la resul- tet. Quapropter astan-  
 tes vos fratres carissimi, ad tam  
 miram huius sancti luminis cla-



ritatem, vnâ mecum, quæso,  
 Dei omnipotentis misericor-  
 diam inuocâte. Ut qui me non  
 meis méritis intra Leuitarum  
 número dignatus est ag-  
 gregâre: luminis sui claritâ-  
 tem infundens, Cerei huius  
 laudem implere perfi- ciat.  
 Per Dóminum nostrum

Iesum






Iesum Christū filium suum: qui



cum eo viuit, & regnat, in vnitâte




Spiritus sancti, Deus. **P**er omnia




sæcula sæculôrum. **R.** Amen. **ψ.**




Dóminus vobiscum. **R.** Et cū



spíritu tuo. **ψ.** Sursum corda.



**R.** Habêmus ad Dóminum. **ψ.**



Grátias agâmus Dómino Deo



nostro. **R.** Dignum & iustum




est. **V**erè dignum & iustum




est: inuisibilem Deum patrem.



omnipoténtem, filiúmque



eius vnigénitum, Dóminum



nostrum Iesum Christum,



toto cordis ac mentis afféctu,



& vocis ministério personâ-




re. Qui pro nobis atérno pa-



tri, Adæ débitum soluit: &

véteris







véteris piáculi cautiônem pio




cruôre detérfit. Hæc sunt enim



feſta Paſchália, in quibus ve-



rus ille Agnus occíditur, cuius



ſanguine poſtes fidélium confe-



crántur. Hæc Nox eſt, in qua



primùm patres noſtros filios Iſ-



rael edúctos de Ægypto, ma re



rubrũ ſicco veſtigio tranſire fe-



cíſti. Hæc ígitur Nox eſt, quæ



peccatôrũ ténébras, colúnę illu-



minatiône purgáuit. Hæc Nox



eſt, quæ hódie per vniuérfum mũ-




dum, in Chriſto credétes, à vítiis



ſæculi, & calígne peccatôrũ ſe-



gregátos, red dit grátia, ſo-




ciat ſanctitati. Hæc Nox eſt, in



qua deſtrúctis vínculis mortis,

Chriſtus





Christus ab inferis victor ascen-



dit. Nihil enim nobis nasci pro-



fuit, nisi redimi profuisset.



O mira circa nostræ pietatis



dignatio. O inestimabilis dile-



ctio charitatis: ut servum redime-




res, filium tradidisti. O certe ne-



cessarium Ad peccatum, quod



Christi morte delictum est. O



felix culpa, quæ talem ac tantum



mèruit habere redemptorem.



O verè beata Nox, quæ so-




la mèruit scire tēpus & horam,



in qua Christus ab Inferis resur-




rèxit. Hæc Nox est, de qua



scriptum est: & Nox sicut Dies



illuminabitur: & Nox illumi-



natio mea in deliciis meis.

Huius





Huius igitur sanctificatio Noctis,



fu gat scélera, culpas lauat: &




reddit innocéntiam lapsis, &



inœstis lætítiam. Fu gat ódia,



concórdiam parat, curuat im-



péria.

*Hic Diaconus infigit quinque grana Incénsi benedicti in Cereo in modum crucis.*



In huius igitur Noctis grátia,



súscipe sancte Pater incénsi huius




sacrificium vespertinum: quod



tibi in hac Cérei oblatiõne sol-



lémni, per ministrórú manus de



opéribus apum, sacrosáncta




reddit Ecclésia. Sed iam co-



lúmnae huius præcónia nóui-



mus, quam in honõrem Dei



rútilans ignis accéndit.

*Hic Diaconus accendit Cereum.*




Qui licet sit diuísus



in partes, mutuáti tamé lúminis detri-






detrimenta non nouit. Alitur



enim liquantibus ceris, quas in



substantiam pretiosæ huius lam-



padis apis mater eduxit.

Hic accē-  
dūtur lā-  
pades.



O verè beata Nox, quæ ex-



poliâuit Ægyptios, ditâuit He-



bræos. Nox in qua terrénis cæ-




lestia, humanis diuina iungun-



tur. Orâmus ergo te Dómine:




vt Cereus iste in honorem tui nó-



minis cōsecratus, ad Noctis huius



caliginē destruendam indefi-



ciens perseuêret. Et in odorem




suauitatis accēptus, supérnis lu-



minaribus misceatur. Flammas



eius Lúcipher matutînus inuê-




niat. Ille, inquã, Lúcipher, qui ne-




scit occâsum. Ille qui regréssus

ab






ab Inferis, humano géneri fe-



rénus illúxit . Precámur ergo



te Dómine : vt nos fámulos



tuos , omnémque clerum, &



deuotíssimum pópulum : vnà



cū beatíssimo Papa nostro **N.**



& Antístite nostro **N.** quiête tē-




porum concéssa, in his Pascháli-




bus gáudiis, assídua protectiōne




régere, gubernâre, & conferuâ-



re dignêris. Rêspice etiam ad de-



uotíssimū Imperatōrem nostrū.



**N.** cuius tu Deus desidérj vota



prænóscēs: ineffábili pietâti, &



misericórdiæ tuæ múnere, tran-



quillum perpétuæ pacis accóm-



moda : & cæléstē victóriã cum



omni pópulo suo . Per eúndem

O Dómi-



Dóminū nostrum Iesum Chri-  
 stum filium tuū : qui tecum vi-  
 uit, & regnat, in vnitâte Spíritus  
 sancti, Deus: per ómnia sæcula  
 sæculòrum. Amen.

Completa benedictione Cerei, Diaconus depositis albis, sumit violacea paraméta, & vadit ad Celebrâtem. Postea leguntur Prophetiæ sine titulo: & in fine Prophetiarū dicuntur orationes modo subscripto. *Prophetia prima.*



Genes. 4.

**N** principio creauit Deus cælum & terram. Terra autem erat inanis & vacua: & tenebræ erant super faciem abyssi: & Spíritus Dómini ferebatur super aquas. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quòd esset bona: & diuisit lucē, à tenebris. Appellauitque lucem, diem: & tene-

bras, noctē. Factumque est vespere, & mane, dies vnus. Dixit quoque Deus. Fiat firmamentum in medio aquarū: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentū: diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitque Deus firmamentū, cælū. Et factum est vespere, & mane, dies secundus. Dixit verò Deus: Cōgregentur aque, quæ sub cælo sunt, in locum vnum: & appareat arida. Factumque est ita. Et vocauit Deus aridā, terrā: cōgregationesque aquarū appellauit maria. Et vidit Deus, quòd esset bonū: & ait. Germinet terra herbā virentē, & facientem semē: & lignū pomiferū faciens fructum iuxta genus suū: cuius semē in semetipso sit super terrā. Et factum est ita. Et protulit terra herbā virentē, & afferentē semē iuxta genus suū, lignumque, faciens fructū, & habēs vnumquodque semētē secundum speciē suā. Et vidit Deus quòd esset bonum. Factumque est vespere, & mane dies tertius. Dixit autem Deus. Fiant luminaria in firmamento celi, & diuidāt diem ac noctem: & sint in signa & tēpora, & dies & annos: vt luceāt in firmamento cæli, & illuminēt terrā. Et factum est ita. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præ-

set



set diēi: & lumināre minus, vt præ-  
 esset nocti: & stellas. Et posuit eas  
 in firmamēto celi: vt lucerēt super  
 terrā, & præessent diēi ac nocti, &  
 diuiderēt lucē ac tenebras. Et vidit  
 Deus quòd esset bonū. Et factū est  
 vespere, & mane, dies quart⁹. Dixit  
 etiam Deus. Producant aque repti-  
 le animę viuētis, & volatīle super  
 terrā, sub firmamēto celi. Creauit-  
 que Deus cete grādia, & omnem  
 animā viuētē atque motābilem,  
 quam produxerant aque in spēcies  
 suas: & omne volatīle secūndū ge-  
 nus suum. Et vidit Deus quòd es-  
 set bonū: benedixitque eis, dicens:  
 Crescite, & multiplicāmini, & re-  
 plēte aquas maris: auēsque multipli-  
 cētur super terrā. Et factū est vespere,  
 & mane, dies quint⁹. Dixit quo-  
 que De⁹. Producat terra animā vi-  
 uētē in genere suo: iumenta, &  
 reptilia, & bēstias terræ secūndum  
 spēcies suas. Factūmq; est ita. Et fe-  
 cit Deus bēstias terrę iuxta spēcies  
 suas: et iumēta & omne reptile ter-  
 rē, in genere suo. Et vidit. De⁹ quòd  
 esset bonū: & ait. Faciāmus hōmi-  
 nē ad imaginē & similitudinē no-  
 strā: & præsit piscibus maris, & vo-  
 latilib⁹ celi, et bēstis, vniuersęq; ter-  
 rē, omniq; reptili quod mouētur in  
 terra. Et creauit Deus hōminē ad  
 imaginē & similitudinē suam: ad  
 imaginē Dei creauit illū: masculū

& foeminā creauit eos. Benedixit-  
 que illis Deus: & ait. Crescite, &  
 multiplicāmini: & replēte terrā, &  
 subiicite eā: & domināmini pisci-  
 bus maris, et volatilibus celi, & v-  
 niuersis animantibus, quę mouē-  
 tur super terrā. Dixitq; Deus. Ecce  
 dedi vobis omnē herbā afferentē  
 semē super terrā: & vniuersa ligna  
 quę habēt in semetipsis semētē ge-  
 neris sui: vt sint vobis in escā, et cū-  
 ctis animantibus terrę, omniq; vo-  
 lūcri celi, & vniuersis quę mouē-  
 tur in terra, & in quibus est anima  
 viuēs: vt habeant ad vescendū. Et  
 factū est ita. Viditq; De⁹ cūcta quę  
 fecerat: et erāt valde bona. Et factū  
 est vespere, et mane dies sext⁹. Igitur  
 perfecti sunt celi & terra, et oīs or-  
 nat⁹ eorū. Cōpleuitq; De⁹ die septi-  
 mo opus suum quod fecerat, & re-  
 quiēuit die septimo ab vniuerso  
 opere quod patrārat.

*Qua cōpleta, sacerdos dicat, Oremus.*  
 & *Diaconus*, Flectamus genua. *Sub-*  
*diaconus*, Leuate. *Oratio.*

**D**Eus, qui mirabiliter creasti  
 hōminē, & mirabilius rede-  
 misti: da nobis, quęsumus, contra  
 oblectamēta peccati mētis ratiōne  
 persistere: vt mereāmur ad eterna  
 gaudia peruenire. Per Dñm.

*Prophetia secunda*

**N**Oē verò cūm quingētōrum Genes.  
cap. 6.  
& 6.  
 esset annōrum, genuit Sem,

O 2 Cham,



Cham, & Iapheth. Cūque cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent: vidētes filij Dei filias hominū, quod essent pulchræ: accepērūt sibi vxōres ex omnibus quas elegerāt. Dixitq; Deus. Nō permanēbit spīritus meus in homine in ætēnum, quia caro est: erūntque dies illūscum viginti annōrum. Gigāntes autem erāt super terrā in diebus illis. Postquā enim ingrēssi sūt filij Dei ad filias hominū, illæque genuērūt: isti sunt potētes à seculo viri famōsi. Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra: & cūcta cogitatio cordis intēta esset ad malum omni tēpore: pænītuīt eum, quod hominē fecisset in terra. Et præcauēs in futūrū, & tactus dolōre cordis intrīnsec⁹, Delēbo (inquit) hominē quē creāui, à facie terræ, ab homine vsq; ad animāntia: à réptili vsq; ad volūcres cæli. Pœnitēt enim me fecisse eos. Noë verò inuēnit grātiā corā Deo. Hæ sunt generatiōnes Noë. Noë vir iustus atq; perfectus fuit in generatiōnibus suis, cum Deo ambulāuit. Et genuit tres filios, Sem, Cham & Iaphēth. Corrupta est autē terra coram Deo, & replēta est iniquitāte. Cūmque vidisset Deus terrā esse corruptā (omnis quippe caro corruperat viā suā

super terrā) dixit ad Noë. Finis vniuersę carnis venit corā me: replēta est terra iniquitāte à facie eorū: & ego disperdam eos cū terra. Fac tibi arcā de lignis leuigatis. Mansiūnculas in arca facies: & bitūmine līnies intrīnsecus, & extrīnsec⁹. Et sic facies eā. Trecētōrum cubitōrum erit longitūdo arcæ: quinquagīnta cubitōrū latitūdo: & trigīnta cubitōrū altitūdo illius: Fēnēstram in arca facies: & in cubito cōsummābis summitātē eius. Ostium autē arcę pones ex latere deorsum. Coenācula & trīstega facies in ea. Ecce ego addūcā dilūuij aquas super terrā: vt interficiā omnē carnem, in qua spīritus vitæ est subter cælū: & vniuersa quæ in terra sūt, cōsumentur. Ponamq; fœdus meū tecū: & ingrediēris arcam tu et filij tui, vxor tua, et vxōres filiōrū tuōrū tecum. Et ex cūctis animantibus vniuersę carnis bina induces in arcam, vt viuant tecū: masculini sexus et fœminini. De volūcribus iuxta genus suum, et de iumentis in genere suo, & ex omni réptili terre secundū genus suū: bina de omnibus ingrediēnter tecum, vt possint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis quæ mādi possunt, et cōportābis apud te: et erunt tam tibi, quā illis in cibum. Fecit ergo Noë omnia quæ præcéperat illi

Deus



Deus. Erátque sexcentòrum annò-  
rum, quando dilúuij aquæ inunda-  
uerunt super terrá. Rupti sunt au-  
té oēs fontes abyssi magnæ, & ca-  
taráctę cæli apértę sunt: & facta est  
plúuia super terram quadraginta  
diēbus & quadraginta nóctibus.  
In artículo diēi illius ingrēssus est  
Noe, Sē, Chā, & Iaphéth filij eius,  
vxoꝛ illius, & vxóres filiòꝛũ eius, cū  
eo in arcam: ipsi & omne animal  
secúndũ genus suum, vniuersaq; iu-  
mēta in gēnere suo, & omne quod  
mouētur super terrá in gēnere suo,  
cūctumq; volátile secúndum ge-  
nus suum. Porro arca ferebátur su-  
per aquas. Et aquæ præualúerunt  
nimis super terram: opertiq; sunt  
omnes montes excélsi sub vniuerso  
cælo: Quíndecim cúbitis fuit ál-  
tior aqua super montes, quos ope-  
rúerat. Còsumptaque est omnis ca-  
ro quæ mouebátur super terrá, vó-  
lucrum, animántium, bestiárũ, om-  
niũmque reptíliũ quę reptát super  
terrá. Remánst autē solus Noe, &  
qui cū eo erant, in arca. Obtinue-  
rúntq; aquæ terrá centũ quinquá-  
ginta diēbus. Recordátus autē Dò-  
minus Noe, cunctorũque animã-  
tium, & ómnium iumentòꝛũ, quę  
erant cū eo in arca: addúxit spírítũ  
super terrá, et imminúte sunt aquę.  
Et clausi sunt fontes abyssi, & ca-  
taráctę cæli: & prohibíte sunt plú-

uię de cęlo. Reuerseq; sunt aquę de  
terra eũtes & redeũtes: & coepé-  
rúnt mínui post centũ quinquágin-  
ta dies. Cumq; ue trássissent quadra-  
ginta dies, apériēs Noe fenéstřá ar-  
cæ, quã fécerat, dimísit coruũ. Qui  
egrediebátur, & non reuertebátur,  
donec siccarētur aquæ super terrá.  
Emísit quoq; colúmbã post eũ, vt  
vidēret si iam cessãssēt aquæ super  
fácię terræ. Quæ cū non inueniret  
vbi requiēsceret pes eius, reuérta  
est ad eũ in arcã. Aquæ enim erant  
super vniuersam terrá. Extendítq;  
manum, & apprehénsam íntulit in  
arcam. Expectátis autē vltra septē  
diēbus áliis, rursus dimísit colúm-  
bam ex arca. At illa venit ad eũ ad  
vésperã, portans ramũ oliuę virēti-  
bus fólis in ore suo. Intelléxit ergo  
Noe, quòd cessãssent aquæ super  
terrá. Expectauítque nihilóminus  
septē diēbus áliis: & emísit colúm-  
bã, quę nõ est vltra reuérta ad eum.  
Locútu est autē Dóminus ad Noe,  
dicēs. Egrédere de arca tu & vxor  
tua, filij tui & vxóres filiòꝛũ tuòꝛũ  
tecũ. Cuncta animántia, quæ sunt  
apud te, ex omni carne tã in volatí-  
libus, quã in béstiis & vniuersis re-  
ptílibus quæ reptant super terrá, e-  
duc tecũ, & ingredímini super ter-  
rá. Créscite, & multiplicámini su-  
per eã. Egréssus est ergo Noe & fi-  
lij eius: vxor illius, & vxóres filiò-



rum eius cum eo. Sed & omnia animalia, iumentis, & reptilia que reptant super terram secundum genus suum, de arca egressa sunt. Aedificauit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. Odoratúsque est Dominus odorem suauitatis.

Oremus. Flectamus genua. *R.*

Leuate.

*Oratio.*

**D**Eus incommutabilis virtus, & lumē aeternū: respice propitius ad totius ecclesiae tuae mirabile sacramentū, & opus salutis humanae, perpetuae dispositionis effectu tranquillius operare: totúsque mundus experiatur, & videat: dei cetera erigi, inueterata renouari, et per ipsum redire omnia in integrum, a quo sumpsere principium. Per Dñm.

*Prophetia tertia.*

**I**N diebus illis. Tetauit Deus Abraham, & dixit ad eum. Abraham, Abraham. At ille respondit, Adsum. Ait illi. Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Isaac, & vade in terram visionis: & offeres eum ibi in holocaustum super unum montium, quem monstrauero tibi. Igitur Abraham de nocte consurgens, strauit asinum suum: ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum: abiit ad locum quem preceperat ei

Deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul: dixitque ad pueros suos. Expectate hic cum asino: ego & puer illuc usque; properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse vero portabat in manibus ignem & gladium. Cumque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo. Pater mi? At ille respondit. Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis & ligna: ubi est victima holocausti? Dixit Abraham. Deus prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter: veneruntque ad locum quem ostenderat ei Deus: in quo aedificauit altare, & desuper ligna coposuit. Cumque colligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. Extenditque manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium suum. Et ecce angelus Domini de caelo clamauit, dicens. Abraham, Abraham. Qui respondit, Adsum. Dixitque ei. Ne extendas manum tuam super puerum: neque facias illi quicquam. Nunc cognoui quod timeas Deum: & non pepercisti filio tuo unigenito propter me. Leuauit Abraham oculos, viditque post tergum arietem inter vepres, haerentem cornibus: quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellauitque nomen loci illius: Dominus videt. Vnde usque



vsque hodie dicitur, In mote Dñs vidēbit. Vocauit autē angelus Dñi Abraham secundò de cælo, dicēs. Per memetipsum iurauī, dicit Dóminus: quia fecisti rem hanc, & nō pepercisti vnigénito filio tuo propter me: benedicens benedictā tibi, & multiplicābo semē tuū sicut stellas cæli, & velut arēnam quæ est in littore maris. Possidēbit semen tuū portas inimicōrū suōrum: et benedicentur in semine tuo omnes gētes terræ, quia obedisti voci meæ. Reuersusq; est Abrahā ad pūeros suos: abieruntque Bersabée simul, & habitauit ibi.

O remus. Flectamus genua. *R.*

Leuate. *Oratio.*

**D**Eus fideliū pater summe: qui in toto orbe terrarū, promissionis tuæ filios diffusa adoptionis gratia multiplicas: & per Paschāle sacramentū, Abrahā pūerū tuum vniuersarum, sicut iurasti, gentiū efficis patrē: da pōpulis tuis dignè ad grātiā tuæ vocatiōnis introīte.

Per Dñm. *Prophetia quarta.*

**I**N diēbus illis: Factum est in vigilia matutina, & ecce respiciens Dóminus super castra Ægyptiōrū per colūnam ignis & nubis, interfecit exercitum eōrum: & subuertit rotas currū, ferebanturque in profundū. Dixērūt ergo Ægyptij. Fugiāmus Israēlē: Dóminus enim

pugnat pro eis cōtra nos. Et ait Dóminus ad Mōysen. Extēde manū tuā super mare: vt reuertatur aquę ad Ægyptios super currus & equites eōrū. Cūmq; extendisset Mōyses manū cōtra mare, reuersum est primo dilúculo ad priōrē locū. Fugietibusque Ægyptiis occurrerūt aquæ: & inuoluit eos Dóminus in mediis fluctibus. Reuersæq; sunt aquæ, & operuerūt currus & equites cūcti exercitus Pharaōnis, qui sequētes ingressi fuerāt mare: nec vnus quidē superfuit ex eis. Filij autem Israēl perrexerūt per médium sicci maris: & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris. Liberauitq; Dóminus in die illo Israēl de manu Ægyptiōrum. Et vidērūt Ægyptios mortuos super littus maris: & manū magnā quā exercuerat Dñs contra eos. Timuitque pōpulus Dóminum: & crediderūt Dño, & Mōysi seruo eius. Tunc cecinuit Mōyses, & filij Israēl, carmen hoc Dómino, & dixerunt.

*Tractus C* antemus Dño: gloriose enim honorificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare: adiutor & protector factus est mihi in salutem, *ψ.* Hic est Deus meus, & honorificabo eū: Deus patris mei, & exaltabo eum. *ψ.* Dominus conterens bella: Dominus nomē est illi. *O remus. Flectamus genua. R.*  
Leuate.



## Oratio.

**D**EUS, cuius antiqua miracula etiam nostris sæculis coruscã re sentimus: dũ quod vni pópulo, à persecutiõne Ægyptiaca liberãdo, dextera tuę potẽtia cõtulisti: id in salutem gentiũ per aquam regeneratiõnis operãris: præsta: vt in Abrahamæ filios, & in Israeliticã dignitãtem, totius mundi trãseat plenitudo Per Dõminum.

## Prophetia quinta.

**H**Æc est hæreditas seruõrum Dñi, & iustitia eõrum apud me, dicit Dñs. Omnes sitiẽtes venite ad aquas: & qui nõ habẽtis argẽtum, properãte, emite, & comedite. Venite, emite absque argẽto, & absq; vlla cõmutatiõne vinũ & lac. Quare appẽditis argẽtũ nõ in pãnibus, & labõrem vestrũ non in saturitate? Audite audiẽtes me, & comedite bonũ: & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurẽ vestrã, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra: & feriã vobiscum pactũ sempiternũ, misericordias David fidèles. Ecce testẽ pópulis dedi eũ, ducẽ ac præceptõrẽ gentibus. Ecce, gentẽ quã nescibas, vocãbis: & gẽtes quæ non cognouerunt te, ad te current propter Dñm Deum tuũ, & sanctũ Israel: quia glorificãuit te. Quærite Dñm dum inueniri potest: inuocãte eum

dum prope est. Derelinquat impiã viã suã, & vir iniquus cogitatiõnes suas: & reuertatur ad Dñm, & miseretur eius, et ad Deũ nostrũ, quoniã multus est ad ignoscẽdum. Nõ enim cogitatiõnes meæ, cogitatiõnes vestræ: neq; viẽ meã, viẽ vestrẽ, dicit Dõminus. Quia sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitatiõnes meæ à cogitatiõnib; vestris. Et quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra nõ reuertitur, sed inebriat terrã, & infundit eã, & germinare eã facit, & dat semẽ ferẽti, & panẽ comedẽti: Sic erit verbum meũ quod egrediẽtur de ore meo. Nõ reuertetur ad me vacuũ, sed faciet quæcũq; vólui, et prosperabitur in his ad quæ misi illud: Dicit Dõminus omnipotens.

O remus, Flectamus genua. *Re.*  
Leuate. *Oratio.*

**O**Mnipotens sempiternæ De; multiplica in honõrẽ nõminis tui quod patrũ fidei spopõdisti: et promissiõnis filios sacra adoptiõne dilãta: vt, quod priores sancti nõ dubitauerũt futurum, ecclẽsia tua iam ex parte cognõscat implẽtum. Per Dõminum nostrum.

## Prophetia sexta.

**A**Vdi Israel mandãta vitæ: auribus percipe, vt scias prudentiam. Quid est Israel: quod in terra inimi-



inimicorum es? Inueterasti in terra aliena coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendētib; in infērnū. Dereliquisti fontē sapiētiæ. Nā si in via Dei ambulāsses, habitāsses vtiq; in pace super terram. Disce vbi sit sapiētia, vbi sit virtus, vbi sit prudētia, vbi sit intellēctus: vt scias simul vbi sit longitūrnitas vitæ & victus, vbi sit lumē oculōrū & pax. Quis inuēnit locum ei⁹? Et quis introiuit in thesauros ei⁹? Vbi sunt principes gētiū, & qui dominantur super bēstias, quæ sunt super terram? Qui in auiibus cæli ludūt, qui argētum thesaurizāt, & aurum in quo cōfidūt hōmīnes: & nō est finis acquisitiōnis eōrū? Qui argētū fabricant, & solīciti sunt: nec est inuētiō operū illōrū? Extermināti sunt, & ad inferos descēdērūt: & alij in locum eōrū surrexērūt. Iuuenes vidērūt lumen: & habitauerūt super terrā. Viā autē disciplinæ nesciērūt, neq; intellexērūt sēmitas ei⁹, neq; suscepērunt eā filij eōrū. A facie eōrū longē facta est. Nō est audita in Chanaan: neq; visa est in Themā. Filij quoq; Agar, qui exquirūt prudētiā quæ de terra est, negociatores terræ, & Themā: & fabulatores et exquisitores prudētiæ & intelligētiæ: viā autē sapiētiæ nesciērūt: neq; meminērūt sēmitarū eius. O Israēl quam magna est

domus Dei, & ingēs locus possessionis eius: Magnus, & non habet cōsummatiōnē: excēlsus & immēsus. Ibi fuērūt gigantes nomināti illi, qui ab inītio fuērūt, statūra magna, sciētes bellū. Nō hos elēgit Dōminus: neq; viā disciplinæ dedit illis: propterea perierūt. Et quōniam nō habuerūt sapiētiā, interiērunt propter suā insipiētiā. Quis ascendit in cælum, & accēpit eā, & edūxit eā de nūbibus? Quis transtāuit mare, & inuēnit eā, & attulit eam super aurum elēctum? Non est qui sciat viam eius: neque qui excogitet sēmitas eius. Sed qui scit vniuersa, nouit illam: & adinuēnit eā prudētia sua. Qui perfēcit terrā in sempiterno tēpore: & adimplēuit eā pecūdiis. Vocauitq; eam: & obaudiuit eū in tremōre. Stellę autē dederunt lumē in custodiis suis: et letatę sunt. Vocatę sunt, & dixerūt: adsumus. Et luxērunt ei cū iucūditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster: & nō æstimābitur aliud ad eum. Hic adinuēnit omnem viam disciplinæ: & dedit illā Iacob pūero suo, & Israēl dilecto suo. Post hęc super terrā visus est: & cū hominibus conuersatus est.

O remus Flectamus genua. *R.*

Leuate.

Oratio.

**D**eus qui ecclēsiā tuā semper gētiū vocatiōne multipli-



cas: cōcēde propítius: vt, quos aqua baptísmatis ábluis, continua protectiōne tueáris. Per Dóminum.

*Prophetia septima.*

Ezec 37.

**I**N diēb<sup>9</sup> illis: Facta est super me manus Dñi, & edúxit me in spírítu Dñi, & dimísit me in médio cápi, qui erat plenus óssibus: & circúdúxit me per ea in gyrū. Erát autē multa valde super faciē campi, siccaq; vehemēter. Et dixit ad me. Fili hóminis, putásne viuent ossa ista? Et dixi. Dñe Deus, tu nosti. Et dixit ad me. Vaticināre de óssibus istis: & dices eis. Ossa árida, audíte verbum Dómini: Hęc dicit Dñs Deus óssibus his. Ecce, ego intro-míttam in vos spírítum, & viuētis: & dabo super vos neruos, & succrésce-re faciā super vos carnes, & superextēdam in vobis cutē: & dabo vobis spírítū, & viuētis: & sciētis quia ego Dñs. Et prophetáui sicut præcéperat mihi. Factus est autē sōnitus prophetánte me, & ecce cōmótió. Et accessérūt ossa ad ossa: vnūquódq; ad iūctūrā suā. Et vidi: & ecce super ea nerui, & carnes ascédérunt: & extēta est in eis cutis desuper: & spírítū nō habébāt. Et dixit ad me. Vaticināre ad spírítū, vaticināre fili hóminis, & dices ad spírítum. Hęc dicit Dóminus Deus. A quátuor ventis veni spírítus: & insúfla super interfectos

istos, & reuiuíficant. Et prophetáui sicut præcéperat mihi. Et ingrēssus est in ea spírítus, & vixerūt: & steterūt super pedes suos exércitus grādis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hóminis, ossa hęc vniuersa, domus Israél est. Ipsi dicūt: aruerunt ossa nostra, périit spes nostra, & abscíssi sumus. Propterea vaticināre, & dices ad eos: Hęc dicit Dñs De<sup>9</sup>. Ecce ego apériā túmulos vestros, & edúcā vos de sepúlchris vestris, pópulus meus: & indúcā vos in terrā Israél. Et sciētis, quia ego Dómin<sup>9</sup>, cū aperúero sepúlchra vestra, & edúxero vos de túmulis vestris, pópule meus: & dēdero spírítū meū in vobis, & vixeritis: & requiēscere vos faciā super humum vestram, dicit Dóminus omnípotens.

Oremus. Flectamus genua. *R.*

Leuate.

*Oratio.*

**D**Eus, qui nos ad celebrándum Paschāle sacraméntū vtriúsq; testamēti páginis instruis: da nobis intelligere misericórdiā tuam: vt ex perceptiōne prēsentiū munerū, firma sit expectatió futurorū.

Per Dñm. *Prophetia octaua.*

**A**Pprehēdēt septē mulieres vnum in die illa, dicētes. Panem nostrum comedēmus, vestimētis nostris operiēmur: tātūmodo inuocētur nomen tuum super nos: aufer opprobriū nostrum.

In



In die illa erit germē Dñi in magnificētia, & in glória: & fructus terræ sublîmis: et exultatio his qui saluati fuerint de Israël. Et erit: oīs qui relîctus fuerit in Sion, & residuus in Hierúsalē: sanctus vocabitur omnis qui script⁹ est in vita in Hierúsalē. Si abluerit Dñs sordes filiârū Siō: & sanguinē Hierúsalē lauauerit de medio eius in spíritu iudícij & spíritu ardōris. Et creauit Dñs Deus super omnē locū mōtis Sion, et vbi inuocatus est: nubem per diem, & fumum & splendōrē ignis flāmantis in nocte. Super omnem enim glóriā protēctio. Et tabernaculū erit in vmbra culū diēi ab estu: & in securitatē & absconsiōnem à turbine & à plúuia.

*Tractus.* Vineam factam dilectam in cornu, in loco vberi. *Ÿ.* Et maceriam circumdedit, & circumfodit: & plantauit vineam Sorec, & edificauit turrim in medio eius. *Ÿ.* Et torcular fodit in ea: vinea enim Dñi sabaoth, domus Israel est.

*O* remus. Flectamus genua. *℞.* Leuate.

*Oratio.*

**D**Eus, qui in omnibus ecclēsię tuę filiis, sanctōrū prophetarum voce manifestasti: in omni loco dominationis tuę, fatōrē te bonōrum seminū, et electōrū palmittū esse cultōrē: tribue, quęsumus, pōpulistuis: qui vinearū apud te nōmine cēsēntur & segetū: vt, spi-

narū & tribulōrū squalōre refecato, digna efficiatur fruge fecundi. Per Dñm. *Prophetia nona.*

**I**N diēbus illis: Dixit Dōminus Exod. 14 ad Mōysen et Aarō in terra Ægypti. Mensis iste, vobis principiū mēsum: primus erit in mēsisibus anni. Loquimini ad vniuersū cœtum filiōrū Israël, et dícite eis. Décima die mēsis huius, tollat vnusquisque agnū per familias & domos suas. Sin aut̄ minor est nūmerus, vt sufficere possit ad vescēndū agnū: assūmet vicinum suū, qui iūctus est dōmui suę: iuxta nūmerū animarū quę sufficere possunt ad esum agni. Erit aut̄ agn⁹ absq; macula, masculus, anniculus: iuxta quē ritum tollētis & hœdū. Et seruābitis eum vsq; ad quartā decimā diē mēsis huius. Immolabitq; eum vniuersa multitudo filiōrum Israel ad vespērā. Et sumēt de sanguine eius: ac ponēt super vtrūq; postē, & in superlimināribus domōrū, in quibus comedent illū. Et edēt carnes nocte illa assas igni, & azymos panes, cū lactúcis agréstib⁹. Non comedētis ex eo crudū quid, nec coctū aqua: sed assū tātū igni. Caput cū pedibus eius & intestinis vorābitis: & os eius confringētis. Nec remanēbit ex eo quicquā vsque manē. Si quid residuū fuerit, igni comburētis. Sic aut̄ comedētis illū.



illum. Renes vestros accingētis: & calciamēta habēbitis in pēdibus: tenētes bāculos in mánibus: & cō- edētis festināter Est enim phasē (id est trānsitus) Dēmini.

O remus. Flectamus genua. *R.*

Leuate. *Oratio.*

**O**Mnīpotēs sempitērne Deus, qui in omniū operū tuōrum dispensatiōne mirābilis es: intēlligant redēpti tui nō fuisse excellē- tius: quōd inītio factus est mun- dus, quā quōd in fine sēculōrum Pascha nostrum immolātus est Christus. Qui tecum.

*Prophetia decima.*

*Ionæ 3.* **I**N diēbus illis: Factū est verbum Dōmini ad Ionā prophētā se- cūndō, dicens. Surge, & vade in Nīniuen ciuitatē magnā: & prēdi- ca in ea prādicatiōnē quā ego lo- quar ad te. Et surrēxit Ionas, et abiit in Nīniue iuxta verbū Dñi. Et Nīniue erat ciuitas magna itinere diērū trium. Et cœpit Ionas introī- re ciuitatem itinere diēi vnūs: & clamāuit, & dixit. Adhuc quadra- gīnta dies, & Nīniue subuertetur. Et crediderunt viri Nīniuitæ in Dño: & prādicauerūt ieiūniū, & vestiti sunt sacco, à maiōre vsq; ad minōrē. Et peruēnit verbum ad regē Nīniue: & surrēxit de solio suo, & abiēcit vestimētū suū à se, & indūtus est sacco, & sedit in cinere.

Et clamāuit, & dixit in Nīniue ex ore regis & principū eius, dicens. Hōmīnes, & iumēta, & boues, & pēcora nō gustēt quicquā nec pa- scātur, & aquā nō bibāt. Et operiā- tur sacco hōmīnes & iumēta, & cla- mēt ad Dñm in fortitudīne: & cō- uertātur vir à via sua mala, & ab iniquitatē quæ est in mánib⁹ eōrū. Quis scit si cōuertātur, & ignōscat De⁹: & reuertātur à furōre iræ suæ, & nō peribim⁹? Et vidit Deus ope- ra eōrum, quia cōuersi sunt de via sua mala: & misērtus est pōpulo suo, Dōminus Deus noster.

O remus. Flectamus genua. *R.* Leuate.

*Oratio.*

**D**Eus, qui diuersitatē gētiū in cōfessiōne tui nōminis adu- nāsti: da nobis & velle & posse que prēcipis: vt pōpulo ad æternitatem vocāto, vna sit fides mēntium, & pietas actiōnum. Per Dōminum.

*Prophetia vndecima.*

*Gen. 31.* **I**N diēbus illis: Scripsit Mōyses cātīcū: & dōcuit filios Israēl. Prē cepitq; Dñs Iosue filio Nun: & ait. Cōfortāre, & esto robūrl⁹. Tu enim introdūces filios Israēl in terrā quā pollicitus sum eis: & ego ero tecū. Postquā ergo scripsit Mōyses ver- ba legis huius in volumine, atque complēuit: prācēpit Leuitis qui portābant arcā fœderis Dōmini, dicens. Tōllite librum istum, & pōnite



pónite eum in latere arcæ foederis  
 Dómini Dei vestri: vt sit ibi com-  
 tra te in testimóniū. Ego enim scio  
 contentiōnem tuam: & ceruicem  
 tuā duríssimam. Adhuc viuente  
 me & ingrediēte vobiscū, semper  
 cōtentiosē egistis contra Dóminū:  
 quāto magis cūm mórtuus fúero?  
 Cōgregâte ad me oēs maiōres na-  
 tu per tribus vestras, atque doctō-  
 res: & loquar audiētib⁹ eis ser-  
 mōnes istos, & inuocābo cōtra eos  
 cælū, & terram. Noui enim quòd  
 post mortem meā iniquē agētis: &  
 declinābitis citò de via quā præcé-  
 pi vobis. Et occurrēt vobis mala  
 in extrémō tēpore: quādo fece-  
 ritis malum in cōspēctū Dómini:  
 vt irritētis eum per ópera manuū  
 vestrarum. Locūtus est ergo Mói-  
 ses, audiēte vniuerso cœtu filiōrū  
 Israel, verba cārminis huius: & ad  
 finem vsque complēuit.

Deut. 32.

**Tractus,** Attende cælum, & loquar:  
 & audiat terra verba ex ore meo. **ψ.** Ex-  
 pectetur sicut pluuia eloquium meum:  
 & descendāt sicut ros verba mea. **ψ.** Si-  
 cut imber super gramen: & sicut nix su-  
 per fœnum: & nomē Domini inuoca-  
 bo. **ψ.** Date magnitudinem Deo nostro:  
 Deus vera opera eius, & omnes viæ eius  
 iudicia. **ψ.** Deus fidelis, in quo non est  
 iniquitas: iustus & sanctus Dominus.  
**O** reinus. Flectamus genua. **R.** Le-  
 uate.

**Oratio.**

**D**Eus celsitúdo humílium, &  
 fortitúdo rectōrum: qui per  
 sanctum Móiſen púerum tuū ita  
 erudíre pópulū tuum sacri cārmi-  
 nis tui decātatiōne voluisti: vt illa  
 legis iteratio fieret etiā nostra dirē-  
 ctio: éxcita in omnē iustificatārū  
 géntiū plenitudinē poténtiā tuā,  
 & da latitiā mitigādo terrōrem:  
 vt ómnium peccātis tua remissiō-  
 ne delētis: quòd denūciātum est in  
 vltiōnem, tránseat in salūtem. Per  
 Dóminum nostrum.

**Prophetia duodecima.**

**I**N diēb⁹ illis. Nabuchodónosor Dan. 3.  
 rex fecit státuam aureā, altitudi-  
 ne cubitōrū sexaginta, latitudi-  
 ne cubitōrum sex: & státuit eam in  
 campo Dura prouínciæ Babylo-  
 nis. Itaque Nabuchodónosor rex  
 misit ad cōgregādos sátrapas, ma-  
 gistrátus, & iúdicēs: duces & tyrā-  
 nos: optimátēs & præfēctos, om-  
 nésque príncipes regiōnum: vt cō-  
 uenirent ad dedicatiōnem státuæ,  
 quam eréxerat Nabuchodónosor  
 rex. Tunc congregāti sunt sátrapæ,  
 magistrát⁹, & iúdicēs, duces & ty-  
 ráni, & optimátēs qui erāt in pote-  
 stātibus cōstitúti, & vniuersi prin-  
 cipes regiōnū: vt cōuenirēt ad de-  
 dicatiōnē státuæ quā eréxerat Na-  
 buchodónosor rex. Stabat autem  
 in cōspēctū státuæ quā posúerat  
 Nabuchodónosor rex: & præco-  
 clamābat



clamâbat valenter. Vobis dicitur pópulis,tribubus & linguis. In hora qua audieritis sónitum tubæ, & fistulæ, & cítharæ, sambúce & psaltérij, & symphóniæ, & vniuersi géneris musicôrum: cadentes adorâte státuam áuream quam cōstituit Nabuchodónosor rex. Si quis autē nō prostrâtus adorâuerit, eadē hora mittétur in fornâcē ignis ardētis. Post hæc igitur statim vt audierūt omnes pópuli sónitū tubæ, fistulæ, & cítharæ, sambúce, & psaltérij, & symphóniæ, & omnis géneris musicôrū, cadētes oēs pópuli, tribus & lingue adorauerūt statuā áureā quā cōstitúerat Nabuchodónosor rex. Statimque in ipso tēpore accedētes viri Chaldei accusauerūt Iudeos, dixerūtq; Nabuchodónosor regi. Rex in ætérnum viue. Tu rex posuísti decrētū: vt omnis homo qui audierit sónitū tubæ, fistulæ, & cítharæ, sambúce & psaltérij, & symphóniæ, & omnis géneris musicôrū, prostérnat se, & adôret statuā áureā. Siquis autē non prócidents adorâuerit, mittâtur in fornâcē ignis ardētis. Sunt ergo viri Iudæi, quos cōstituísti super ópera regiõnis Babylóniæ, Sidrach, Misach, & Abdénago: viri isti contēpserunt rex decrētū tuū: deos tuos nō colūt, et statuā áureā quā erexísti, nō adorât. Tūc Nabuchodóno-

for rex in furôre et ira præcēpit, vt adducerentur Sidrach, Misach, & Abdénago: qui confestim adducti sunt in cōspéctu regis. Pronúciânsque Nabuchodónosor rex, ait eis. Veréne Sidrach, Misach, et Abdénago deos meos nō colitis, & statuā áuream quā cōstitui, nō adorâtis? Nūc ergo si estis parâti, quacúnque hora audieritis sónitū tubæ, fistulæ, cítharæ, sambúce, & psaltérij, & symphóniæ, omnisq; géneris musicôrū, prostérnite vos, & adorâte statuā quā feci. Quod si nō adoraueritis, eadē hora mittēmini in fornâcē ignis ardētis. Et quis est Deus qui erípiat vos de manu mea? Respondētes Sidrach, Misach, & Abdénago, dixerūt Nabuchodónosor regi. Nō oportet nos de hac re respōdere tibi. Ecce enim Deus noster quē colimus, potest nos erípere de camíno ignis ardētis, & de máribus tuis, ô rex, liberâre. Quòd si nolúerit, notū sit tibi rex: quia deos tuos nō colimus, & statuā áureā, quā erexísti, nō adorâmus. Tūc Nabuchodónosor replētus est furôre: & aspéctus faciēi illius immutâtus est super Sidrach, Misach, & Abdénago. Et præcēpit vt succēderētur fornax septuplū, quā succēdi cōsuéuerat. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligâtis pēdibus Sidrach, Misach, & Abdénago, mitterēt eos in fornâ-



fornacē ignis ardētis. Et cōfēstim viri illi vincti cum braccis suis, & tiaris, & calciamentis, & vēstibus missi sunt in médiū fornacis ignis ardētis. Nam iūssio regis vrgēbat. Fornax aut succēsa erat nimis. Porro viros illos qui miserāt Sidrach, Misach & Abdénago, interfēcit flāma ignis. Viri autē hi tres, id est, Sidrach, Misach, & Abdénago cecidērūt in médio camīno ignis ardētis, colligāti. Et ambulābant in médio flāme laudāntes Deum, & benedicētes Dómino.

Hic nō dicitur, Flectamus genua. Orat.

**O** Mnípotēs sempitérne Deus, spes vnica mundi, qui prophetārū tuōrū præcónio præsentíū tēporum declarāsti mystéria: auge pópuli tui vota placātus: quia in nullo fideliū, nisi ex tua inspiratiōne prouēniunt quarúmlibet incrementa virtūtum. Per Dóminum.

His expletis, si Ecclesia habuerit fontē baptismalē, Sacerdos benedicturus fontem, accipit pluuiiale violaceum, & procedit vsq; ad fontē, præcedētib; ministris cum cruce & cereo benedicto accenso. Interea, dū descenditur ad fontem, cantatur sequens Tractatus.

*Psal. 41.* Sicut ceruus desiderat ad fontem aquarū: ita desiderat anima mea ad te Deus. *ψ.* Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciē Dei? *ψ.* Fuerunt mihi lachry-


meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus? Deinde Sacerdos antequā intret ad benedictionem fontis, dicit hanc Orationē ibi iuxta fontem. *ψ.* Dñs vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *O* remus.

**O** Mnípotēs sempitérne Deus, respice propítius ad deuotiōnem pópuli renascēntis, qui, sicut ceruus, aquarum tuarum expetit fontem: et cōcēde propítius: vt fidei ipsius, sitis, baptismatis mystério animam corpúsque sanctíficet. Per Dóminum. *R.* Amen.


Postea procedit ad benedictionē fontis, dicens *ψ.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *O* remus. *Oratio.*

**O** Mnípotēs sempitérne Deus, adesto magnæ pietatis tuæ mystériis, adesto sacramētis: & ad recreādos novos pópulos, quos tibi fons baptismatis parturit, spírítū adoptiōnis emítte: vt quod nostrę humilitatis gerendū est ministerio, virtūtis tuæ impleātur effectū. Per Dóminum nostrum.

Eleuans vocem in modum Præfationis prosequitur.




Per ómnia sæcula sæculórum.




*R.* Amē. *ψ.* Dóminus vobiscum.

*R.* Et






*R.* Et cum sp̄ritu tuo. *Ÿ.* Surfum



corda. *R.* Habemus ad Dómi-




num. *Ÿ.* Gr̄tias aḡamus Dómi-



no Deo nostro. *R.* Dignum &




iustum est. *V* erè dignum & iu-



stum est, æquum & salutâre: nos



tibi semper & ubi que gr̄tias a-



gere, Dñe sancte, pater omni-




potens, æterne Deus. Qui in-



uisibili poténtia sacramentorū



tuorū mirabiliter operâris effe-



ctū. Et licet nos tantis mystériis



exequendis simus indigni: tu ta-



mē gr̄tiae tuæ dona non defe-



rens, étiam ad preces nostras au-



res tuæ pietâtis inclinas. Deus,



cuius sp̄ritus super aquas, inter




ipsa mūdi primórdia ferebâtur:

vt iam






vt iam tūc virtūtem sanctifica-



tiōnis aquarum natura cōcipe-



ret. Deus, qui nocētis mundi



crimina per aquas abluens, re-



generatiōnis spēciem in ipsa



dilūuij effusiōne signāsti : vt



vnus eiusdemque elemēti



mysterio, & finis esset vitijs,




& origo virtutibus. Respice



Dōmine in faciē ecclesię tuę,



& multiplicā in ea regenera-



tiōnes tuas, qui grātię tuę



affluētis impetu lætificas ci-



uitātem tuam, fontemque



baptismatis āperis toto orbe



terrārum gētibus innouān-



dis : vt tuę maiestātis impērio,




sumat vnigeniti tui grātiā de



Sacerdos diuidit aquam manu in modum crucis, dicens.



Qui hanc aquam regenerandis




homínibus præparâtam, arcâ-



na sui nûminis admistiône fœ-



eúnder: vt sanctificatiône cõ-



cepta, ab immaculâto diuini




fontis vtero, in nouam renâta




creatûram, progénies calê-



stis emérget. Et quos aut sexus



in corpore, aut ætas discernit



in tẽpore, omnes in vnam pá-



riat grátia mater infantiã. Pro-



cul ergo hinc, iubente te Dñe,



omnis spíritus immúndus abs-



cédât: procul tota nequítia



diabólicæ fraudis absístat. Ni-



hil hic loci hábeat contráriae



virtûtis admístio: nõ insidiãdo





circúmuet: non laténdo sur-



éndi, operánte in eis spírítu



rêpat: non inficiéndo corrúpat.



sancto, perféctæ purgatiônis




Aquam ma-  
nu tangit.




indulgéntiam consequántur.



Sit hæc sancta & ín-



Facit cruces suprà  
fontem dicens:



nocens creatûra, líbera ab omni




Vnde bene ✠




impugnatóris incúrsum, & to-



díco te creatûra aquæ: per




tíus nequítie purgáta discéssu.



Deum ✠vium: per Deum



Sit fons viuus, aqua regénerans,




✠verum: per Deum ✠san-



vnda puríficans: vt omnes,




ctum: per Deũ, qui te in princí-



hoc lauácro salutífero dilu-




pio, verbo separáuit ab árida:







cuius Spíritus super te fere-



Diuidit aquam, & effun-  
dit in quatuor mundi par-  
tes, dicens.

bâtur.




Qui te de Paradísi fonte manâ-



re fecit, & in quatuor flumí-



nibus díuidens, totam terram



rigâre præcêpit. Qui te in



deserto amâram suauitâte ín-




ditâ fecit esse potâbilem, & si-



tiénti pópulo de petra produxit.



Bene ✠ dîco te & per Iesum



Christum filium eius vnicum



Dóminum nostrum: qui te



in Cana Galilææ signo admi-



râbili, sua poténtia conuértit



in vinum. Qui pédibus super



te ambulâuit, & à Ioánne in



Iordâne. in te baptizâtus est.



Qui te vnâ cū sâguine de lâte-

re suo







re suo produxit, & Discipulis



suis iussit, vt credētes baptizarē-



tur in te, dicens. Ite, docēte oēs



gētes, baptizātes eos, in nōmine



Patris, & Filij, et Spīritus sancti.


*Mutat vocem, & prosequitur in modum lectionis.*

**H**Æc nobis præcepta seruāntib⁹, tu Deus omnīpotēs, clemens ad estō: tu benignus ad spīra.


*Halat ter in aquam, in modum crucis, dicens.*

Tu has simplices aquas tuo ore benedicito: vt præter naturālem emundatiōnē, quam lauādis possunt adhibere corpōribus, sint etiā purificādis mētib⁹ efficāces.

*Hic Sacerdos ponit cereum parum intus in aquam: & resumēs tonum Præfationis dicit.*



D escēdat in hanc plenitudi-




nē fontis, virtus Spīritus sancti.


*Deinde extractum cereū de aqua, iterum profundius mergit, aliquāto altius repetens, D escēdat in hanc. Postea extractum rursus cereum de aqua, tertio immergēs vsque ad fundum, altiori adhuc voce repetit, D escēdat. vt supra. Et deinde sufflans ter in aquā, prosequitur.*



Totamque huius aquæ sub-



stantiam regenerādi foecū-



*Hic tollitur cereus de aqua, & prosequitur.*

*det effectū.*



Hic omnium peccatorum mā-



culæ deleantur: hic natūra





ad imáginem tuam cóndita, &



ad honôrem sui reformâta



princípij, cunctis vetustâtis




squalóribus emundêtur: vt om



nis homo Sacraméntum hoc



regeneratiônis ingrêssus,



in veræ innocétiæ nouam



infántiam renascâtur.

*Sequentia dicit legendo.*

Per Dóminũ nostrũ Iesum Chri-  
stum filium tuum, qui ventũrus

est iudicâre viuos & mórtuos, &  
sæculum per ignem. *℞ Amen.*

Deinde per assistentes Sacerdotes  
spargitur de ipsa aqua benedicta super  
populum. Et interim vnus ex Ministris  
ecclesiæ, accipit in vase aliquo de eadem  
aqua, ad aspergendum in domibus, &  
aliis locis. His peractis, Sacerdos qui be-  
nedixit fontem, infundit de oleo Cate-  
chumenorum in aquam in modũ cru-  
cis, intelligibili voce dicens: Sanctifice-  
tur & fœcúdetur fons iste oleo salutis re-  
nascétibus ex eo, in vitá æternâ. *℞ Amé.*

Deinde infundit de chrisimate, modo  
quo supra, dicens. Infusio chrisimatis  
Domini nostri Iesu Christi, & spiritus  
sancti paracliti, fiat in nomine sanctæ  
Trinitatis. *℞ Amen.*

Postea accipit ambas ampullas dicti  
olei sancti & chrisimatis, & de vtroque  
simul in modum crucis infundendo di-  
cit. Commistio chrisimatis sanctifica-  
tionis, & olei vnctionis, & aquæ bap-  
tismatis, pariter fiat, in nomine pa-  
tris, & fi-  
lii, & spiritus sancti. *℞ Amé.*


Tunc miscet ipsum oleum cú aqua,  
& spargit cum manu sua per omnẽ fon-  
tem. Si aderunt baptizandi, baptizat  
more consueto. Deinde dicuntur Lita-  
niæ. Postea rediens, preparat se pro Mis-  
sa sollemniter celebranda.

¶ Vbi vero non sunt Fontes baptisma-  
les, finita vltima Prophecia cum sua o-  
ratione, Celebrãs casula deposita cú mi-  
nistris ante altare procumbit: & aliis  
omni-



omnibus genuflexis, cantantur Litanîæ in medio chori à duobus cantoribus, utroque Choro idem simul respōdente.

¶ Circa finem Litaniarum, Sacerdos et ministri induuntur paramentis albi coloris: et interim accenduntur luminaria in altari. In fine Litaniarum cantantur sollempniter *K yrie eleison.* et repetuntur, ut in Missa moris est.




*Kyrie eléison, C*hriste eléi-



son. *C*hriste audi nos. *C*hri-



ste exaudi nos. *P*ater de cæ-




lis, *D*eus, *M*iserêre nobis.



*F*ili redemptor mundi *D*eus,




*M*iserêre nobis: *S*pírítus sancte,




*D*eus; *M*iserêre nobis. *S*ancta



trínitas vnus *D*eus; *M*ise-



rêre nobis. *S*ancta *M*aria;



ora pro nobis.

*S*ancta *D*eï génitrix

ora.

*S*ancta virgo vírginum

ora.

*S*ancte *M*ichael

ora.

*S*ancte *G*ábriel

ora.

*S*ancte *R*áphael

ora.

*O*mnes sancti ángeli & archángeli, orâte pro nobis.

*O*mnes sancti beatòrum spirítuum ór-  
dines, orâte pro nobis.

*S*ancte *I*oánnes *B*aptísta,

ora.

*O*mnes sancti patriárchæ & prophétæ,  
orâte pro nobis.

*S*ancte *P*etre

ora.

*S*ancte *P*aule

ora.

*S*ancte *I*oánnes


ora.

*O*mnes sancti apóstoli & euangelístæ,  
orâte pro nobis.

*O*mnes sancti discípuli *D*ómini,  
orâte pro nobis.




Sancte Stéphane  
 Sancte Laurenti  
 Sancte Vincéti  
 Oēs sancti Mártyres, orâte pro nobis.  
 Sancte Siluéster  
 Sancte Gregóri  
 Sancte Augustîne  
 Omnes sancti pontífices & cōfessóres,  
 orâte pro nobis.  
 Omnes sancti doctóres, orâte.  
 Sancte Benedicte  
 Sancte Domínice  
 Sancte Francíscce  
 Omnes sancti Sacerdótes & Leuitæ,  
 orâte pro nobis.  
 Omnes sancti Mónachi & Eremítæ,  
 orâte pro nobis.  
 Sancta Maria Magdalêna, ora.  
 Sancta Agnes ora.  
 Sancta Agatha ora.  
 Omnes sanctæ vírgines & víduæ, orâte  
 pro nobis.  
 Omnes sancti & sanctæ Dei, intercédite  
 pro nobis.




Propítius esto: parce nobis Dómine.  
 Propítius esto, exáudi nos Dómine.  
 Ab omni malo, líbera nos Dómine.  
 Ab omni peccáto, líbera nos Dómine.  
 A morte perpétua, líbera nos Dómine.  
 Per mystérium sanctæ Incarnatiónis  
 tuæ, líbera nos Dómine.  
 Per Aduéntum tuum, líbera.

ora. Per Natiuitátem tuam, líbera nos Dó-  
 mine.  
 ora. Per Baptísmum & sanctum Ieiúni-  
 um tuum, líbera nos Dómine.  
 ora. Per Crucem & Passiõnem tuam, líbe-  
 ra nos Dómine.  
 ora. Per Mortem & Sepultúram tuam, líbe-  
 ra nos Dómine.  
 Per sanctam Resurrectiõnem tuam, líbe-  
 ra nos Dómine.  
 Per admirábilem Ascensiõnem tuam,  
 líbera nos Dómine.  
 Per aduéntum Spíritus sancti Paracleti,  
 líbera nos Dómine.  
 In die Iudicij, líbera nos Dómine.



Peccatóres, te rogâmus, audi nos.



Vt nobis parcas, te rogâmus, audi nos.  
 Vt Ecclesiã tuam sanctam régere & cõ-  
 seruãre dignêris, te rogâmus audi nos.  
 Vt Domnum Apostólicum & omnes  
 ecclesiásticos Ordines in sancta reli-  
 giõne conseruãre dignêris : te rogâ-  
 mus, audi nos.  
 Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliãre  
 dignêris: te rogâmus audi nos.  
 Vt Régibus & Principibus Christiãnis,  
 pacem & veram concórdiam donãre  
 dignêris : te rogâmus audi nos.

Vt nos-




**V**t nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare & conseruare digneris: te rogamus audi nos.

**V**t omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas: te rogamus audi nos.


**V**t fructus terre dare & conseruare digneris: te rogamus audi nos.

**V**t omnibus fidelibus Defunctis requiem aternam donare digneris, te rogamus audi nos.

**V**t nos exaudire digneris: te rogamus, audi nos.



Agnus Dei, qui tollis peccata



mundi: parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Christi audi nos. Christe exaudi nos.

**Hic Cantores sollempniter incipiunt Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison: & ter singula repetuntur. Interim Sacerdos cum ministris in Paramentis albis accedit ad Altare & facit confessionem, ut moris est, in loco consueto: deinde ascendens, osculatur Altare, incensat more solito, & finitis à Choro Kyrie eleison incipit sollempniter Gloria in**


excelsis Deo, & pulsantur campanæ. Quo finito dicit, Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O**remus.

**D**eus, qui hanc sacratissimam noctem gloria Domine Resurrectionis illustras: conserua in noua familie tue progénie adoptionis spiritum, quem dedisti: ut corpore & mente renouati, puram tibi exhibeant seruitutem. Per Dominum.

**Lectio epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Colossenses.**

**F**ratres: Si consurrexistis cum Christo: quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt, sapite: non quæ super terram. Mortui enim estis: & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. cap. 1.

**Finita epistola, Celebrans incipit.**



Alle lu ia.

Et totum decantat ter, eleuando vocem gradatim: & Chorus post quamlibet vicem, in eadem voce repetit illud idem. Postea Chorus prosequitur. Confitemini Dño quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Deinde dicitur Tractus. Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum

P 5 omnes



omnes populi. *v.* Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.

Ad Euangelium non portantur luminaria, sed tantum incensum: & petitur benedictio.

Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.

*cap. 28.* **V**espere autem Sabbathi, quæ lucescit in prima Sabbathi: venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum. Et ecce terræmôtus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur: & vestimentum eius, sicut nix. Præ timore autem eius, exterriti sunt custodes: & facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus, dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, quæritis. Non est hic. Surrexit enim, sicut dixit. Venite, & videte locum, ubi positus erat Dñs. Et citò cunctes dicite discipulis eius quia surrexit. Et ecce, præcedet vos in Galileam. Ibi eum videbitis. Ecce, prædixi vobis.

Non dicitur Credo: sed finito Euangelio, Sacerdos dicit Dominus vobiscum. *℞.* Et cum spiritu tuo: et postea Oramus. Non dicitur Offertorium.

Secreta.

**S**uscipe, Domine, quæsumus, preces populi tui, cū oblationibus hostiarum: vt paschâlibus initiata mysteriis, ad æternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per Dominum.

P R Æ F A T I O.

**P**er omnia sæcula sæculorū.

*℞.* Amen. Dominus vobiscum.

*℞.* Et cum spiritu tuo. Sur-

sum corda. *℞.* Habemus ad


Dominum. Grâtiâmus

Domino Deo nostro. *℞.* Di-


gnum & iustum est, Verè dignū

& iu-





& iustum est, æquum & sa lu-



tare. Te quidē Dómine omni



témpore, sed in hac potíssimum



nocte gloriósius prædicâre, cum




Pascha nostrum immolâtus est



Christus. Ipse enim verus est



Agnus, qui ábs tulit peccâta




mundi. Qui mortem nostram



moriendo destrúxit, & vi-



tam resurgendo reparâuit. Et




í deo, cum Angelis & Ar-



chángelis, cum Thronis & Do-




minatió nibus, cumque omni



milítia cæléstis exér citus, hym-



num glóriæ tuæ cánimus,



si ne si ne dicétes.

#### INFRA ACTIONEM.


**C**ommunicántes, & noctem sacratíssimã celebrántes Resurrectiônis Dómini nostri Iesu Christi secúndum carnem, sed & memóriam venerántes, &c.



*Alia infra actionem.*

**H**anc igitur oblationem ser-  
uitutis nostrae, sed & cunctae  
familiae tuae, quam tibi offerimus:  
pro his quoque quos regenerare  
dignatus es ex Aqua & Spiritu san-  
cto, tribuens eis remissionem omnium  
peccatorum, quaesumus, Domine,  
ut placatus accipias, &c.

Dicitur, Pax Domini sit semper vo-  
biscum: sed pacis osculum non datur:  
nec Agnus Dei, nec Postcommunio  
dicuntur. Postsumptionem Sacramen-  
ti, pro Vesperis in Choro cantatur An-  
tiphona. Alleluia, alleluia, alleluia: &  
Psal. Laudate Dominum omnes gentes,  
cum Gloria patri: post quem repetitur  
eadem Antiphona. Capitulum, Hym-  
nus, & Versus non dicuntur: sed statim,  
Sacerdos in cantu incipit Antiphonam  
ad Magnificat.



Et prosequitur Chorus:

Quae lucefcit in prima Sabbathi: venit

Maria Magdalene, & altera Maria vide-  
re sepulchrum, alleluia.

Deinde cantatur Magnificat, cum  
Gloria patri: & repetita Antiphona,  
Sacerdos dicit, Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo. Oremus.


**S**piritum nobis, Domine, tuae  
charitatis infunde: ut, quos Sa-  
cramentis paschalis fatiasti, tua  
facias pietate concordēs. Per Do-  
minum nostrum Iesum Christum  
filium tuum, qui tecum viuit &  
regnat in unitate eiusdem Spiritus  
sancti.

Deinde dicit, Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo.

Postea Diaconus cantat:



Ite missa est: Alleluia,



Alle luia.

R. Deo gratias, Alleluia, alleluia.





# ORDINARIVM

## MISSÆ.

SACERDOS CVM INGRES-  
tur ad Altare, signans se signo Cru-  
cis, clara voce dicit:



**I**N nomine Patris, &  
Filij, & Spiritus sancti.  
Amen.

Deinde iunctis ma-  
nibus ante pectus in-  
cipit cum ministris Antiphonam.

**I**ntroibo ad altare Dei. Ministri respon-  
dent. Ad Deum qui lætificat iuuentu-  
tem meam.

Postea alternatim cum ministris di-  
cit sequentem Psalmum.

**I**udica me Deus, & discerne causam  
meam de gente non sancta: ab ho-  
mine iniquo & doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea, qua-  
re me repulisti, & quare tristis incedo  
dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa  
me deduxerunt, & adduxerunt in montem  
sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deum  
qui lætificat iuuentutem meam.

**C**onfitebor tibi in cithara Deus, Deus  
meus: quare tristis es anima mea, &  
quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor  
illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

**G**loria patri & filio: & Spiritui san-  
cto. Sicut erat in principio, & nunc &  
semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

Repetit cum Ministris Antiphonam.

**Ps.** Introibo ad altare Dei. **R.** Ad Deum  
qui lætificat iuuentutem meam. **Signat**  
se dicens **ps.** Adiutorium nostrum in no-  
mine Domini. **R.** Qui fecit cælum & ter-  
ram Deinde iunctis manibus inclina-  
tus facit confessionem.

**¶** In Missis defunctorum, & in Missis  
de tempore, à Dominica Passionis in-  
clusiuè, vsque ad Sabbathum sanctum  
exclusiuè, omittitur Psalmus, **I**udica me  
Deus, cum Gloria patri, & repetitione  
Antiphonæ. Sed dicto, In nomine pa-  
tris, **I**ntroibo & Adiutorium, fit con-  
fessio vt sequitur.

**C**onfiteor Deo omnipotenti,  
beate Mariæ semper virgini,  
beato Michaëli Archangelo, beato  
Ioanni Baptistæ, sanctis Apostolis  
Petro & Paulo, omnibus sanctis,  
& vobis, fratres: quia peccavi ni-  
mis cogitatione, verbo & opere,  
**Percutit sibi pectus, dicēs:** mea culpa,  
mea culpa, mea maxima culpa. I-  
deò precor beatam Mariam semper  
virginem, beatum Michaëlem ar-  
changelum, beatum Ioannem Bapti-  
stam,



stam, sanctos Apóstolos Petrum & Paulum, omnes sanctos, & vos fratres, orâre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

*Ministri respondent.*

**M**isereâtur tui omnípotens Deus, & dimíssis ómnibus peccâtis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

*Sacerdos dicit Amen. Deinde ministri repetunt confessionem: & ubi à Sacerdote dicebatur, Vobis fratres, & Vos fratres, à ministris dicitur, Tibi pater, & Te pater. Postea Sacerdos iunctis manibus facit absolutionem dicens.*

**M**isereâtur vestri omnípotēs Deus, & dimíssis ómnibus peccâtis vestris, perdúcat vos in vitam ætérnam. *R.* Amen.

*Signat se signo crucis, dicens.*

**I**ndulgéntiã, absolutiõnẽ, & remissiõnẽ ómniũ peccatõrũ nostrõrũ, tribuat nobis omnípotēs & misericors Dóminus. *R.* Amen.

*Inclinatus prosequitur ꝑ.*

Deus tu conuersus viuificabis nos. *R.*  
Et plebs tua lætabitur in te. *ꝑ.* Ostende nobis, Domine, misericordiam tuã. *R.* Et salutare tuũ da nobis. *ꝑ.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *ꝑ.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*Ascendens ad altare dicit. Oremus.*

**A**vfer à nobis, quæsum⁹ Dómine, cunctas iniquitates no-

stras, vt ad sancta sanctõrum, puris mereâmur méntibus introire. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Manibus iunctis super altare, inclinatus dicit.*

**O**Râmus te Dómine, per mérita sanctõrum tuõrum:

*Osculatur altare dicens.*

Quorum reliquiæ hîc sunt, & ómnium sanctõrum: vt indulgêre dignêris ómnia peccâta mea. Amen.

*In Missâ sollemni, Celebrans, antequam legat Introitum, benedicit incensum, dicens. Ab illo benedicaris, in cuius honore cremaberis, Amen. Et accepto thuribulo à Diacono, incensat altare, dicens: Dirigatur Dñe oratio mea, sicut incensum, in cõspectu tuo: eleuatio manũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Pone, Dñe, custodiã ori meo, & ostiũ circũ stãtię labiis meis: vt nõ declinet cor meũ in verba malitię ad excusandas excusationes in peccatis. Deinde Diacon⁹ recepto thuribulo à Celebrãte, incenset illuminatũ. Postea Celebrãs signãs se signo crucis, incipit Introitũ: quo finito, iunctis manibus accedens ad medium altaris, alternatim cum ministris dicit.*

**K**Yrie eléison, KYrie eléison, KYrie eléison. **C**hriste eléison, C hriste eléison, C hriste eléison, K yrie eléison, KYrie eléison, KYrie eléison.

*Postea ad medium altaris extendēs & iun-*



iungens manus, caputque aliquatulum inclinans, dicit si dicendum est; *Gloria in excelsis Deo: & prosequitur iunctis manibus. Cum dicit, Adoramus te, & Gratias agimus tibi, & Iesu Christe, & Suscipe deprecationem. inclinatur caput: & in fine dicit: Cū sancto Spiritu, signat se.*

*In Duplicibus & sollēnibus diebus.*



*Gloria in excelsis Deo.*

*In Missis beatæ Mariæ.*




*Gloria in excelsis Deo.*

*In Dñicis, Festis Semidup. & infra Octavas, quæ non sunt B. Mariæ.*



*Gloria in excelsis Deo.*

*In Festis Simplicibus.*



*Gloria in excelsis Deo.*

**G**Loria in excelsis Deo. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine*

*Deus, rex cælestis, Deus Pater omnipotēs. Domine fili unigenite Iesu Christe. Dñe Deus, Agnus Dei, filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quonia tu solus sanctus. Tu solus Dominus. Tu solus altissimus Iesu Christe. Cū sancto spiritu, in gloria Dei Patris, Amen.*

*Sic dicitur Gloria in excelsis. etiam in Missis beatæ Mariæ. Deinde osculatur Altare in medio. & versus populum dicit ꝑ. Dñs vobiscū. R. Et cū spiritu tuo. postea dicit Oremus. Deinde Orationes, vnā aut plures: sequitur Epistola, Graduale, Alleluia vel Tractus, Sequentia. vt tempus postulat.*

*His finitis, si est Missa sollēnis, Diaconus deponit librum Euāgeliorum super Altare: & benedicto incenso vt supra, genuflexus manibus iunctis ante medium Altaris dicit.*

**M**Vnda cor meū ac lābia mea, *omnipotens Deus, qui lābia Isaiæ prophætæ calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mūdare, vt sanctū euāgelium tuū dignè valeā nunciare. Per Christū Dñm nostrū. Amen.*

*Deinde accipit librum, & rursus genuflexus petit benedictionem à Sacerdote dicens: Iube domne benedicere.*

*Sacer-*



Sacerdos respondet.

**D**O minus sit in corde tuo & in labijs tuis, vt dignè & cōpetenter annuncies euangélium suum, in nómine patris & filij ✠ & spíritus sancti.

Deinde accepta benedictione, osculatur manū Sacerdotis: & cum alijs ministris incenso & luminaribus accedēs ad locum Euangelij, stans iunctis manibus dicit ꝑ. Dominus vobiscum, & Et cum spiritu tuo. Pronuncians, **Sequentia sancti euangelij secundum N.** póllice dextræ manus signat librum Euangelij, deinde frontem, labia, & pectus: & dū ministri respondent **Gloria tibi Domine,** incensat ter librum, postea dicit Euangelium iunctis manibus. Quo finito, Subdiaconus defert librū Sacerdoti, qui osculatur Euangelium dicens: **Per Euangelica dicta deleátur nostra delicta.** Deinde à Diacono Sacerdos incensatur. Si verò Sacerdos sine Diacono & Subdiacono celebrat, delato libro ad aliud cornu Altaris, stans ad mediū Altaris, iunctis manibus, & aliquantulum inclinatus dicit, **Munda cor meum, &c.** Iube dōne benedicere vt, supra: &, **D**ominus sit in corde meo, & in labijs meis, vt dignè & competenter annunciem Euangeliū suum. Deinde ad librum conuersus, iunctis manibus dicit ꝑ. Dominus vobiscum, & Et cum spiritu tuo: & pronuncians **Initium siue Sequentia sancti Euangelij, &c.** signat se, & legit Euangelium, vt dictum est. Quo finito, respōdent ministri, **Laus tibi Christe:** & sacerdos osculatur euangelium, vt supra. In Missis defunctorum dicitur **Munda cor meum** sed non petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec oscula-

tur liber. Deinde ad medium Altaris extendens, & iungens manus, dicit, si dicendum est: **Credo in vnum Deum:** & prosequitur iunctis manibus. Quando autem ventum est ad illud, **Et incarnatus est;** genuflectit vsque dum dicitur, **Crucifixus etiam pro nobis.** In fine ad **Et vitam venturi,** signat se signo Crucis.



**C**redo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factōrem cæli & terræ, visibílium ómnium & inuisibílium. Et in vnū Dóminū Iesum Chrstū, filium Dei vnigénitū. Et ex patre natū, ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstántialem patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines, & propter nostram salútem descēdit de cælis. Et incarnátus est de spíritu sancto ex Maria vírgine: **Et homo factus est.** Crucifixus etiam pro nobis: sub Póntio Piláto passus & sepúltus est. Et resurrexit tertia die, secūndum scriptúras: Et ascēdit in cælum: sedet ad dexteram patris. Et iterum ventúrus est cum glória iudicāre viuos & mórtuos: cuius regni non erit finis. Et in spíritum sanctum Dóminum & viuificāntem: qui ex patre filioq; procēdit. Qui cū patre & fi-

hic gen  
scēditur.

lio fi-



lio simul adoratur, & cōglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam, & apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen.

Deinde osculatur altare, & versus populum dicit *ψ*. Dominus vobiscum. *℞*. Et cū spiritu tuo. Postea dicit O remus, & Offertorium. Quo dicto, si est Missa sollemnis, Diaconus porrigit Celebranti patenam cum hostia: si priuata, Sacerdos ipse accipit patenam cum hostia, quam offerens dicit.

**S**uscipe, sancte pater omnipotēs æternæ Deus, hanc immaculatā hostiam: quā ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo viuo & vero, pro innumerabilibus peccatis & offensionibus & negligentis meis, & pro omnibus circumstantibus, sed & pro omnibus fidelibus Christianis viuis atque defunctis: vt mihi & illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.

Deinde reposita hostia super corporale, ministrat Diaconus vinū, Subdiacon' verò aquā in calice: vel si priuata est Missa, vtrūq; infundit Sacerdos, & aquā miscendā in calice benedicit, dicens.

**D**eus, qui humanæ substantiæ dignitatem mirabiliter condidisti, & mirabilius reformasti: da

nobis per huius aquæ & vini mysteriū, eius diuinitatis esse confortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps, Iesus Christus filius tuus Dominus noster. Qui tecū viuit & regnat, in vnitāte spiritus sancti, Deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

In Missis pro defunctis dicitur prædicta Oratio: sed aqua non benedicitur.

Accipiens calicem, offert dicens.

**O**fferimus tibi, Domine calicem salutaris, tuā deprecantes clementiam: vt in conspectu diuinæ maiestatis tuę pro nostra et totius mundi salute, cum odore suauitatis ascendat. Amen.

Deinde posito calice super corporale, & palla cooperto, iunctis manibus aliquantulum inclinatus dicit.

**I**n spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur à te, Dñe: & sic fiat sacrificium nostrū in cōspectu tuo hodie, vt placeat tibi Domine Deus.

Erectus expandit manus, casq; in altum porrectas iungens, eleuatis ad cælum oculis & statim demissis dicit.

**V**eni sanctificator, omnipotens æternæ Deus:

Benedicit oblata prosequendo: Et bene **✠** dic hoc sacrificium tuo sancto nomini præparatum.

Postea, si sollemniter celebrat, benedicit incensum, dicens.



**P**er intercessiõnem beáti Michaëlis Archàngeli stãtis à dextris Altãris incēsi, & ómniũ electõrũ suõrum, incensum istud dignetur Dñs bene dicere, & in odõrem suauitãtis accipere. Per Christũ Dõminũ nostrũ. *R.* Amē.

*Et accepto thuribulo à Diacono incensat oblata, dicens.*

**I**ncensum istud à te benedictũ, ascēdat ad te Dõmine: & descendat super nos misericordia tua.

*Deinde incensat altare dicens.*

**D**irigatur, Dñe, orãtio mea, sicut incensum in conspēctu tuo: eleuãtio mánuum meãrum sacrificiũ vespertínũ. Pone Dñe custodiã ori meo, & óstium circumstantiẽ lãbiis meis: vt non declinet cor meũ in verba malitiã ad excusandas excusatiõnes in peccãtis.

*Dum reddit thuribulum Diacono, dicit.*

**A**ccendat in nobis Dñs ignẽ sui amõris, & flammam eternã charitatis. Amen.

*Postea incensatur Sacerdos à Diacono, deinde alij per ordinem. Interim Sacerdos lauat manus, dicens.*

**L**auabo inter innocētes manus meas: & circũdabo altãre tuũ, Dõmine. Vt audiam vocẽ laudis: & enãrrem vniuersa mirabilia tua. Dõmine diléxi decõrem domus tuã: & locum habitatiõnis

glóriã tuã. **N**e perdas cum impiis ánimam meam: & cum viris sanguinum vitam meam. In quorũ mánibus iniquitates sunt: dextera eõrũ replẽta est munéribus.

**E**go autem in innocētia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei. **P**es meus stetit in directo: in eccléijs benedícam te, Dõmine. **G**loria patri & filio: & spirítui sancto. **S**icut erat in principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculõrum. Amen.

*In Missis pro Defunctis, & tempore Passionis in Missis de Tempore omittitur Gloria patri.*

*Deinde ad medium altaris, & aliquantulum inclinatus iunctis manibus dicit.*

**S**uscipe, sancta Trinitas, hãc oblatiõnem, quam tibi offerimus ob memóriam passiõnis, resurrectiõnis, ascēsiõnis Iesu Christi Dõmini nostri: et in honõre beãte Mariã semper vírginis, & beãti Ioãnis Baptístẽ, & sanctõrum apostolorum Petri & Pauli, & istõrum, & ómniũ sanctõrũ: vt illis proficiat ad honõrem, nobis autem ad salútem: & illi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eũdem Christum Dõminum nostrum Amen.

*Postea osculatur Altare, & versus populum dicit.*

**O**rãte



**O**Râte fratres: vt meum ac ve-  
strum sacrificiũ, acceptabile  
fiat apud Deum patrem omnipo-  
tẽntem. *Circumstantes respondet: alio-  
quin ipsemet Sacerdos.*

**S**Vscípiat Dóminus sacrificiũ  
de máribus [ tuis ] vel [ meis, ]  
ad laudem & glóriam nóminis  
sui: ad vtilitátem quoque nostram,  
totiúsque ecclésiæ suæ sanctæ.  
Amen.


Deinde manibus extensis absolute  
subiungit Orationes secretas. Quibus di-  
ctis, cum peruentũ fuerit ad conclusio-  
nẽ, clara voce dicit, *Per omnia sæcula sæ-  
culorum,* cum Præfatione, vt in sequen-  
tibus. Præfatio incipitur ambabus ma-  
nib⁹ positis hinc inde super Altare: quas  
aliquantulum eleuat, cum dicit *Sursum  
corda.* Iungit manus, & caput inclinat,  
cum dicit, *Gratias agamus Dño Deo  
nostro.* Deinde disiungit manus, & dis-  
iunctas tenet vsq; ad finẽ Præfationis: &  
iterum iungit, cum dicit *S anctus, &c.*




**SE QVENS.** Præfatio cum suo cãtu  
dicitur à Natiuitate Dñi vsq; ad Epiph.  
Et in Purificat. B. Mariæ Virginis. Et in  
Festo Corporis Christi, & per Octauã.



Er ómnia sæcula




sæculôrũ. *R.* Amẽ. *V.* Dñs vo-



biscũ. *R.* Et cũ spíritu tuo. *V.*



Sursum corda. *R.* Habẽmus ad



Dóminũ. *V.* Grátias agãmus Dó-




mino Deo nostro. *R.* Dignũ &



iustum est.


Verè dignũ



& iustum est, æquũ & salutã-




re: nos tibi semper & vbique




grátias ágere: Dñe sancte, Pater







omnípotens, ætérne Deus. Quia



per incarnáti verbi mystérium




noua mentis nostræ óculis lux




tuæ claritátis infúlfit: vt dū visi-




bíliter Deum cognóscimus, per




hūc in inuisibíliū amôre rapiâ-




mur. Et í deo cum Angelis &




Archángelis, cum Thronis &



Domina tiónibus, cumque omni



milítia cæléstis exércitus, hym-



nū glóriæ tuæ cánimus, si-




ne fi ne dicétes.

**I N F R A   A C T I O N E M .**

**C**ommunicantes & [ diem ]  
 vel [ noctem sacratíssimam ]  
 vel [ sacratíssimum ] celebrátes:  
 [ qua ] vel [ quo ] B. Mariæ inte-  
 meráta virgíntas, huic mundo é-  
 didit Saluatôrem. Sed & memó-  
 riam venerátes, in primis eiúsdē  
 gloriósæ semperque vírginis Ma-  
 riæ genitrícis eiúsdem Dei & Dó-  
 mini nostri Iesu Christi. Sed &  
 beatôrum Apostolôrum, &c.

In primâ Missâ duntaxat dicitur No-  
 ctem sacratíssimam. deinde semper di-  
 citur Diem sacratíssimū, vsq; ad Octauā  
 Natiuitatis Dñi inclusiue, & non vltra.

**S E Q V E N S** Præfatio cum suo can-  
 tu dicitur in Epiphania Domini, & per  
 Octauam.




Per ómnia sæcula sæculôrum.

R. Amen.





R. Amen. V. Dóminus vobis-




cum. R. Et cum spírítu tuo.




V. Sur sum corda. R. Habê-




mus ad Dóminum. V. Grá-



tias agâ mus. Dómino Deo



nostro. R. Di gnū & iustū est.




Prefatio.

V Verè dignū & iustum est,




æquum: & salutâre: nostribi



semper & vbique grâcias âge-




re: Dómine sancte, pater om-




nípotens, ætérne Deus. Quia



cum vnigénitus tuus in sub-



stántia nostræ mortalitâtis ap-




páruit, noua nos immortalitâ-



tis suæ luce reparâuit. Et í deo



cum Angelis & Archánge-



lis, cum Thronis & Dómi-




nati ónibus, cumque om-






ni militiæ cælestis exercitus hym-



num gloriæ tuæ cānimus, si-




ne si ne dicentes.

INFRA ACTIONEM.

**C**ommunicantes, & diem sa-  
cratissimū celebrātes: quo  
vni-génitus tuus in tua tecū glória  
coæternus in veritate carnis nostrę  
visibiliter corporālis apparuit. Sed  
& memoriā venerātes, imprimis  
gloriosæ semperque Virginiſ Ma-  
riæ, genitricis eiusdem Dei, & Dñi  
nostri Iesu Christi. Sed & beatōrū  
Apostolōrum, ac Mārtyrum tuō-  
rum Petri & Pauli, &c.

Et dicitur per totam Octauam.


SEQUENS Præfatio cum suo cātu di-  
citur in Dominicis & in Festis Duplici-  
bus, & Semiduplicibus Quadragesimę,  
vsque ad Dominicam Passionis, nisi in  
Festis propria assignetur.




**P**er omnia sæcula sæculōrū.




R. Amen. V. Dóminus vobis-




cum. R. Et cum spírítu tuo. V.



Sur sum corda. R. Habemus




ad Dóminū. V. Grátias agāmus



Dómino Deo nostro. R. Di-




gnum & iustum est.



Vere dignum & iustum est, æ-




quum & salutāre: nos tibi sem-




per & vbique grátias ágere:

Dó-






Dómine sancte, pater omnípo-




tens, ætérne Deus. Qui corpo-




ráli ieiúnió vítiã cónprimis,




mentem éleuas, virtútem lar-



gâris & præmia: per Christum




Dóminum nostrum. Per quem




maiestãtem tuam laudant ánge-



li, adórant dominationes, tre-




munt potestâtes. Cæli Cælorum-



que virtútes, ac beâta Séra-




phim, fô cia exultatiône con-



celebrant. Cum quibus & no-



stras voces vt admitti iúbeas de-




precâmur, súplici confessiône



dicentes.

SEQUENS Prefatio cum suo can-  
tu, dicitur in Dominica Passionis, in Do-  
minica Palmarum, in Feria quinta in Cæ-  
na Domini, & in Festis Duplicibus &  
Semiduplicibus eo tempore occurrenti-  
bus; nisi in Festis propria assignetur. Et  
in Sollemnitatibus sanctæ Crucis.



**P**er ómnia sæcula sæculórum.

Q. 4

R. Amen.






*R.* Amen. *Y.* Dóminus vobis-




cum. *R.* Et cum spírítu tuo. *Y.*



Sur sum corda. *R.* Habêmus



ad Dóminum. *Y.* Grátias agâ-




mus Dómino Deo nostro. *R.*



*Præfatio.*

Dignû & iustum est.



Verè dignum & iustum est,




æquum & salutâre, nos tibi




semper & ubique grátias á-



gere: Dómine sancte, pater



omnípotens, ætérne Deus.




Qui salûtem humáni géneris




in ligno Crucis constituí sti, vt



vnde mors ori ebâtur, inde vi-




tare súrgeret. Et qui in ligno vin-



cêbat, in ligno quoque vince-



rêtur: per Christum Dóminum



nostrû. Per quem maiestâtem

tuam






tuum laudant Angeli, adorant




Dominati ones, tremunt po-



testates. Cæli cælorumq; virtú-



tes, ac beata Séraphim, só cia




exultatió ne concélebrant. Cú




quibus & nostras voces, yr



admitti iúbeas de precâmur,




súp plici confessi ô ne



dicentes.

SEQUENS Præfatio cum suo can-  
tu dicitur à die Paschæ vsque ad Octa-  
uam: & in Dominicis vsque ad Ascen-  
sionem: & in Festis Duplicibus, &  
Semiduplicibus eo tempore occurren-  
tibus, nisi propria in Festis assigne-  
tur. Et vsq; ad Sabbathum in Albis in-  
clusiue dicitur: In hac potissimum  
die deinceps dicitur: In hoc potissi-  
mum tempore.




**P**er omnia sæcula sæculorū.




*Bz.* Amen. *v.* Dóminus vobis-




cum. *Bz.* Et cum spíritu tuo. *v.*



Sursum cor da. *Bz.* Habemus ad




Dóminum. *v.* Grátias agâ mus




Dómino Deo nostro. *Bz.* Dignum  
Q 5 & iu-



Præfa  
tio.

&amp; iustū est.

• Verè dignū




&amp; iustum est, æquū &amp; salutâ re.



Te quidem Dómine omni tē-




pore, sed in [hac] potíssimum




[die] gloriósius prædicâ re,



cūm Pascha nostrum immolâ-




tus est Christus. Ipse enim ve-



rus est Agnus, qui abstulit




peccâta mundi. Qui mortem




nostram moriēdo destruxit,




&amp; vi tam resurgēdo reparâ-




uit. Et í deo cum Angelis &amp;



Archángelis, cum Thronis, &amp;




Dominati ónibus: cumque



omni militiâ cælestis exerci-



tus, hymnum glóriæ tuæ cāni-



mus, si ne fine dicētes.

INFR A ACTIONEM.

**C**ommunicāntes & diē sacra-  
tíssimum celebrāntes Resur-  
rectiōnis Dómini nostri Iesu Chri-  
sti se-



sti secundum carnem. Sed & memoriam venerantes in primis gloriosæ semperque virginis Mariæ genitricis eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi: sed & beatorum apostolorum, &c. Sequitur.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ: sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum: quæsumus Domine, ut placatus, &c.

Sic dicitur à Vigilia Paschæ vsque ad Sabbathum in albis inclusivè.

SEQUENS Præfatio cum suo cantu dicitur à die Ascensionis, vsque ad Vigiliam Pentecostes exclusivè, & in Festis tunc occurrentibus.

**P**er omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen. *V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiri-




tu tuo. *V.* Sursum corda. *R.* Ha-



bemus ad Dominum. *V.* Grá-



tias agamus Domino Deo no-




stro. *R.* Dignum & iustum est.


Præfatio.




Verè dignū & iustū




est, æquū & salutâ re nos tibi



semper & ubiq; grátias ágere,




Dñe sancte, pater omnipotens,




ætérne Deus: Per Christū Dñm

nostrum.





nostrum. Qui post Resurrectiō-



nem suam omnibus discipulis




fuis manifestus apparuit, &



ipsis cernentibus est eleuatus in




caelum, ut nos diuinitatis suæ



tribueret esse participes. Et



in deo cum Angelis & Ar-




changelis, cum Thronis &




Domina tōnibus, cum-



que omni militia cælestis exer-



citus, hymnum gloriæ tuæ cá-




nimus, si ne si ne dicentes.

INFRA ACTIONEM.

**C**ommunicantes, & diem sa-  
cratissimum celebrantes: quo  
Dōminus noster vnigenitus filius  
tuus vnitam sibi fragilitatis nostre  
substantiam, in gloriæ tuæ dextera  
collocauit: Sed & memoriam ve-  
nerantes, in primis gloriôsæ sem-  
perque, &c.

Et dicitur per totam Octauam.

SEQUENS Præfatio cum suo can-  
tu dicitur à Vigilia Pentecostes vsque ad  
sequens Sabbathum inclusiue.



**P**er omnia sæcula sæculorum.




Et. Amen. y. Dōminus vobiscum.





cum. *R.* Et cum spírítu tuo. *ψ.*




Sursum corda. *R.* Habê mus ad



Dóminum. *ψ.* Grátias agâ-



mus Dómino Deo nostro. *R.*




Dignum & iustum est.



Verè dignum & iustum est, æ-



quum & salutâre: nos tibi sem-



per & ubique grátias ágere, Dó-



mine sancte, pater omnípotens,



ætérne Deus: Per Christum



Dóminum nostrum. Qui ascē-



dens super omnes cælos, sedens-



que ad dexteram tuam promís-



sum Spíritum sanctum hodiér-



na die in filios adoptiônis effû-



dit. Quaprópter profúsis gáu-



diis, totus in orbe terrarum




mundus exúltat. Sed & su-  
pérne





pèrnæ virtutes atque Angéli-



cæ potestates hymnū glóriæ tuæ



cóncinunt, si ne fi nedicentes.


**INFRA ACTIONEM.**

**C**ommunicantes, & diem sacratissimum Pentecostes celebrantes: quo Spiritus sanctus Apostolis innumeris linguis apparuit. Sed & memoriã, &c. Sequitur.


**H**anc igitur oblationem servitutis nostræ: sed & cunctæ familiæ tuæ quam tibi offerimus: pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua & spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, quæsumus, Domine, ut placatus accipias, &c.

Et dicitur vsque ad sequentem Sabbathum inclusivè.


**SEQUENS** Præfatio cum suo câtu dicitur in festis Apostol. & Evangelistarū, & per Octavas eorū, & in festis infra eas occurrentibus, nisi propria assignetur.




**P**er omnia sæcula sæculorum.



**℞** Amē. **ψ.** Dóminus vobíscum.



**℞** Et cum spírítu tuo. **ψ.** Sur-



sum corda. **℞.** Habémus ad Dó-



mium. **ψ.** Grátias agâ mus




Dómino Deo nostro. **℞.** Di-



gnū & iustum est.

Præfatio.

Verè



dignum & iustum est, æquum




& salutâre. **T**e Dómine suppli-




citer exo rârè: ut gregem tuum pastor





pastor ætérne non déferas, sed



per beátos Apostolos tuos con-



tínua protectiõne custódias. Ut



i isdē rectóribus gubernêtur,



quos óperis tui vicários eidem



contulísti præesse pastóres. Et



i deo cū Angelis & Archan-



gelis, cū Thronis & Domina-



tiõnibus: cūq; omni militiã cæ-




léstis exercitus, hymnũ glórię tuę



cánimus, si ne si ne dicentes.


**S E Q V E N S** Præfatio cum suo cantu dicitur in Festis factæ Mariæ, & per eius Octavas, (excepto festo Purificationis, in quo dicitur de Natiuitate Dñi) & in Missis votiuis de B. Maria, in quibus dicitur, & te in veneratione: in festis autē dicitur, & te in Annunciatione, vel Visitatione, vel Assumptione, vel Natiuitate, vel Conceptione secundum denominationem festi. In festo S. Mariæ ad Niues, dicitur, & te in festiuitate beatæ Mariæ.



**P**er ómnia sæcula sæculórum.



℞. Amē. √. Dñs vobiscum. ℞.



Et cū spíritu tuo. √. Sur sum




corda. ℞. Habé mus ad Dó-  
minum:






minum. *V.* Grátias agâmus Dó-




mino Deo nostro. *R.* Dignum



& iustum est.



*V*erè dignum & iustum est, æ-



quum & salutâre, nos tibi




semper & ubique grátias áge-



re: Dómine sancte, pater om-



nípotens, ætérne Deus. *E*t te



in veneratióne Beátæ Mariæ



semper vírginis collaudâre, be-



nedícere, & prædicâre. Quæ



& vnigénitum tuum sancti




Spíritus obumbratióne con-



cêpit: & virginitâtis glória



permanente, lumen ætérnum



mundo effúdit, Iesum Chri-




stum Dóminum nostrum. Per



quem maiestâtem tuam lau-

dant






dāt Angeli, adorāt Dominatiō-




nes, tremūt potestātes. Cæli cæ-



lorumque virtutes, ac beāta Sé-



raphin sōcia exultatiōne cōcē-



lebrant. Cū quibus & nostras



voces vt admitti iūbeas deprecā-



mur, sūp plici cōfessiōne dicentes.

SEQUENS Præfatio cum suo cā-  
tu dicitur in Festo sanctæ Trinitatis.



**P**er omnia sæcula sæculōrum.



R. Amen. V. Dóminus vobis-



cū. R. Et cū spírítu tuo. V. Sur-



sum corda. R. Habemus ad



Dóminum. V. Grátias agā-



mus Dómino Deo nostro. R.



Præfatio.


Dignū & iustū est.



Verè dignum & iustum est,



æquū & salutāre: nos tibi semper




& ubiq; grátias ágere, Dómine

R. sancte,






sancte, pater omnipotens, æterne




Deus. Qui cū vnigénito Fílio



tuo, & Spírítu sancto, vnus es




Deus, vnus es Dóminus. Non



in vnus singularitáte persónæ,



sed in vnus Trinitáte substátie.




Quod enim de tua glória reue-



lante te crédimus, hoc de Fílio




tuo, hoc de Spírítu sancto, sine



différétiã discretiõnis sentîmus.




Vt in cõfessiõne veræ sempiter-



næque Deitátis, & in persónis



proprietas, & in esséntia vnitas,




& in maiestaté adorêtur




æquálitas. Quam laudant



Angeli atque Archángeli,



Chérubin quoque ac Séraphin,



qui non cessant clamâre quotí-

die,





die, vna voce dicentes.

SEQUENS Præfatio cum suo cãtu dicitur in omnibus Festis Duplicibus, & per Octauas eorum, & in omnibus Semiduplicibus, & Dominicis diebus, vbi propria non habetur.



**P**er omnia secula seculorum.



R. Amē. V. Dñs vobiscū. R. Et




cū spiritu tuo. V. Sursum corda.



R. Habemus ad Dóminum. V.



Grátias agamus Dómino Deo



nostro. R. Dignum & iustū est.



Præfatio.

V erè dignum & iustū est,




æquū & salutare, nos tibi semper



& ubiq; grátias ágere, Dñe sancte,



pater omnípotēs, etérne Deus,




per Christū Dñm nostrum. Per




quē maiestatē tuā laudāt Angeli,



adórāt Dominatió nes, tremunt



potestates. Cæli, cælorūque vir-



tutes, ac beata Séraphin sócia

R 2 exulta-







exultatiō ne concélebrant. Cū



quibus & nostras voces vt ad-



mitti iubeas deprecâmur, sup-



plici confessi ô ne dicentes.

**S**anctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus sabaoth. Pleni sunt cæli & terra glória tua. O sanna in excélsis. **B**enedictus qui venit in nómine Dñi. O sanna in excélsis.

**SE QVENS** Præfatio cū suo cantu dicitur in diebus Ferialibus Quadragesimæ à quarta Feria Cinerū vsq; ad Sabbathū ante Dominicā Passionis inclusiue.



**P**er ómnia sæcula sæculórum.



**R.** Amen. **V.** Dóminus vobiscū.



**R.** Et cū spíritu tuo. **V.** Sursum




corda. **R.** Habêmus ad Dñm. **V.**



Grátias agâmus Dño Deo no-




stro. **R.** Dignum & iustum est.




Præfatio.

**V**erè dignū & iustū est,




æquū et salutâre, nos tibi semper



& vbîq; grátias ágere, Dñe san-



cte, Pater omnipotens, æterne



Deus. **Q**ui corporáli ieiúnio ví-



tia cōprimis, mētē éleuas, virtutē largi-





largîris & præmia: Per Christû




Dóminû nostrû. Per quẽ maie-



stâtẽ tuã laudant Angeli, adorãt




Dominatiõnes, tremunt Po-



testâtes. Cæli, cælorumque vir-



tutes ac beãta Séraphin, sôcia




exultatiõne concélebrant.



Cum quibus & nostras voces



vt admitti iúbeas deprecâmur,



súpplîci confessiõne dicentes.

SE QVENS Præfatio cum suo cantu dicitur in diebus Ferialibus, à Dominica Passionis vsq; ad Feriã quintã in Cœna Dñi. Et in Missis Vot iuis sanctæ Crucis



Per ómnia sæcula sæculôrû. R.



Amẽ. V. Dóminus vobiscum. R.



Et cû spírîtu tuo. V. Sursum cor-



da. R. Habêmus ad Dóminum.



V. Grátias agâmus Dño Deo no-



stro. R. Dignum & iustû est.



Præfatio.

V erè dignû et iustû est,


R 3 æquum.



æquum & salutâre, nos tibi sem-  
 per et vbique grâtiâs âgere, Dô-  
 mine sancte, pater omnîpotês,  
 ætérne Deus, Qui salûtem hu-  
 mâni géneris in ligno Crucis  
 constituísti, yt vnde mors orie-  
 bâtur, inde vita refúrgeret.  
 Et qui in ligno vincêbat, in li-  
 gno quoq; vincerêtur, Per Chri-  
 stum Dñm nostrû. Per quẽ ma-  
 iestâtẽ tuã laudant Angeli, adó-  
 rant Dominatiónes, tremunt  
 potestâtes, Cæli cælorumq; vir-  
 tútes, ac beâta Séraphin, sócia  
 exultatióne concélebrant.  
 Cum quibus & nostras voces,  
 yt admítte iúbeas deprecâmur,  
 súplici confessiône dicentes.



SEQUENS Præfatio cū suo cātu dicitur in Diebus Ferialibus ab Octava Paschæ vsq; ad Ascensionē Dñi. Et in Festis Simp licibus eo tēpore occurrētibus



omni tēpore, sed in hoc potissimum



gloriósius prædicâre, cū




Pascha nostrum immolâtus est




Christus. Ipse enim verus est A-



gnus, qui abstulit peccâta mundi.



Qui mortem nostram mori-



endo destrúxit, & vitam resur-



gendo reparâuit. Et ideo cum




Angelis & Archángelis, cum


R 4

Thronis


Per ómnia sæcula sæculôrum.




Amen. V. Dñs vobiscum. R.



Et cū spíritu tuo. V. Sursum cor-



da. R. Habêmus ad Dóminũ. V.



Grátias agâm⁹ Dño Deo nostro.




Præfatio.

Dignũ & iustũ est.



V erè dignũ & iustũ est, æquum




& salutâre. Te quidē Dómine





Thronis & Dominatiõibus,



cũque omni milítia cælestis ex-



ércitus, hymnum glóriæ tuæ cá-



nimus, sine fine dicentes.


**SEQVENS** Præfatio cum suo can-  
tu dicitur in Missis Votivis de Spiritu  
sancto.



**P**er ómnia sæcula sæculõrum.



**R.** Amen. **V.** Dóminus vobiscũ.



**R.** Et cũ spírítu tuõ. **V.** Surfũ cor-




da. **R.** Habémus ad Dóminũ. **V.**




Grátias agâmus Dño Deo no-



stro. Dignũ & iustũ est.




Verè dignum & iustum est, æ-



quũ & salutâre, nos tibi semper



& vbîq; grátias ágere, Dómine



sancte, Pater omnípotens, ætér-



ne Deus, Per Christum Dómi-




nũ nostrũ. Qui ascéndens super



omnes cælos, sedénsq; ad dexterã

tuum,






tuam, promissum Spiritu san-



ctum in filios adoptionis effudit.



Quapropter profusis gaudiis,



totus in orbe terrarum mundus exul-



tat. Sed et supernarum virtutes, atque




angelicę potestates, hymnum glorię



tuę concinunt, sine fine dicentes.


SEQUENS Præfatio cum suo cantu dicitur in Missis Votivis de Apostolis.



Per omnia secula seculorum.



R. Amē. V. Dominus vobiscum.



R. Et cum spiritu tuo. V. Sursum



corda. R. Habemus ad Dominum.



V. Gratiarum agamus Domino Deo nostro.



R. Dignum & iustum est.



Præfatio.

Verè dignum & iustum est,



æquum & salutare. Te Domine



suppliciter exorare, ut gregem



tuum pastor æternæ non deserat:






sed per beatos apóstolos tuos cō-



tínua protectiōne custódias.



Vt iisdē rectoribus gubernêtur:



quos óperis tui vicários eidem



contulisti præesse pastores. Et



ideo cum Angelis & Archán-



gelis, cum Thronis & Domi-




nationibus, cumque omni mi-



lícia cælestis exercitus, hym-




num glóriæ tuæ cánimus, sine




sine dicentes.


SE QVENS Præfatio cū suo cantu dicitur in Missis Votivis de S. Trinitate.



Per ómnia sæcula sæculórum.




*R.* Amē. *V.* Dóminus vobiscū *R.*



Et cū spírítu tuo. *V.* Surfum cor-



da. *R.* Habêmus ad Dñm. *V.* Grá-



tias agâmus Dómino Deo no-



stro. *R.* Dignum & iustum est.



Præfatio.

Verè dignū & iustū

est, æquum & salutāre, nos tibi

semper & vbique grātiās āgere,

Dōmine sancte, Pater omnīpo-

tens, æternē Deus. Qui cum

vnigénito filio tuo, & spīritu

sancto, vnus es Deus, vnus es

Dōminus. Non in vnū singu-

laritāte personæ, sed in vnū

trinitāte substātiæ. Quod enim

de tua glōria reuelāte te credi-

mus, hoc de filio tuo, hoc de spī-

ritu sancto, sine differētia discre-

tiōnis sentīmus: vt in confessiō-

ne veræ sempiternæq; deitātis,

& in personis proprietas, & in

essētia vnitas, & in maiestāte

adorētur æquālitās. Quem  
laudant





laudant Angeli, atque Archán-



geli, Chérubin quoque ac Séra-



phin, qui non cessant clamâre



quotídie, vna voce dicéntes.

*SEQVENS* Præfatio cum suo can-  
tu dicitur in Festis Simplicibus & die-  
bus Ferialibus, vbi propria nō habetur.



Per ómnia sæcula sæculòrum.




*R.* Amen. *ŷ.* Dñs vobíscū. *R.*




Et cum spírítu tuo. *ŷ.* Surfum



corda. *R.* Habêmus ad Dñm. *ŷ.*



Grátias agâmus Dómino Deo



nostro. *R.* Dignū & iustum est.




Præfatio.


V erè dignū & iustū



est, æquum & salutâre, nos tibi



semper & vbîque grátias ágere,



Dñe sancte, Pater omnípotēs, æ-



térne Deus, per Christū Dñm



nostrū. Per quē maiestâtē tuã lau-




dât Angeli, adorât Dominatiónes,  
tremunt





tremunt Potestates. Cæli cælo-  
rúmque virtutes, ac beata Séra-  
phin, sócia exultatióne concéle-  
brát. Cū quibus et nostras voces,



vt admitti iubeas deprecámur,  
súpplíci confessiône dicentes.

**S**anctus, Sanctus, Sanctus, Dómi-  
nus Deus sabaóth. Pleni sunt cæli  
& terra glória tua, O sanna in ex-  
celsis. **B**enedictus qui venit in  
nómine Dómini, O sanna in ex-  
celsis.



## PRÆFATIONES SINE NOTIS.

**P**er ómnia sæcula sæculórum.  
**R.** Amen.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum  
spíritu tuo.

**V.** Sursum corda. **R.** Habémus ad  
Dóminum.

**V.** Grátias agámus Dómino Deo  
nostro. **R.** Dignum & iustum est.

**V**ERE dignū & iustum est, æquū  
& salutáre, nos tibi semper & vbí-  
q; grátias ágere, Dñe sancte, Páter  
omnípotés, ætérne Deus, per Chri-  
stū Dñm nostrum. Per quē maie-  
státē tuam laudant Angeli, adórát  
Dinatiónes, tremút Potestates.  
Cæli cælorúque virtutes, ac beata

Séraphin: sócia exultatióne concé-  
lebrant. Cum quibus et nostras vo-  
ces vt admitti iubeas deprecámur:  
súpplíci confessiône dicentes.

**S**anctus, Sanctus, Sanctus Dñs  
Deus sabaóth. Pleni sunt cæli &  
terra glória tua, O sanna in excelsis.

**E**t ídeo cū Angelis & Archáge-  
lis, cū Thronis, & Dinatió nibus:  
cumque omni militiá cælestis ex-  
ércitus, hymnum glóriæ tuæ cáni-  
mus sine fine dicétes. **S**anctus, &c.

**In Nat. Domini, & per Octauam,**  
ætérne Deus.

**Q**uia per incárnati verbi mystériū  
noua mentis nostræ óculis lux tuæ  
clari-



claritatis infúlfit : vt dū visibíliter Deū cognóscim⁹, per hūc in inuisibíliū amóre rapiámur. Et id. vt sup.

*In Epiph. Domini, & per Oct.  
æterne Deus.*

**Q**uia cū vnigénitus tuus in substantia nostræ mortalitatis apparuit, noua nos immortalitatis suæ luce reparáuit. Et ideo. vt suprà.

*In Quadragesima. æterne Deus.*

**Q**ui corporáli ieiúnió vítia cōprimis, mentem éleuas, virtútē largís & præmia. Per Christū Dñm nostrum. Per quem, vt suprà.

*De sancta Cruce. æterne Deus.*

**Q**ui salútem humání géneris in ligno crucis cōstituísti, vt vnde mors oriebâtur, inde vita resúrgeret. Et qui in ligno vincēbat, in ligno quoque vinceretur per Christum Dóminū nostrū. Per quem, vt suprà.

*In die Resurrectionis, & tempore Paschali.*

*æquum & salutäre.*

**T**e quidē Dómine omnitémpore, sed in hac potíssimū nocte gloriósius prædicäre, cū Pascha nostrū immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit, & vitam resurgéndó reparáuit. Et ideo, vt sup.

*In Ascensione Domini.*

Per Christum Dóminum nostrū.

**Q**ui post resurrecciónem suá om-

nib⁹ discíplis suis manitér apparuit, & íplis cernētibus est eleuátus in cælū, vt nos diuinitatis suæ tribúeret esse partícipes. Et ideo, vt sup

*De sancto Spiritu.*

Per Christum Dóminum nostrū.

**Q**ui ascéndens super omnes cēlos, sedensque ad dēxeram tuam, promíssum Spíritū sanctum hodierna die in filios adoptiōnis effúdit. Quapropter profúsis gáudiis, totus in orbe terrarū mundus exúltat. Sed & supérnæ virtútes atque angélicę potestates hymnum glórię tuę cōcinunt, sine fine dicentes.

*De sancta Trinitate. æterne Deus.*

**Q**ui cū vnigénito Fílio tuo, & Spíitu sácto vn⁹ es De⁹, vn⁹ es Dñs. Nō in vn⁹us siugularitáte persónæ, sed in vn⁹us Trinitáte substátię. Quod enim de tua glória reueláte te credimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spíitu sancto, sine differētia discretiōnis sentímus. Vt in confessiōne veræ sempiternæque Deitátis, & in persónis proprietas, & in essētia vnitas, & in maiestaté adorētur æquálitas. Quem laudant Angeli, adórant Dominatiōnes. vt suprà.

*De sancta Maria. æterne Deus.*

**E**te in veneratiōne Beátæ Mariæ semper vírginis collaudäre, benedicere, & prædicäre. Quæ & vnigénitū tuum sancti Spíritus obubratiōne concēpit : & virginitatis glória



glória permanēte: lumen ætérnū mundo effūdit, Iesum Christum Dóminum nostrū. Per quē, *vt sup.*

*De Apostolis.*

æquum & salutāre.

**T**e Dómine suppliciter exorāre: vt gregē tuum pastor ætérne nō déferas: sed per beátos Apóstolos tuos cōtínua protectiōne custódias. Vt iisdé rectóribus gubernētur, quos óperis tui vicáriose ídem contulísti præesse pastóres. Et ídeo, *vt supra.*

**COMMUNICANTES.**

*In die Natalis Domini, & per Octauam.*

**C**ōmunicāntes & [diē] vel [noctē] sacratíssimā] vel [sacratíssimum] celebrāntes: [qua] vel [quo] beátæ Marię íntemérata vírginitas, huic mūdo édedit Saluatōrē. Sed & memóriā venerāntes, in primis eiúsdé glóriósæ semperq; vírginis Marię genitrícis eiúsdé Dei & Dómini nostri Iesu Christi. Sed & beatórum Apóstolórum. *vt in Canone.*

*In die Epiphaniæ, & per Oct.*

**C**ommunicāntes, & diem sacratíssimū celebrātes: quo vnigénit<sup>9</sup> tu<sup>9</sup> in tua tecū glória coætérnus in veritate carnis nostræ visibíliter corporális apparuit. Sed & memóriā

venerātes: in primis. *vt in Canone.*

*In Tempore Paschali.*

**C**ōmunicāntes, & [diē] vel [noctē] [sacratíssimū] vel [sacratíssimā] celebrāntes Resurrectiōnis Dómini nostri Iesu Christi secúndū carnē. Sed & memóriam venerāntes: in primis. *vt in Canone.*

*In Ascensione, & per Octau.*

**C**ommunicāntes, & diē sacratíssimum celebrāntes: quo Dóminus noster vnigénitus filius tuus vnítā sibi fragilitátis nostræ substántiā, in glóriæ tuæ dextera collocāuit. Sed & memóriam venerāntes, in primis. *vt in Canone.*

*In die Pentecostes & per Octauam.*


**C**ommunicāntes, & diē sacratíssimū Pētecóstes celebrātes: quo Spíritus sanctus Apóstolis innúmeris linguis apparuit. Sed & memóriā venerātes, in primis. *vt in Canone.*

*In Vigilia, die, & per Oct. Paschæ & Pentecostes.*

**H**anc ígitur oblatiōnem seruitutis nostræ: sed & cunctæ famíliæ tuæ, quam tibi offerimus: pro his quoque quos regenerāre dignātus es ex aqua & spíritu sancto, tríbuēs eis remissiōnē omnium peccatōrū: quæsumus, Dómine. *vt in Canone.*







INRI

J. W. INVENTOR.  
1571.



**S**ACERDOS extendens & iungens manus, ele-  
uans ad cælum oculos, & statim demittens, in-  
clinatus ante altare dicit.




**T**E igitur  
clementis-  
sime Pa-  
ter, per Iesum Chri-  
stum filium tuum Dó-  
minum nostrum, súp-  
plices rogâmus, ac pé-  
timus, **O**sculatur alta-  
re. Vti accépta hábe-  
as, & benedícas, **S**-  
ignet ter super oblata.  
**H**æc ✠ dona, hæc ✠  
munera, hæc ✠ sancta  
sacrificia illibâta. Extẽ-  
sis manib⁹ profequitur.  
In primis quæ tibi of-  
ferimus pro Ecclesia  
tua sancta Catholica:  
quam pacificâre, cu-  
stodire, adunâre, &  
régere digneris toto

orbe terrarum: vnâ  
cum famulo tuo Pa-  
pa nostro **N.** & An-  
tistite nostro **N.** &  
ómnib⁹ orthodoxis,  
atque Cathólicæ &  
Apostólicæ fidei cul-  
toribus.

**C**ommemoratio pro  
vuiis.

**M**emento, Dó-  
mine, famulò-  
rum famularumque  
tuarum. **N.** iungit  
manus, orat aliquan-  
tulum pro quibus ora-  
re intendit: deinde ex-  
tensis manibus profe-  
quitur.

Et ómnium circun-  
stâtium, quorum ti-  
bi fides cónita est,





& nota deuótió, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisque omnibus: pro redemptiõne animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ, tibi que reddunt sua vota ætérno Deo viuo & vero.

*Infra actionem.*

**C**ommunicantes & memoriam venerantes: in primis gloriósæ semperque virginis Mariæ genitricis Dei & Dómini nostri Iesu Christi. Sed & beatórum Apostolorum, ac Mártýrum tuórum: Petri & Pauli, Andréæ, Iacóbi, Ioánnis, Thomæ, Iacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis & Thadæi: Lini, Cleti, Clemētis, Xisti, Cornélij, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Ioánnis & Pauli, Cosmæ & Damiáni, Et ómnium Sanctórum tuórum: quorum méritis precibúsque concédas, vt in ómnibus protectiõnis tuæ muniámur auxili-

lio. *iungit manus.* Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Tenens manus extensas super oblata dicit.*

**H**anc igitur oblatiõne miseruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus Dómine, vt placátus accipias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatiõne nos éripi, & in electórum tuórum iúbeas grege numerári. *iungit manus.* Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

**Q**uam oblatiõnẽ tu Deus in ómnibus, quæsumus: *signat ter super oblata, benedictam, ascriptam, ratam, rationábilem, acceptabilẽque facere digneris: signat semel super hostiam, & semel super calicem: vt nobis Corpus, et Sanguis fiat dilectissimi filii tui Dómini nostri Iesu Christi.*

**Q**ui pridie, quàm patretur: *accipit hostiam: accipit*



cēpit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: *eleuat oculos ad cælum*: Et eleuatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem: tibi grātiās agens: *signat super hostiam*: bene ✠ dixit, fregit, deditque Discipulis suis dicens: Accipite & māducate ex hoc omnes.

*Tenens ambabus manibus hostiam, profert verba consecrationis distinctè, secretè, & attentè.*

Hoc est enim corpus  
meum.

*Prolatis verbis consecrationis, statim hostiam consecratam genuflexus adorat: surgit, ostendit populo: reponit super corporale, iterum adorat: & non disiungit pollices & indices, nisi quando hostia tractanda est, vsque ad ablutioem digitorum. Tunc detecto calice dicit:*

**S**imili modo postquam  
coenatum est: ambabus  
manibus accipit calicem acci-

piens & hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi grātiās agens, *sinistra tenens calicem, dextera signat super eum*. Bene ✠ dixit, deditque Discipulis suis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes. *Profert verba consecrationis super calicem, tenens illum parum eleuatum.*

Hic est enim calix sanguinis mei: noui & æterni testamēti: mystērium fidei: qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionē peccatorum.

*Prolatis verbis consecrationis, deponit calicem super corporale, & genuflexus adorat: surgit & ostendit populo: dicens. Hæc quotiescūque feceritis, in mei memoriā faciētis. deponit, cooperit, & iterum adorat.*

*Deinde disiunctis manibus dicit.*



**V**Nde & mémores Dómine nos serui tui, sed & plebs tua sancta eiusdem Christi filij tui Dómini nostri, tam beátæ Passiõnis, nec non & ab ínferis Resurrectiõnis, sed & in cælos gloriõsæ Ascensiõnis, offerimus præcláre maiestatí tuæ, de tuis donis ac datis, *signat* super hostiam & calicem simul, hóstiam ✠ puram: hóstiam ✠ sanctam: hóstiam ✠ immaculátam, *signat* semel super hostiam, & semel super calicem. panem ✠ sanctum vitæ æternæ, & cálicem ✠ salútis perpétuæ. *extensis manibus* profequitur.

**S**Vpra quæ propítio ac seréno vultu respícere digneris: & accépta habère, sicuti accépta habère dignatus es múnera púeri tui iusti Abel, & sacrificiũ patriárche nostri Abrahæ: & quod tibi obtulit summus Sacérdos tuus Melchisedec, sanctũ sacrificiũ, immaculátam hóstiam.

*Profundè inclinatus iunctis manibus* dicit.

**S**Vpplices te rogámus, omnipotens Deus: iube hæc perférri per manus sancti Angeli tui in sublímè altáre tuum in conspéctu diuinæ maiestatís tuæ. Vt quotquot, *osculatur* Altare, ex hac Altáris participatiõne, sacrosánctũ filij tui, *signat* semel super hostiam, & semel super calicem. Cor ✠ pus & sán ✠ guinem sumpserimus, *Seipsum* signat, omni benedictiõne cælésti & grátia repleámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Commemoratio pro Defunctis.*

**M**Eménto étiam, Dómine, famulórũ famularúmque tuárum: qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dõrmiunt in somno pacis. *N. iungit manus, orat aliquátulum pro his Defunctis pro quibus orare intendit: deinde extensis manibus* profequitur. *Ipsis Dómine, & ómnibus in Christo quiescéntibus, locũ refrigerij, lucis, & pacis, vt indulgeas, deprecamur. Per eúndem*



eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Percutit pectus, elata parum  
voce dicens.*

**N**obis quoque peccatõ-  
ribus famulis tuis, de  
multitudine miseratiõnum  
tuarum sperantibus, partem  
aliquam & societatem do-  
nare digneris, cum tuis San-  
ctis Apóstolis & Martyri-  
bus: cum Ioánne, Stéphano,  
Matthía, Bárnaba, Ig-  
natio, Alexándro, Marcel-  
lino, Petro, Felicitate, Pér-  
pétua, Agatha, Lucia, Agnê-  
te, Cæcília, Anastásia: &  
ómnibus Sanctis tuis. Intra  
quorum nos consórtium, nõ  
æstimâtor mériti, sed vénia,  
quæsumus, largitor admítte.

Per Christum Dóminum  
nostrum.

**P**er quem hæc ómnia Dó-  
mine semper bona creas,  
Signat ter super hostiam & cali-  
cem simul dicens. San ✠cti-  
ficas: viuí ✠ficas: bene ✠  
dicas, & præstas nobis disco-  
operit calicem, genuflectit, acci-  
pit Sacramentum dextera, te-  
nens sinistra calicem: signat cum  
hostia ter à labio ad labium cali-  
cis dicens. Per ip ✠sum: &  
cum ip ✠so: & in ip ✠so:  
bis signat inter pectus & calicem,  
est tibi Deo Patri ✠omnipo-  
tenti: in vnitâte Spíritus ✠  
sancti: eleuans parum calicem  
cum hostia dicit, omnis honor  
& glória. reponit hostiam, co-  
operit calicem, genuflectit, surgit  
& dicit.

S ;

IN



**P** Er ómnia sæcula sæcu-

lórũ. *Resp.* Amen.

**O** ræmus. Præceptis salu-

táribus móniti, & diuí-

na institutiõne formáti,

audæmus dicere. *Extendit manus.*

**P** ater noster, qui es in

cælis. Sanctificetur no-

men tuum. Aduéniat re-

gnum tuum. Fiat vo-

lúntas tua, sicut in cælo

& in terra. Panem no-

strum quotidiãnum da

nobis hódie. Et dimít-

te nobis débita nostra,

sicut & nos dimíttimus

debitóribus nostris. Et


ne nos indúcas in tenta-

tiõ-





tionem. *Resp.* Sed libe-



ra nos à ma lo.

*Sacerdos secrete respondet.*

Amen.

*SEQVENS cantus dicitur in  
Festis Simplicibus, & Fe-  
rialibus diebus.*



**P**er omnia sæcula sæcu-



lòrum. *Resp.* Amen.




*Orêmus.* Præceptis fa-



lutâribus móniti, & di-




uina institutiõne formá-



ti, audêmus dicere.



**P**ater noster, qui es in



cælis. Sanctificêtur no-



men tuum. Aduéniat



regnum tuum. Fiat vo-



lúntas tua, sicut in cæ-



lo & in terra. Panem



nostrum quotidiânum



da nobis hódie. Et dimít-

S 4 te





te nobis débita nostra,



sicut & nos dimittimus



debitóribus nostris. Et



ne nos indúcas in tenta-



tiónem. *Resp.* Sed libera



nos à malo. *Sacerdos sub-*

*missa voce di-*  
*cit. Amen.*

Deinde accipit patenam inter indicem & medium digitos, & dicit.

**L**ibera nos, quæsumus Dómine, ab ómnibus malis, præteritis, præsentibus, & futúris: & intercedente beáta & gloriósa semper vírgine Dei genitríce Maria, cum beátis Apóstolis tuis Petro & Paulo, atque An-

dréa, & ómnibus factis: signat se cū patena à fróte ad pectus. Da propítius pacem in diébus nostris: vt ope misericórdiæ tuæ adiúti, & à peccáto simus semper líberi, & ab omni perturbatióne secúri.

Submittit patená hostiæ, discooperit calicē, genuflectit, surgit, accipit hostiam, frangit eā super calicem per medium, dicens. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Partem quæ in dextera est, ponit super patena. Deinde ex parte quæ in sinistra remáserat, frangit particulam, dicens. Qui tecum viuit et regnat in vnitáte Spiritus sancti Deus. Aliam mediam partem cū ipsa sinistra ponit super patenam, & dextera tenens particulam paruum super calice, sinistra calicem, dicit.



**P**er ómnia sæcula sæcu-



lòrum *Resp.* Amen.



Cum ipsa particula signat ter super calicem, dicens.



Pax ✠ Dómini, sit ✠ sem-



per vobis ✠ cum Resp.



Et cum spírítu tuo.

Particulam ipsam imponit in calicem, dicens secretè.

**H**Æc commístio & consecrátio còrporis & sànguinis Dómini nostri Iesu Christi, fiat accipiéntibus nobis in vitã ætérnam. Amē. Cooperit calicem, genuflectit, surgit, & inclinatus Sacramento, iunctis manibus, & ter pectus percutiens dicit.

Agnus Dei qui tollis peccàta mundi, miserère nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccàta mundi, miserère nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccàta mundi, dona nobis pacem.

In Missis pro Defunctis omisso

miserere nobis, dicitur; dona eis requiem: & tertio additur, sempiternam. Deinde iunctis manibus super altare positis, inclinatus dicit secretò sequentes Orationes.

**D**omine Iesu Christe, qui dixisti apóstolis tuis: Pacem relinquo vobis, Pacem meam do vobis: ne respicias peccàta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ, eamque secundum voluntatem tuam pacificare & coadunare digneris. Qui vivis & regnas Deus: per omnia sæcula sæculòrum. Amen.

Si adsit qui pacem recipiat, osculatur altare, & dans pacem dicit, Pax tecum. R. Et cum spírítu tuo.

In Missis Defunctorum non datur pax, neque dicitur præcedens Oratio.

**D**omine Iesu Christe, fili Dei viui, qui ex voluntate patris, cooperante spírítu sancto per mortem tuã mundũ viuificasti: libera me per hoc sacrosanctũ corpus,



& sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, & vniuersis malis: & fac me tuis inhærere mandatis, & à te nunquam separari permittas. Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu sancto viuis & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

**P**ercéptio corporis tui, Domine Iesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proueniat in iudicium & condemnationem, sed pro tua pietate profit mihi ad tutamentis & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui viuis & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Genuflectit, surgit, & dicit.*

**P**anem cælestem accipiam, & nomē Dñi inuocabo.

*Accipit ambas partes hostiæ inter pollicem & indicem sinistræ manus, & patenam inter eundem indicem & medium, & dextera percutiens pectus, dicit ter.*

**D**omine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.

*Postea dextera se signans cum hostia super patena, dicit.*

**C**orpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

*Sumit ambas partes hostiæ, iungit manus, & quiescit aliquantulum. Deinde discooperit calicem, genuflectit, extergit patenam super illum, & dicit.*

**Q**uid retribuam Domi-  
no pro omnibus quæ re-  
tribuit mihi? Calicem salu-  
târis accipiam, & nomē Dó-  
mini inuocabo. Laudans in-  
uocabo Dóminum, & ab  
inimicis meis saluus ero. Ac-  
cipit calicem, & eo se signans dicit.

**S**anguis Domini nostri Ie-  
su Christi custodiat ani-  
mā meā in vitā æternā. Amē.

*Sumit totum sanguinem cū parti-  
cula. Quo sumpto, si qui sunt cō-  
municandi, eos communicet, an-  
tequam se purificet. Postea dicit.*

**Q**uod




**Q**uod ore sumpsimus,  
Dómine, pura mente  
capiamus: & de múnere tem-  
poráli fiat nobis remédium  
sempitérnium.

Interim porrigit calicem mi-  
nistro, qui infundit ei parum vini  
quo se purificat: deinde prose-  
quitur.


**C**orpus tuum, Dómine,  
quod sumpsi, & sanguis  
quem potáui, adhæreat vi-  
scéribus meis, & præsta: vt in  
me non remáneat ~~vlla~~ scéle-  
rum mácula: quem ~~tam~~ pu-  
ra, & sancta refecerunt Sacra-  
ménta. Qui viuis & regnas  
in sæcula sæculórum. Amen.

Abluit digitos, extergit, & su-  
mit abluitionem; extergit cali-  
cem, & plicato corporali more  
solito prosequitur Missam. Di-  
cto post vltimam Orationem,  
Dominus vobiscum. *R.* Et cum  
spirítu tuo, dicit pro Missæ qua-  
litate: I te missa est, vel, B enedi-  
camus Domino. *R.* Deo gra-  
tias. In Missa Defunctorum  
dicit: Requiescant in pace.  
*R.* Amen.

Tempore Paschali, hoc est, à  
Missâ Sabbathi sancti vsque ad  
Sabbathum in Albis inclusiue.



I te missa est, Alleluia,



Alle luia.

In Festis Duplicibus.




I te



missa est.

In Missis beatæ Mariæ.



I te mis-



sa est.

In festis Semidup. infra Oct. quæ  
non sunt B. Mariæ, & Do-  
minicis diebus infra annum.

I te



**I** te  
missa est.

In Festis Simplicibus.

**I** te missa est.

In Dominicis diebus tempore  
Aduentus & Quadragesimæ.

**B**enedicamus Dómino.

Aliis Dominicis.

**B**enedicamus Dó-  
mino.

Aliis Dominicis per annum.

**B**enedicam' Dómino.

In Feriis.

**B**enedicamus Dómino.

In Missis Defunctorum.

In Duplicibus.

**R**equiescant in pace.

**R**equiescant in pace.

In Simplicibus.

**R**equiescant in pace.

**R**equiescant in pace.

Dicto **I** te missa est, vel **B**enedicamus Dómino, inclinante ante medium Altaris, & dicit.

**P**láceat tibi, sancta Trínitas, obsequium seruitutis meæ, & presta: vt sacrificium quod óculis tuæ maiestátis indignus óbtuli, tibi sit acceptábile mihi que, & ómnibus, pro quibus illud óbtuli, sit te



fit te miserante propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde benedicit populum. Benedicat vos omnipotēs De⁹, Pa<sup>ter</sup> : & Fi<sup>lius</sup> : & Spīritus<sup>sanctus</sup>.

In Missis priuatis semel tantū benedicit. Deinde dicto, Dñs vobiscū &. Initiū, vel, Sequētia sancti Euangelij secundum N. ac se signans vt suprà in Euangelio Missæ, legit Euangelium secundum Ioannem. In principio erat verbum. vel aliud Euangelium, vt dictum est in Rubricis generalibus.

Initium sancti Euangelij secundum Ioannem.

**I**N principio erat verbum: & verbum erat apud Deū: & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deū. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat: & vita erat lux hominum: & lux in tene-

bris lucet, & tenebræ eam non comprehendērunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: & mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognouit. In propria venit: & sui eum non recepērunt. Quotquot autem recepērunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt.

Et verbū caro factū est: & habitauit in nobis ( & vidimus glóriam eius, glóriam quasi vnigéniti à patre

Hic genu  
fleclitur.



tre ) plenum grátia & ve-  
ritatis.


In Missis defunctorum non  
datur Benedictio, sed dicto, Re-  
quiescant in pace, dicit vt supra,  
Placeat. deinde Euangelium San-

cti Ioannis. Finito Euangelio  
Sancti Ioannis, discedens, pro  
gratiarum actione dicit Anti-  
phonam. T rium puerôrum, vt  
habetur in principio Missalis.

---










Roman. IIII.



Christus traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.







# DOMINICA

## RESURRECTIONIS

### DOMINI.

*Statio ad sanctam Mariam Maiorem.*

*Introitus.*



**R**esurrexi, & adhuc tecum sum, alleluia: posuisti super me manum tuam, alleluia: mirabilis facta est scientia tua, alleluia, alleluia.

*Psalms.* Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

*ψ.* Gloria patri.

*Oratio.*

**D**eus, qui hodierna die, per unigenitum tuum, æternitatis nobis aditum deuicta morte referasti: vota nostra, que præueniendo aspiras, é-

tiam adiuuando proficere. Per eundem Dominum nostrum.

*Lectio epistolæ B. Pauli apostoli ad Corinthios.*

**F**ratres: Expurgate vetus fermentum: ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatum est Christus. Itaque epulemur: non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiae: sed in azymis sinceritatis & veritatis.

*Graduale.* Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. *ψ.*

Cōfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

*Alleluia, allel. ψ.* Pascha nostrum immolatus est Christus.



## Sequentia.

**V**ictimæ Paschali laudes immo-  
lent Christiani. Agnus redemit  
oues: Christus innocens patri recon-  
ciliavit peccatores. Mors, & vita,  
duello conflixere mirando: dux vitæ,  
mortuus regnat viuus. Dic nobis  
Maria, quid vidisti in via? Sepulchrū  
Christi viuentis: & gloriam vidi re-  
surgentis. Angelicos testes, sudar-  
ium, & vestes. Surrexit Christus  
spes mea: præcedet vos in Galilæam.  
Scimus Christum surrexisse à mor-  
tuis verè: tu nobis victor rex misere-  
re. Amen. Alleluia.

**Sequentia dicitur vsque ad Sab-  
bathum in Albis inclusiue**

**Sequentia sancti euangélj  
secundum Marcum.**

**Cap. 16.** **I**n illo tempore: Maria Magda-  
léne, & Maria Iacobi, & Salo-  
me, emerunt aromata: vt venien-  
tes, vngerent Iesum. Et valde manè  
vna sabbathorum, veniunt ad  
monumentum, orto iam sole. Et  
dicebant ad inuicem. Quis reuol-  
uet nobis lapidem ab ostio mo-  
numenti? Et respicientes, viderunt  
reuolutum lapidem. Erat  
quippe magnus valde. Et intro-  
euntes in monumentum, viderunt  
iuuenem sedentem in dex-  
tris, coopertum stola candida: &  
obstupuerunt. Qui dixit illis.  
Nolite expauescere. Iesum quaeritis  
Nazarenum, crucifixum:

surrexit, non est hic: ecce locus  
vbi posuerunt eum. Sed ite, dici-  
te discipulis eius, & Petro: quia  
præcedet vos in Galilæam. Ibi eū  
videbitis: sicut dixit vobis.

**Et dicitur Credo.**

**Offertorium.** Terra tremuit, & <sup>psal. 75.</sup>  
quieuit, dum resurgeret in iudicio.  
Deus, alleluia.

## Secreta.

**S**uscipe, quaesumus Domine,  
preces populi tui, cum obla-  
tionibus hostiarum: vt paschali-  
bus initiata mysteriis, ad æterni-  
tatis nobis medelam te operante  
proficiant. Per Dominum.

**Præfatio.** Te quidem Domine om-  
ni tempore, sed in hac potissimū die.

**Et sic dicitur vsq; ad Sabbathum  
in Albis inclusiue.**

**Communio.** Pascha nostrum im-<sup>r. Cor. 5.</sup>  
molatus est Christus, alleluia: itaque  
epulemur in azymis synceritatis &  
veritatis, alleluia, alleluia, alleluia.

## Postcommunio.

**S**piritum nobis, Domine, tuæ  
charitatis infunde: vt quos sa-  
cramentis paschalibus satiasti, tua  
facias pietate concordes. Per Dó-  
minum nostrum.

**Post Dominus vobiscum, dicitur**  
Ite missa est, alleluia, alleluia. **Et.** Deo  
gratias, alleluia, alleluia.

**Sic dicitur vsq; ad Sabbathum  
in Albis inclusiue.**



**I**nfra Octauam Paschæ non fit de aliquo festo duplici vel semiduplici, sed post Octauam celebratur. De simplici autem fit tantum commemoratio post tri-duum.

## FERIA SECUNDA.

*Statio ad sanctum Petrum.*

## Introitus.



**I**ntroduxit vos Dominus in terram fluentem lac & mel, alleluia: & ut lex Domini semper sit in ore vestro, alleluia, alleluia.

**Psalms.** Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. *Ps.* Gloria patri & filio.

## Oratio.

**D**eus, qui solemnitate paschali mundo remedia contulisti: populum tuum, quem quesumus, caelesti dono proficere: ut & perfectam libertatem consequi mereatur: & ad vitam proficiat sempiternam. Per Dominum.

## Lectio actuum Apostolorum.

**I**n diebus illis: Stans Petrus in medio plebis, dixit. Viri fratres, vos scitis, quod factum est verbum per uniuersam Iudæam: incipiens enim a Galilæa, post Baptismum, quod predicauit Ioannes, Iesum a Nazareth: quomodo unxit eum

Deus spiritu sancto & virtute: qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos a diabolo: quoniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium, quæ fecit in regione Iudæorum & Hierusalém: quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die: & dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo, nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam surrexit a mortuis. Et præcepit nobis predicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est a Deo iudex uiuorum & mortuorum. Huic omnes prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.

**Graduale** Hæc dies, quam fecit *Ps. 117.* Dominus, exultemus & lætemur in ea. *Ps.* Dicat nunc Israel, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.

**Alleluia alleluia.** *Ps.* Angelus Domini descendit de caelo: & accedens reuoluit lapidē, & sedebat super eum. *Mat. 28.*

**Sequentia.** Victimæ Paschali, cum Alleluia, in fine, ut supra in Dominica Resurrect. pag. ij.

**Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.**

**I**n illo tempore: Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in ca-

A 2 stellum,



stellū, quod erat in spatio stadiōrum sexaginta ab Hierusalēm, nō mine Emmaus. Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus, quæ acciderant. Et factū est: dum fabularētur & secum quærerēt, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eōrum tenebantur, ne eum agnōscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermōnes quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondēs vnus cui nomen Cléophas, dixit ei. Tu solus peregrīnus es in Hierusalēm, & non cognouisti quæ facta sunt in illa, his diēbus? Quibus ille dixit. Quæ? Et dixerunt. De Iesu Nazaréno, qui fuit vir prophēta, potens in opere & sermōne coram Deo, & omni pōpulo. Et quōmodo tradiderūt eum summi sacerdotēs & principes nostri in damnationem mortis: & crucifixerunt eum. Nos autem sperabāmus, quia ipse esset redēptūrus Israēl. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hōdie quod hæc facta sunt. Sed & mulierēs quædam ex nostris, terruerūt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum: & non inuēto corpore eius, uenerunt, dicentes se etiā uisionem angelōrum uidisse, qui dicūt eum uiuere. Et abiērunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenērunt, sicut

mulierēs dixerunt: ipsum uerò nō inuenērunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophēta. Nōne hæc oportuit pati Christū, & ita intrāre in glōriam suam? Et incipiens à Moysē, & omnibus prophētis, interpretabātur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello, quo ibant: & ipse finxit se longius ire. Et cōgērunt illum, dicentes. Mane nobiscum, quōniam aduesperāscit, & inclināta est iam dies. Et intrāuit cum illis. Et factū est: dum recumberet cū illis, accēpit panē, & benedixit ac fregit, & porrigēbat illis. Et apērti sunt oculi eōrū, & cognouerūt eum: & ipse euānuit ex oculis eōrum. Et dixerunt ad inuicem. Nōne cor nostrum ardēs erat in nobis, dum loquerētur in uia, & aperiret nobis scripturas? Et surgētes eādē hora regressi sunt in Hierusalēm: & inuenērunt congregatos undecim, & eos, qui cum ipsis erant, dicentes: quia surrexit Dōminus uerē, & apparuit Simōni. Et ipsi narrabāt quæ gesta erant in uia: & quōmodo cognouerunt eum in fractione panis.

**Et dicitur** Credo.

**Offertor.** Angelus Dñi descendit de celo, & dixit mulieribus: quem quæritis, surrexit, sicut dixit, alleluia. Mat. 23.

**Secreta.**



*Secreta.*

**S** Vscipe, quæsumus Dómine, preces pópuli tui cum oblatiõnibus hostiãrum: vt paschãlibus initiãta mystéris, ad æternitãtis nobis medêlam te operãnte proficiant. Per Dóminum.

*Exc. 24.* **Communio.** Surrexit Dominus, & apparuit Petro, alleluia.

*Postcommunio.*

**S** Piritum nobis, Dómine, tuæ charitãtis infunde: vt quos sacraméntis paschãlibus satiãsti, tua facias pietãte concórdes. Per Dóminum. in vnit. eiúsdem.

**F E R I A T E R T I A .**

*Statio ad sanctum Paulum.*

*Introitus.*

*Eccl. 15.*



Qua sapientiæ pota-uite eos, alleluia: firmabitur in illis, & non flectetur, alleluia: & exaltauit eos in æternum, alleluia, alleluia.

*Psal. 104.*

**Psal.** Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gêtes opera eius. *ψ.* Gloria. **Oratio.**

**D**Eus, qui ecclésiã tuã nouo semper foetu multiplicas: concêde famulis tuis: vt sacraméntũ viuendo teneant, quod fide percepérunt. Per Dóminum.

*Lectio actuum Apostolorum.*

*Cap. 13.*

**I**N diêbus illis: Surgens Paulus, & manu silentium indicês, ait.

Viri fratres, filij géneris Abrahã, & qui in vobis timent Deũ: vobis verbum salútis huius missum est. Qui enim hábitant Hierusalém, & príncipes eius ignorãntes Iesum, & voces prophetãrum, quæ per omne sabbathum legúntur, iudicãntes impleuérunt: & nullã causã mortis inueniẽtes in eo, petiérunt à Pilãto vt interficerent eum. Cumq̃ue consummãssent ómnia, quæ de eo scripta erant: deponẽtes eum de ligno, posuérunt eum in monumento. Deus autem suscitãuit eum à mórtuis tertia die. Qui visus est per dies multos his, qui ascénderant simul cum eo de Galilæa in Hierusalém: qui vsque tunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciãmus eã, quæ ad patres nostros repromíssio facta est: quóniam hanc Deus adimpléuit filiis vestris, resuscitans Iesum Christũ Dóminũ nostrum.

**Graduale.** Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. *ψ.* Dicãt nunc, qui redempti sunt à Dño: quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregauit eos.

**Alleluia, alleluia.** *ψ.* Surrexit Dominus de sepulchro, qui pro nobis pependit in ligno.

**Sequentia V ictimæ.** vt supra in Dominica Resurrectionis. *ij.* & in fine **A**lleluia.



Sequentia sancti euangélj  
secúndum Lucam.

**I**n illo tempore: Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dicit eis. Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati verò & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, & cogitationes ascédunt in corda vestra? Videte manus meas, & pedes meos: quia ego ipse sum. Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit. Habetis hīc aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit eis. Et dixit ad eos. Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniā necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Et dixit eis. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis die tertia: & prædicari in nōmine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. **Et dicitur Credo.**

**Offertor.** In tonuit de cælo Dominus: & altissimus dedit vocem suam: & apparuerunt fontes aquarum, alleluia.

**Secreta.**

**S**uscipe, Domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cælestem gloriā trāseamus. Per Dōminum

**Communio.** Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedes, alleluia: quæ sursum sunt sapite, alleluia.

**Postcommunio.**

**C**oncède, quæsumus, omnipotēs Deus: vt Paschâlis perceptio sacramenti, continua in nostris mentibus perseuêret. Per Dōminum nostrum.

FERIA QVARTA.

Statio ad sanctum Laurentiū extramuros.

**Introitus.**



Enite benedicti patris mei: percipite regnum, alleluia: quod vobis paratum est ab origine mundi, alleluia, alleluia, alleluia.

**Psalm.** Cantate Domino canticum nouum: cātate Domino omnis terra.

**Gloria.**

**Oratio.**

**D**eus, qui nos resurrectionis Domīnicę annua sollempnitate letificas concède propitius: vt per temporalia festa, quæ agimus, per-



peruenire ad gaudia æterna mereamur. Per eundem Dominum.

Ab hac die usque ad Octauam, post Orationem diei dicitur vna ex sequentibus Orationibus tantum.

Contra persecutores Ecclesie.

Oratio.

**E**cclēsię tuę, quęsumus, Dñe, preces placatus admittē: vt destrūctis aduersitatib⁹ & erroribus vniuersis, secūra tibi seruiat libertate. Per Dominum.

Vel pro Papa.

**D**eus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum **N.** quem pastorem ecclesie tuę præesse voluisti, propitius respice: da ei, quęsumus, verbo & exemplo, quibus præest, proficere: vt ad vitam, vnā cum grege sibi credito, peruēniat sempiternam. Per Dominum.

Lectio actuum Apostolorum.

Cap. 3.

**I**n diebus illis: Apertens Petrus os suum, dixit. Viri Israëlitæ, & qui timētis Deū, audite. Deus Abrahām, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis: & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vo-

bis: auctorem verò vitæ interfecistis, quem Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus. Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Deus autem qui prænuñciavit per os omnium prophetarum, pati Christum suum: implēuit sic. Poenitemini igitur, & conuertimini: vt deleantur peccata vestra.

**Graduale.** Hæc dies, quam fecit *ps. 117.* Dominus: exultemus, & lætemur in ea. *v.* Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem.

**A**lleluia, allel. *v.* Surrexit Dominus verè: & apparuit Petro. *Luc. 24.*

**Sequentia.** Victimæ. vt supra in **Dominica Resurrectionis**, pag. ij. & in fine Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

**I**n illo tempore: Manifestauit *cap. 21.* se iterum Iesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simō Petrus. Vado piscari. Dicit ei. Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil predidērunt. Mane autem factō, stetit Iesus



in litore: non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus. Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei. Non. Et dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valabant illud trahere praemultitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro. Dominus est. Simon ergo Petrus cum audisset quia Dominus est: tunicam succinxit se, (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt (non enim longe erat a terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Iesus. Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, centum quinquagintatribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus. Venite, praedete. Et nemo audibat discumbentium interrogare eum, Tu quis es: scientes quia Dominus est. Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis: & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis. **Et dicitur Credo.**

**Offertor.** **P**ortas caeli aperuit Dominus: & pluit illis manna, ut ederet: panem caeli dedit eis: panem angelorum manducauit homo, alleluia. Psal. 77.

**Secreta.**

**S**acrificia, Domine, paschalis gaudiis immolamus: quibus ecclesia tua mirabiliter & pascitur & nutritur. Per Dominum.

**Alia Secreta.**

**P**rotege nos, Domine, tuis mysteriis seruientes: ut diuinis rebus inherentes: & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dominum.

**Vel pro Papa.**

**O**blatis, quaesumus Domine, placare muneribus: & famulum tuum **N.** quem pastorem ecclesiae tuae praesse voluisti, assidua protectione gubernare. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, alleluia: mors illi ultra non dominabitur, alleluia, alleluia. Rom. 6.

**Postcommunio.** **A** B omni nos, quaesumus, Domine, vetustate purgatos: sacramenti tui veneranda perceptio in nouam transferat creaturam. Qui uiuis.

**Alia Postcommunio.**

**Q**uaesumus Domine Deus noster: ut quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dominum.

**Vel**



Vel pro Papa.

**H**Æc nos, quæsumus, Dómine, diuini sacraménti perceptio próteget: & famulū tuum **N.** quem pastórem ecclésiæ tuæ præesse voluisti, vnà cum commisso sibi grege, saluet semper & múniat. Per Dóminum.

## FERIA QUINTA

*Statio ad sanctos duodecim Apostolos.*

Introitus.

Sap. 10.



Psal. 97.

**V**etricem manum tuā Domine laudauerūt pariter, alleluia: quia sapientia aperuit os mutum, & linguas infantium fecit difertas, alleluia, alleluia. **Psal.** Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

ŷ. Gloria patri.

Oratio.

**D**Eus, qui diuersitatem gentium in confessiōne tui nominis adunasti: da, vt renatis fonte pabtísmatis, vna sit fides mentiū, & pietas actiōnū. Per Dóminum.

**Secunda Oratio.** Ecclésiæ tuæ. vel **D**eus omnium. vt in **Feria** præcedenti, pag.

Lectio actuum Apostolorum.

Cep. 8.

**I**N diēbus illis: Angelus Dómini locūtus est ad Philíppum, dicens. Surge, & vade contra meridiānum, ad viam, quæ descendit ab Hierusalēm in Gazam: hæc est deserta. Et surgens abiit. Et ec-

ce, vir æthiops eunūchus, potens Cādâcis reginæ Æthiōpū, qui erat super omnes gazas eius: vénerat adorâre in Hierusalēm: & reuertebâtur sedens super currū suū, legensque Isaia prophêtā. Dixit autem Spíritus Philíppo. Accède & adiunge te ad currum istum. Accurrens autem Philíppus, audiuit illum legentem Isaia prophêtam, & dixit. Pútasne intélligis quæ legis? Qui ait. Et quómodo possum, si non áliquis ostēderit mihi? Rogauitque Philíppum, vt ascēderet, & sedēret secum. Locus autem scripturæ quam legēbat, hic erat. Tāquam ouis ad occisiōnem ductus est: & sicut agnus coram tondēte se, sine voce, sic non apēruit os suum. In humilitate iudiciū eius sublātum est. Generatiōnem eius quis enarrabit? quóniam tollētur de terra vita eius. Respōdēs autem eunūchus Philíppo, dixit. Obsecro te, de quo Prophêta dicit hoc: de se, an de álio áliquo? Apériens autē Philíppus os suum, & incípiens à scriptúra ista, euangelizâuit illi Iesum. Et dum irent per viā, venērūt ad quandā aquā: & ait eunūchus. Ecce aqua, quis próhibet me baptizári? Dixit autē Philíppus. Si credis ex toto corde, licet. Et respōdēns, ait. Credo filiū Dei esse Iesum Christum. Et iussit stare



currum: & descenderunt uterque in aqua, Philippus & eunuchus: & baptizauit eum. Cum autem ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens. Philippus autem inuentus est in Azoto. Et pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis (donec veniret Caesaream) nomen Domini Iesu Christi.

*Ps. 117.* **Graduale.** Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea. *V.* Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: à Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.

**A**lleluia, alleluia. *V.* Surrexit Christus, qui creauit omnia: & misertus est humano generi.

**Sequentia.** Victimæ. *vt supra in Dominica Resurrectionis ij. & in fine Alleluia.*

**Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.**

*Cap. 20.* **I**n illo tempore: Maria stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. Dicunt ei illi. Mulier, quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum: & nescio, vbi po-

suèrunt eum. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus. Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa existimans, quia hortulanus esset, dicit ei. Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Iesus. Maria. Conuersa illa, dicit ei. Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus. Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene annunciâs discipulis quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.

**Et dicitur Credo.**

**Offertor.** In die sollemnitatis vestrae, dicit Dominus, inducam vos in terram fluentem lac & mel, alleluia. *Exo. 13.*

**Secreta.**

**S**uscipe, quæsumus Domine, mûnera populorû tuorû propitius: vt confessiõne tui nominis, & baptisinate renouati, sempiternam beatitudinem consequantur. Per Dominum.

**Altera Secreta.** Protege nos. **vel Oblatis.** *vt in Feria præcedenti, pagina viij.*

**Cõmunio.** Populus acquisitionis annunciate virtutes eius, alleluia: qui *1. Pe. 2.*



vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum, alleluia.

**Postcommunio.**

**E**Xaudi, Dómine, preces nostras, vt redemptiõnis nostrę sacrosancta commẽcia, & vitę nobis cõferat præsẽtis auxiliũ, & gaudia sempiterna concilient. Per Dóminum.

**Altera Postcommunio.** Quæsumus Domine. **vel Hęc nos. vt in Feria præcedenti, pag. viij.**

**F E R I A S E X T A.**

*Statio ad sanctam Mariam rotundam.*

**Introitus.**

*Psal. 77.*



Duxiteos Dominus in spe, alleluia: & inimicos eorũ operuit mare, allel. allel. allel.

*ibidem.*

**Psalm.** Attẽdite popule meus legem meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. **v̄.** Gloria.

**Oratio.**

**O**Mnipotẽs sempiternẽ Deus, qui paschãle sacramentum in reconciliatiõnis humanę fœdere contulisti: da mentibus nostris: vt quod professione celebrãmus, imitemur effectu. Per Dñm.

**Secunda Oratio.** Ecclesię tuę. **vel Deus omnium: vt in Feria iij. præcedenti, pag. vij.**

**Lectio epistolę B. Petri Apóstoli.**

*1. cap. 3.*

**C**arissimi: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est,

iustus pro iniustis: vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. In quo, & his qui in carcere erant spiritibus, veniens predicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca: in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientię bonæ interrogatio in Deum, per resurrectionem Iesu Christi Dómini nostri, qui est in dextera Dei.

**Graduale.** Hęc dies, quam fecit *Pf. 117.* Dominus: exultemus, & letemur in ea. **v̄.** Benedictus, qui venit in nomine Domini: Deus Dominus & illuxit nobis. **A**lleluia, alleluia. **v̄.** Dicite *Psal. 95.* in gentibus: quia Dominus regnauit à ligno.

**Sequentia. Victimæ. vt supra in Dominica Resurrectionis, pag. ij. & in fine A**lleluia.

**Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.**

**I**n illo tempore: Undecim discipuli abiierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adorauerunt: quidã autẽ dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens. Data est mihi omnis potestas



ftas in cælo & in terra. Eúntes ergo, docéte omnes gentes baptizantes eos: in nómine patris, & filij, & spíritus sancti: docétes eos feruâre ómnia, quæcúnque mādauí vobis. Et ecce ego vobiscum sum ómnibus diēbus, vsque ad consummationem sæculi.

*Et dicitur.* **C**redo.

*Leu. 23.* **Offertor.** Erit vobis hæc dies memorialis, alleluia: & diem festum celebrabitis sollēnem Domino in progenies vestras: legitimum sempiternum diē, Alleluia, alleluia, alleluia.

*Secreta.*

**H**ostias, quæsumus, Dómine, placatus assúme: quas & pro renatōrum expiatiōne peccati deférimus, & pro acceleratiōne cæléstis auxiliij. Per Dóminum.

*Altera Secret.* Protege nos, vel Oblatis. vt in Feria iij. præc. pag. viij.

*Mat. 28.* **Cómunio.** Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, alleluia: euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, & filij, & spíritus sancti, alleluia.

*Postcommunio.*

**R**espice, quæsumus, Dñe, populum tuum: & quem æternis dignatus es renouâre mysteriis, à tēporalibus culpis dignanter absolue. Per Dóminum.

*Altera Postcóm.* Quæsumus Domine. vel Hæc nos. vt in Feria iij. præcedenti, pagina viij.

## S A B B A T H O

in Albis.

*Statio ad sanctum Ioannem in Laterano.*

**Introitus.**



Duxit Dñs populum *ps. 104.* suum in exultatione, alleluia: & electos suos in lætitia, allel. allel. *Pfal.* Confite- *ibidem.*

mini Dño, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius.

*v.* Gloria.

**Oratio.**

**C**oncède, quæsumus, omnipotens Deus: vt qui festa paschalia venerâdo égimus: per hæc contingere ad gaudia æterna mereâmur Per Dóminum.

*Secunda Oratio.* Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium, vt in Feria iij. præcedenti, pagina viij.

*Lectio epistolæ beati Petri Apóstoli.*

**C**arissimi: Deponentes omnē malitiam, & omnē dolū, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones: sicut modò geniti infantes, rationábiles, sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salûtem: si tamen gustatis, quóniam dulcis est Dóminus. Ad quem accedentes, lapidem viuum, ab homínibus quidem reprobâtum, à Deo autem electum & honorificatum: & ipsi tanquam lapides viui superædificamini, domus spirituâlis, sacerdotium



dótiū sanctū, offerentes spiri-  
tuales hóstias, acceptábiles Deo  
per Iesum Christū. Propter quod  
cōtinet Scriptūra. Ecce ponam  
in Sion lápidem summum angu-  
larem, probátum, eléctum, pre-  
tiósum. Et qui crediderit in illum,  
non confundetur. Vobis igitur  
honor credentibus. Non creden-  
tibus autem, lapis quem reproba-  
uerunt ædificantes, hic factus est  
in caput ánguli: & lapis offensiō-  
nis, & petra scándali, his qui offē-  
dunt verbo, nec credunt, in quo  
& pōsiti sunt. Vos autem genus  
eléctum, regále sacerdotium, gens  
sancta, pópulus acquisitiōnis: vt  
virtútes eius annunciētis, qui de  
ténébris vos vocáuit in admirábi-  
le lumen suum. Qui aliquádo  
non pópulus: nunc autem pópulus  
Dei. Qui non consecúti miseri-  
córdiam: nunc autem miseri-  
córdiam cōsecúti.

¶ *Ab hac die vsque ad Octauam  
Pētecostes, tam in officio de tem-  
pore, quàm de sanctis, non dicitur  
Graduale: sed eius loco dicuntur  
duo Versus cum quatuor Alleluia,  
ordine infra scripto: praterquam  
in Missis Rogationum, & Vigi-  
liæ Pentecostes, in quibus dicitur  
vnum Alleluia, cum vno Versu:  
similiter & post quamlibet Pro-  
phetiam in Sabbatho Quatuor  
Temporū post Pentecosten. Alio*

tempore vsq; ad Septuagesimam  
quādo dicitur Graduale, dicuntur  
tria, Alleluia, post Graduale, bis  
ante Versum, & semel post Ver-  
sum. cū autē dicitur Sequentia,  
Alleluia, quod dicēdum esset post  
Versum, dicitur post Sequētiā.

*Alleluia, allel. v. Hæc dies, quam se-* ps. 117.  
cit Dñs: exultemus & lætemur in eā.

*Alleluia, v. Laudate pueri Domi-* ps. 112.  
num, laudate nomen Domini.

*Sequentia. Victimæ. vt supra in  
Dominica Resurrect. pag. j. & in  
fine Alleluia.*

*Sequentia sancti euangélj  
secúndum Ioánnem.*

**I**n illo tēpore: Vna sabbathi, Cap. 20.  
Maria Magdalēne venit manē  
cū adhuc tēnebræ essent, ad  
monumētū: & vidit lápidē sub-  
látum à monumēto. Cucúrrit  
ergo, & venit ad Simōnem Petrū.  
& ad álium discípulum, quem di-  
ligēbat Iesus: & dicit eis. Tulē-  
runt Dóminum de monumēto:  
& nescimus, vbi posuerunt eum.  
Exiit ergo Petrus & ille álius di-  
scípulus, & venērūt ad monumē-  
tum. Currébāt autē duo simul: &  
ille álius discípulus præcucúrrit  
cítius Petro, & venit primus ad  
monumētum. Et cū se incli-  
nâset, vidit linteámina pōsita: nō  
tamen introiuit. Venit ergo Simō  
Petrus sequens eum, & introiuit  
in monumētum: & vidit linteá-

mina



mina pofita, & fudarium, quod fuerat super caput eius, nō cū linteamínibus pofitum, fed separá-tim inuolūtum in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui vénerat primus ad monuméntum: & vidit & crédidit. Nondum enim sciébant scriptú-ras, quia oportébat eum à mórtuis refúrgere. **Et dicitur Credo.**

**Offertor.** **B**enedictus, qui venit in nomine Domini: benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus & illuxit nobis, alleluia, alleluia.

**Secreta.**

**C**oncède, quæsumus, Dómine, semper nos per hæc sacra mystéria paschália gratulári: vt cōtínua nostræ reparatiōnis opē-ratio, perpétuæ nobis fiat causa lætitiæ. Per Dóminum.

**Altera Secreta.** **P**rotege, vel **O**blatis. vt in **Feria iiij. præcedenti, pagina viij.**

**Communio.** **O**mnes, qui in Christo baptizati estis, Christú induistis, alleluia.

**Postcommunio.**

**R**edemptiōnis nostræ múnere vegetati, quæsumus, Dómine: vt hoc perpétuæ salútis auxilio, fides semper vera proficiat. Per Dóminum.

**Altera Postcommunio.** **Q**uæsumus. vel **H**æc nos. vt in **Feria iiij. præcedenti, pag. viij.**

**DOMINICA IN**  
**Octauæ Paschæ.**

*Satio ad sanctum Pancratium.*

**Introitus. 6.**



Vasi modo geniti <sup>1. Pet. 2.</sup> infantes, alleluia: rationabiles sine dolo, lac concupiscite, alleluia, alleluia.

**Psal.** Exultate Deo <sup>Psal. 80.</sup>

adiutori nostro: iubilate Deo Iacob. **V. Gloria.**

**P**ræsta, quæsumus omnípotens Deus: vt qui Paschália festa perégimus: hæc te largiente, móribus & vita teneamus. Per Dóminum nostrum.

**Lectio epístolæ beati Ióannis Apóstoli.**

**C**arissimi: Omne, quod na- <sup>1. cap. 5.</sup> tum est ex Deo: vincit mundum. Et hæc est victória, quæ vincit mundum: fides nostra. Quis est auté, qui vincit mundum: nisi qui credit, quóniã Iesus est filius Dei? Hic est, qui venit per aquam & sanguinē, Iesus Christus. Nō in aqua solūm: sed in aqua & sanguine. Et spírítus est, qui testificatur, quóniam Christus est veritas. Quóniam tres sunt qui testimónium dāt in cælo: pater, verbum, & spírítus sanctus: & hi tres, vnū sunt. Et tres sunt, qui testimónium dant in terra; spírítus, aqua, & sanguis: & hi tres, vnum sunt.

Si



Si testimónium hóminum accí-  
pimus: testimónium Dei maius  
est. Quóniam hoc est testimó-  
nium Dei, quod maius est: quia  
testificátus est de filio suo. Qui  
credit in filium Dei: habet testi-  
mónium Dei in se.

*Mat. 28* Alleluia, alleluia. *v.* In die resurre-  
ctionis meæ, dicit Dominus, præce-  
dam vos in Galilæam. Alleluia. *v.*

*Ioan. 20.* Post dies octo, ianuis clausis, stetit Ie-  
sus in medio discipulorum suorum,  
& dixit: pax vobis, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Ioánnem.**

*Cap. 20.* **I**N illo tēpore: Cū esset serò  
die illa, vna sabbathòrū, & fo-  
res essent clausæ, vbi erant disci-  
puli congregati propter metum  
Iudæòrum: venit Iesus, & stetit  
in médio eòrum, & dicit eis. Pax  
vobis. Et cū hoc dixisset ostē-  
dit eis manus & latus. Gauisí sunt  
ergo discipuli viso Dómino. Di-  
xit ergo eis iterum. Pax vobis. Si-  
cut misit me pater, & ego mitto  
vos. Hæc cum dixisset, insufflâ-  
uit: & dicit eis. Accípite spíritum  
sanctū: quorū remiseritis peccâta,  
remittúntur eis: & quorū retine-  
rítis, rétenta sunt. Thomas autem  
vnus de duódecim, qui dicitur  
Dídymus, nō erat cum eis, quan-  
do venit Iesus. Dixérunt ergo ei  
álj discipuli. Vidimus Dóminū.  
Ille autem dixit eis. Nisi videro

in mánibus eius, fixûrã clauòrum,  
& mittam dígitum meum in lo-  
cum clauòrum, & mittã manum  
meam in latus eius: non credam.  
Et post dies octo, iterum erant di-  
scípuli eius intus: & Thomas cū  
eis. Venit Iesus iánuis clausis, &  
stetit in médio, & dixit. Pax vo-  
bis. Deinde dicit Thomæ. Infer  
dígitū tuum huc, & vide manus  
meas, & affer manū tuã, & mitte  
in latus meū: & noli esse incredú-  
lus, sed fidêlis. Respóndit Tho-  
mas, & dixit ei. Dñs me⁹, & Deus  
meus. Dicit ei Iesus. Quia vidisti  
me Thoma, credidisti: beati, qui  
non viderūt, & credidérūt. Multa  
quidem & ália signa fecit Iesus in  
conspéctu discipulòrum suòrum,  
quæ non sunt scripta in libro hoc.  
Hæc autem scripta sunt, vt credã-  
tis, quia Iesus est filius Dei: & vt  
credentes vitam habeatis in no-  
mine eius. **Et dicitur Credo.**

**Offertor.** Angelus Domini de-  
scendit de cælo, & dixit mulieribus:  
quem quæritis, surrexit, sicut dixit,  
alleluia. *Mat. 28.*

**Secreta.**

**S**Vscipe múnera, quæsumus  
Dómine, exultántis ecclésiæ:  
& cui causam tanti gaudij præsti-  
tísti, perpétuæ fructum concède  
lætitiæ. Per Dóminum.

**Præfatio.** Te quidē Domine omni-  
tempore, sed in hoc potissimum, &c:

**Et**



Et sic dicitur deinceps vsque ad Ascensionem.

Ioan. 20.

**Communio.** M itte manū tuam, & cognosce loca clauorum, alleluia: & noli esse incredulus, sed fidelis, alleluia alleluia. **Postcommunio.**

**Q**uæsumus, Dómine Deus noster: vt sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiōnis nostræ munimine contulisti, & præsens nobis remédium esse facias, & futūrum. Per Dóminum.

**¶** A Feria ij. post Oct. Paschæ, vsque ad Ascensionem, post Orat. diei dicuntur Orationes sequētes, si non est Festum duplex.

**De beata Virgine. Oratio.**

**C**oncède nos famulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis & corpore sanitate gaudere: & gloriósæ beatæ Mariæ semper virginis intercessiōne, à præsentī liberári tristitia, & ætérna pérfrui lætítia.

**Contra persecutores Ecclesiæ.**

**Oratio.**

**E**cclésię tuæ, quæsumus, Dómine, preces placātus admittite: vt, destrúctis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secúra tibi séruiat libertate. Per Dóminum.

**Vel pro Papa.**

**D**eus ómnium fidélium pastor & rector, famulum tuū **N.** quem pastōrem ecclésiæ tuæ præesse voluisti, propítius réspi-

ce: da ei, quæsumus, verbo, & ex-émplō, quibus præest, proficere: vt ad vitam, vnà cum grege sibi crédito, peruéniat sempitérnam. Per Dóminum.

**De beata Virgine. Secreta.**

**T**ua, Dómine, propitiatiōne & beatæ Mariæ semper virginis intercessiōne, ad perpétuam atque præsentem, hæc oblatio nobis proficiat prosperitatē & pacē.

**Contra persecutores Ecclesiæ.**

**Secreta.**

**P**rótege nos, Dñe, tuis mystériis seruiētes: vt, diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulémur, & mente. Per Dñm.

**Vel pro Papa.**

**O**blatis, quæsumus, Dómine, placare munéribus: & famulum tuum **N.** quem pastōrem ecclésiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectiōne guberná. Per Dóminum nostrum.

**De beata Virgine. Postcommunio.**

**S**umptis, Dómine, salútis nostræ subsidiis, da, quæsumus, beatæ Mariæ semper virginis patrocíniis nos vbique prótegi: in cuius veneratiōne, hæc tuæ obtulimus maiestati.

**Contra persecutores Ecclesiæ.**

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus, Dómine Deus noster: vt, quos diuína tribus participatiōne gaudere, hu-

mánis



mánis non finas subiacêre perículis. Per Dóminum.

Vel pro Papa.

**H**Æc nos, quæsumus Dómine, diuini sacramenti perceptio próteget: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclésiæ tuæ præesse voluisti: vnà cū commisso sibi grege, saluet semper & muniat. Per Dóminum.

**D O M I N I C A**  
secunda post Pascha.

Introitus. 4.

Psal. 32



Misericordia Dñi plena est terra, alleluia: verbo Domini cæli firmati sunt, alleluia, alleluia.

Ibidem.

**P**salm. Exultate iusti in Domino: re-ctos decet collaudatio. ⁊. Gloria.

Oratio.

**D**Eus, qui in filij tui humilitate, iacentem mundum erexisti: fidelibus tuis perpetuam concède lætítiam: vt, quos perpetuæ mortis eripuisti casibus, gaudiis facias sempiternis pèrfrui. Per eundem Dóminum.

**A**lię **O**rationes. **C**õcede nos famulos. **E**cclésiæ tuæ. vel **D**eus omniũ fidelium. vt supra post **D**ominicam in **O**ct. Paschæ, pag. xvj.

**L**ectio epístolæ **B. Petri Apóstoli.**

1. cap. 2.

**C**arissimi: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens

exemplum, vt sequámini vestigia eius. Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cū malediceretur, non maledicêbat. Cū pateretur, non comminabatur. Tradêbat autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pèrtulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mórtui, iustitiæ viuamus. Cuius liuõre sanati estis. Eratis enim sicut oves errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum<sup>rum</sup> vestrarum.

**A**lleluia, alleluia. ⁊. Cognouerunt discipuli Dñm Iesum in fractione panis. **A**lleluia. ⁊. Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ, alleluia.

**S**equéntia sancti euangélij  
secúndum **I**oánnem.

**I**n illo tēpore: Dixit Iesus Pharisæis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oves. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: & non pèrtinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem: & animam



meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum oliue, & vnus pastor.

Et dicitur **C**redo.

*Psal. 62.* **Offert.** Deus Deus meus, ad te de luce vigilo: & in nomine tuo leuabo manus meas, alleluia **Secreta.**

**B**enedictionem nobis, Domine, conferat salutarem sacramenta semper oblatio: ut, quod agit mysterio, virtute perficiat. Per Dñm.

**T**ua Domine. **Protege. vel Oblatis. ut supra, pagina xvj.**

*Ioan. 10.* **Commun.** Ego sum pastor bonus, alleluia: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, alleluia, alleluia.

**Postcommunio.**

**P**resta nobis, quæsumus, omnipotens Deus, ut viuificationis tuæ gratiam consequentes, in tuo semper munere gloriamur. Per Dominum.

Sumptis Domine. **Quæsumus. vel Hæc nos. ut supra, pag. xvj.**

## D O M I N I C A tertia post Pascha.

**Introitus. 8.**

*Psal. 59.*



**I**ubilate Deo omnis terra, alleluia: psalmum dicite nomini eius, alleluia: date gloriam laudi eius, alleluia, alleluia.

**Psalm.** Dicite Deo, quàm terribilia sunt opera tua Domine! in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. **V.** Gloria. **Oratio.**

**D**eus, qui errantibus, ut in viam possint redire iustitiæ, veritatis tuæ lumen ostendis: da cunctis, qui Christiana professione censentur, & illa respicere, quæ huic inimica sunt nomini; & ea, quæ sunt apta, sectari. Per Dominum nostrum.

**Aliæ Orationes.** Concede nos. Ecclesiæ. **vel** Deus omnium. **ut supra post Dominicam in Octaua Paschæ, pag. xvj.**

**Lectio epistolæ B. Petri Apostoli.**

**C**arissimi: Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam: ut in eo, quod detractat de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia sic est voluntas Dei, ut bene facientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam: quasi



quasi liberi, & non quasi velamē habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorificate. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis, Hæc est enim gratia: in Christo Iesu Domino nostro.

*Ps. 110.* **A**lleluia, alleluia. *v.* Redempcionē misit Dominus populo suo

*Luc. 24.* **A**lleluia. *v.* Oportebat pati Christū, & resurgere à mortuis: & ita intrare in gloriam suam, alleluia.

**Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Ioānnem.**

*Cap. 16.* **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Modicum, & iam non vidēbitis me: & iterum, modicum, & vidēbitis me, quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem. Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non vidēbitis me: & iterum, Modicum, & vidēbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus, quia volēbant eum interrogare: & dixit eis. De hoc quæritis inter vos, quia dixi: Modicum, & non vidēbitis me: & iterum, Modicum, & vidēbitis me? Amen amen dico vobis, quia plorābitis & flēbi-

tis vos, mundus autem gaudēbit: vos verò contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habētis. Iterum autē vidēbo vos, & gaudēbit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

**Et dicitur C** redo.

**Offertor.** **L**auda anima mea Dominum, laudabo Dominū in vita mea: psallam Deo meo quamdiu ero, alleluia. *Ps. 145.*

**Secreta.**

**H**is nobis, Domine, mysteriis conferatur, quo terrēna desideria mitigantes, discamus amare cælestia. Per Dominum.

**T**ua Domine. **P**rotege. **vel O** blatis *vt supra, pagina xvj.*

**Communio.** **M**odicū, & non vidēbitis me, alleluia: iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad patrem, alleluia, allel. *Ioan. 16.* **Postcommunio.**

**S**acramenta quæ sumpsimus, quæsumus Domine, & spiritalibus nos instaurent alimentis: & corporalibus tueantur auxiliis. Per Dominum.

**S**umptis Domine. **Q**uæsumus. **vel H**æc nos. *vt supra, pag. xvj.*



## DOMINICA IIII.

post Pascha.

Introitus. 6.

Psal. 97.



Antate Domino canticū nouum, alleluia: quia mirabilia fecit Dominus, alleluia: ante cōspectum gē-  
tium reuelauit iustitiam suam, alleluia, alleluia, alleluia.

Ibidem.

**P**salm. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. *ψ*. Gloria.

Oratio.

**D**Eus, qui fidēlium mentes v-  
nīus effīcis voluntātis: da  
pōpulis tuis id amāre quod prae-  
cipis, id desiderāre quod promit-  
tis: vt inter mundānas varietates,  
ibi nostra fixa sint corda, vbi ve-  
ra sunt gāudia. Per Dōminum.

**Aliaē Orationes.** **C**oncede. **Q**ue-  
sumus. **vel D**eus omnium. *vt supra*  
*post Dominicam in Octaua Paschæ,*  
*pagina xvj.*

**Lectio epistolæ beati Iacobi**  
**apostoli.**

Cap. 1.

**C**arissimi: Omne datū opti-  
mum, & omne donum per-  
fectum desūrsū est, descēdens  
à patre lūminum: apud quē non  
est transmutatio, nec vicissitūdi-  
nis obumbratio. Voluntariē enim  
gēnuit nos verbo veritātis: vt si-  
mus inītiū aliquod creatūræ e-  
ius. Scitis fratres mei dilectissimi.

Sit autem omnis homo velox ad  
audiendum: tardus autem ad lo-  
quendum, & tardus ad iram. Ira  
enim viri iustitiam Dei nō operā-  
tur. Propter quod abiicientes om-  
nem immunditiam, & abundan-  
tiam malitiæ, in māsuetūdine sus-  
cipite insitum verbum, quod po-  
test saluare animas vestras.

**A**lleluia, alleluia. *ψ*. Dextera Domi-  
ni fecit virtutem: dextera Domini ex-  
altauit me, dextera Dñi fecit virtutē.

**A**lleluia. *ψ*. Christus resurgens ex  
mortuis, iam non moritur: mors illi  
vltà non dominabitur, alleluia.

**Sequētia sancti euangēlij**  
**secūndum Ioānnem.**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus di-  
scipulis suis. Vado ad eum qui  
misit me: & nemo ex vobis inter-  
rogat me, quò vadis? Sed quia hec  
locutus sum vobis, tristitia implē-  
uit cor vestrū. Sed ego veritatem  
dico vobis, expedit vobis, vt ego  
vadam. Si enim non abiero, Para-  
clitus non veniet ad vos: si autem  
abiero, mittā eum ad vos. Et cum  
venerit ille, arguet mundum de  
peccato, & de iustitia, & de iudicio.  
De peccato quidē: quia nō cre-  
didērunt in me. De iustitia verò:  
quia ad patrē vado: & iā nō vidē-  
bitis me. De iudicio autem: quia  
princeps huius mūdi iam iudicā-  
tus est. Adhuc habeo multa vo-  
bis dicere: sed non potēstis portā-

re mo-



re modò. Cùm autem vènerit illè spìritus veritâtis, docêbit vos omnem veritâtem. Non enim loquêtur à semetípso : sed quæcúnque áudiet, loquêtur: & quæ ventûra sunt, annunciâbit vobis. Ille me clarificâbit: quia de meo accípiet, & annunciâbit vobis.

Et dicitur **C**redo.

*psal. 65.* **Offert.** Iubilare Deo omnis terra, iubilare Deo vniuersa terra: psalmũ dicite nomini eius: venite, & audite, & narrabo vobis omnes qui timetis Deum, quanta fecit Dominus animam meam, alleluia.

**Secreta.**

**D**Eus, qui nos per huius sacrificij veneranda cõmercia, vnius summeq; diuinitatis participes esse fecisti: præsta quæsumus: vt sicut tuam cognouimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per Dõminum.

Tua Domine. **P**rotege, vel **O**blatis. *pagina xvj.*

*Ioan. 16.* **Cõmunio.** Cùm venerit paraclitus spiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio, alleluia, alleluia.

**Postcommunio.**

**A**Desto nobis, Dõmine Deus noster: vt per hæc, quæ fideliter sumpsimus, & purgemur à vitiis, & à periculis omnibus eruamur. Per Dõminum.

Sumptis Domine. **Q**uæsumus. vel **H**æc nos quæsumus. *pag. xvj.*

D O M I N I C A V.

post Pascha:

Introitus. 3.



Ocem iucũditatis annunciate, & audiatur, alleluia: annunciate vsque ad extremũ terræ: liberauit Dominus populũ suum, alleluia, alleluia. *Isa. 42.*

**Psalm.** Iubilare Deo omnis terra, psalmũ dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. **V.** Gloria. *psal. 65.*

**Oratio.**

**D**Eus, à quo bona cũcta procedunt, largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirate, quæ recta sunt, & te gubernante, eadẽ faciãmus. Per Dõminum.

**Aliq̃ Orationes.** Cõcede nos famulos tuos. **E**cclesiã: vel **D**eus omniũ fidelium pastor. vt supra post Dominicam in Octaua Paschæ. *xvj.*

**Lectio epistolæ beati Iacobi Apõstoli.**

**C**arissimi: Estote factores verbi, & non auditores tantum: fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit. Qui aut̃ perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuioſus factus, sed factor operis: hic



beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem, hæc est. Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

*Mat. 19.* **A**lleluia, alleluia. *v.* Surrexit Christus, & illuxit nobis, quos redemit sanguine suo.

*Joan. 16.* **A**lleluia. *v.* Exiui à patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem, alleluia.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.*

*Cap. 16.* **I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modò non petistis quicquã in nomine meo. Petite & accipietis: ut gaudium vestrũ sit plenum. Hæc in prouerbiis locutus sum vobis. Veni hora, cum iam non in prouerbiis loquar vobis; sed palam de Patre annunciabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia à Deo exiui. Exiui à patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius.

Ecce, nunc palam loqueris, & prouerbum nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia, & non est opus tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo existi.

*Et dicitur Credo.*

**Offertor.** Benedicite gentes. Dominum Deum nostrum, & obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit commoueri pedes meos: benedictus Dominus, qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam suam à me, alleluia. *Psal. 65.*

*Secreta.*

**S**Vscipe, Domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum: ut per hæc piæ deuotionis officia, ad cælestem gloriam transcamus. Per Dominum.

*Tua Domine. Protege. vel Oblatis. paginaxvj.*

**Communio.** Cantate Domino, alleluia: cantate Domino, & benedicite nomini eius: bene nunciate de die in diem salutare eius, alleluia, alleluia. *Psal. 95.*

*Postcommunio.*

**T**Ribue nobis, Domine, cælestis mensæ virtute satiatis, & desiderare quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per Dominum nostrum.

*Sumptis Domine. Quæsumus Domine. vel Hæc nos quæsumus. paginaxvj.*



IN LITANIIS MAIORIBVS.

*Statio ad sanctum Petrum.*

¶ Et in minoribus, Feria ij. Rogationum.

*Statio ad sanctam Mariam maiorem.*

¶ Feria. tertia.

*Ad sanctum Ioannem in Laterano.*

¶ Feria quarta.

*Ad sanctum Petrum.*

¶ Si in secunda, vel tertia Feria Rogationum occurrat Festum simplex, fit de ipso tantum commemoratio in Missa. Si occurrat Festum duplex vel semiduplex, Missa dicitur de Festo, cum commemoratione Rogationum. In Ecclesiis autem collegiatis dicuntur duæ Missæ, vt in Rubricis generalibus. **Introitus.**

Psal. 117.



Xaudiuit de templo sancto suo vocem meam, alleluia: & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures

eius, alleluia, alleluia.

Ibidem.

**Psalm.** Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. **V.** Gloria patri.

In hac Missa non dicitur Gloria in excelsis: neque Credo. **Oratio.**

**P**raesta quaesumus, omnipotens Deus: vt, qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra aduersa omnia, tua semper

protectiōne muniāmur. Per Dñm.

**Alia Orationes.** Concede nos famulos. Ecclesie. vel Deus omnium fidelium, vt supra post Dominicam in octau. Paschæ, pag. xvj.

**Lectio epistolæ beati Iacobi Apóstoli.**

**C**arissimi: Confitemini alterutrū peccata vestra: & orate pro inuicem, vt saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias, homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit, vt non plueret super terram: & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursus orauit: & celum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit a veritate: & conuerterit quis eum: scire debet, quoniam qui conuerteri fecerit peccatorem ab errore viae suae, saluabit animam eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum. Cap. 5.

3. Re. 17.

**Alleluia.** **V.** Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Ps. 117.

**Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi. Amice, accommoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod

Cap. 117.



ponam ante illum. Et ille de-  
 tus respondens dicat. Noli mihi  
 molestus esse: iam ostium clau-  
 sum est, & pueri mei mecum sunt  
 in cubili: non possum surgere &  
 dare tibi. Et si ille perseverauerit  
 pulsans: dico vobis, & si non da-  
 bit illi surgens, eo quod amicus  
 eius sit, propter improbitatem tamen  
 eius surget, & dabit illi quotquot  
 habet necessarios. Et ego dico vo-  
 bis: Petite, & dabitur vobis: qua-  
 rite, & inuenietis: pulsate, & ape-  
 riatur vobis. Omnis enim, qui pe-  
 tit, accipit: & qui quaerit, inuenit:  
 & pulsanti aperiatur. Quis autem  
 ex vobis patrem petit panem: nun-  
 quid lapidem dabit illi? Aut pi-  
 scem: nunquid pro pisce serpen-  
 tem dabit illi? Aut si petierit o-  
 uum: nunquid porriget ei scor-  
 pionem? Si ergo vos, cum sitis  
 mali, nostis bona data dare filiis  
 vestris: quanto magis pater vester  
 de caelo dabit spiritum bonum pe-  
 tentibus se?

Ps. 108.

**Offertorium.** Confitebor Do-  
 mino nimis in ore meo: & in medio  
 multorum laudabo eum, qui astitit  
 a dextris pauperis, ut saluam face-  
 ret a persequentibus animam meam,  
 alleluia.

**Secreta.**

**H**AEC munera, quaesumus,  
 Domine, & vincula no-  
 strae prauitatis absoluant, & tua  
 nobis misericordiae dona conci-

lient. Per Dominum nostrum Ie-  
 sum Christum filium tuum, Qui  
 tecum viuit & regnat in vnitatem  
 spiritus sancti Deus, per omnia se-  
 cula saeculorum. **R.** Amen.

**T**ua Domine. **P**rotege. **vel O**-  
 blatis, **pagina xvj.**

**Communio.** Petite, & accipie- LM. I. I.  
 tis: quaerite, & inuenietis: pulsate, &  
 aperietur vobis: omnis enim, qui pe-  
 tit, accipit; & qui quaerit, inuenit: &  
 pulsanti aperiatur, alleluia.

**Postcommunio.**

**V**Ota nostra, quaesumus, Do-  
 mine, pio fauore prosequere:  
 ut dum dona tua in tribulatione  
 percipimus, de consolatione no-  
 stra in tuo amore crescamus. Per  
 Dominum nostrum Iesum Chri-  
 stum filium tuum, Qui tecum viuit  
 & regnat in vnitatem spiritus san-  
 cti Deus, per omnia saecula saecu-  
 lorum. **R.** Amen.

**S**umptis Domine. **Q**uaesumus  
 Domine Deus. **vel H**aec nos. **vt su-**  
**pra, pag. xvj.**

---

## I N V I G I L I A

### Ascensionis.

**S**i hodie occurrat Festum sim-  
 plex, fit de ipso tantum comme-  
 moratio in Missa. Si occurrat  
 Festum duplex, vel semiduplex,  
 Missa dicitur de Festo, cum com-  
 memoracione Vigiliae. Sed in Ec-  
 clesiis



clesiis collegiatis dicuntur duæ Missæ, vna de Sancto, alia de Vigilia.

**Introitus. 3.**

Ocem iucunditatis annunciate, & audiatur, alleluia: annunciate vsque ad extremum terræ: liberauit Dominus populum suum, alleluia, alleluia.



Isaia 48.

**Psalm.** Iubilare Deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. *ψ.* Gloria patri. **Et dicitur** Gloria in excelsis.

**Oratio.**

**D**eus, à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante, quæ recta sunt: & te gubernante, eadem faciamus. Per Dominum nostrum Iesum.

**Secunda Oratio de Rogationibus, Præsta, quæsumus. Tertia de sancta Maria, Cōcede. Vbi autem in Ecclesiis collegiatis dicitur alia quoque Missa de Rogationibus, secunda Oratio erit de S. Maria: tertia, contra persecutores ecclesiæ, vel pro Papa, vt supra post Dominicam in Octaua Paschæ, pagina xvj.**

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephésios.**

**Cap. 4.** **F**ratres: Vnicuique nostrum data est gratia secundum mē-

suram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, <sup>psal. 67.</sup> captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit: quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit: ipse est & qui ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia & ipse dedit, quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

**Alleluia, alleluia. ψ.** Surrexit Christus, <sup>ioan. 16.</sup> & illuxit nobis, quos redemit sanguine suo.

**Alleluia. ψ.** Exiui à patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.**

**Cap. 57.** **I**n illo tempore: Subleuatis Iesus oculis in cælum, dixit. Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna: vt cognoscant te, so-



lum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificavi super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciã. Et nũc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus fieret, apud te. Manifestavi nomẽ tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant: & mihi eos dedisti: & sermõnem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt: & cognouerunt verè, quia à te exiui: & crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt: & tua, mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt: & ego ad te venio.

*psal. 65.* **Offertorium.** Benedicite gentes Dominum Deum nostrum: & obaudite vocem laudis eius, qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit commoueri pedes meos: benedictus Dominus, qui non amouit deprecationẽ meam, & misericordiam suam à me, alleluia.

**Secreta.**

**S**Vscipe, Dõmine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cælestem glóriam transeamus. Per Dõminum nostrum Iesum Christum filiũ tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitãte spíritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculõrum. *R.* Amen.

**T**ua, Domine, propitiatione. **P**rotege nos, Domine, tuis mysteriis. **vel** Oblatis, quæsumus Domine, placare muneribus. *pag. xvj.*

**Dicitur Præfatio de Pascha.**

**Communio.** Cantate Domino, alleluia: cantate Domino, & benedicite nomini eius, alleluia, alleluia. *psal. 95.*

**Postcommunio.**

**T**Ribue, Dõmine, cælestis mensæ virtute satiãtis, & desiderare quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per Dõminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitãte spíritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculõrum. *R.* Amen.

**S**umptis Domine salutis nostræ. **Q**uæsumus, Domine Deus noster. **vel** Hæc nos, quæsumus Domine. vt supra, *pag xvj.*



## IN DIE ASCENSIONIS.

*Statio ad sanctum Petrum.***Introitus.** 7.

Iri Galilæi, quid admiramini aspicientes in cælum? alleluia: quemadmodum vidistis eum ascenden-

tem in cælum, ita veniet, alleluia;

*psal. 46.* alleluia, alleluia. **Psalm.** Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. **V.** Gloria: **Oratio.**

**C**oncède, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui hodierna die unigenitum tuum redem-

ptorem nostrum ad cælos ascendisse credimus, ipsi quoque; mēte in cælestibus habitemus. Per eundem Dominum.

**Lectio actuum Apostolorum.**

**P**rimum quidem sermōnem Cap. 1. feci de omnibus, o Theophile, quæ coepit Iesus facere; & docere, usque in diem, quæ præcipiens apostolis per spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est: quibus & præbuit seipsum vivum post passionē suam in multis

argu-

AA. 1.





argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Et conuēscens, precēpit eis ab Hierosolymis ne discēderent, sed exspectarēt promissionem patris, quā audistis (inquit) per os meū: quia Ioānes quidem baptizāuit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israël? Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ. Et cum hoc dixisset, videntibus illis, eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt. Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.

*Psal. 46.* Alleluia, alleluia. *v.* Ascendit Deus in iubilatione, & Dñs in voce tubæ.

*Psal. 67.* Alleluia. *v.* Dominus in Sina, in sancto, ascēdens in altum, captiuam duxit captiuitatem, alleluia.

Sequentia sancti euangelij  
secundum Marcum.

**I**N illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Iesus: & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum, prædicāte euangélium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit: saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, Linguis loquentur nouis, Serpentes tollēt. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocēbit. Super ægros manus impōnent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælū, & sedet à dextris Dei. Illi autē profecti prædicauerunt vbique: Dño cooperante, & sermōne confirmante, sequenti tibus signis.

**¶** Dicto Euangelio extinguitur Cereus paschalis, nec vltius accenditur, nisi in Sabbatho Pentecostes ad benedictionē fontium.

Et dicitur **C**redo.

**Offertor.** Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ, alleluia. *Psal. 46.*

**Secreta.**

**S**uscipe, Domine, mīniera, que pro filij tui gloriosa ascensione defē-



deférimus: & cōcēde propítius: vt à prēséntibus perículis liberēmur: & ad vitā perueniāmus ætérnam. Per eúndem Dóminum.

**Præfatio.** Per Christū Dñm. Qui post resurrect. Et dicitur vsque ad Vigil. Pēt. exclus. Infra actionem. Cōmunicantes, & diē sacratissimū celeb. Et dicitur per Oct. tantum.

**Psal. 67.** Cōmun. Pfallite Dño, qui ascendit super cælos cælorum ad Oriētem, alleluia. **Postcommunio.**

**P**Ræsta nobis, quæsumus, omnípotens, & misericors Deus: vt, quæ visibilibus mystériis sumēnda percépimus, inuisibili cōsequāmur effectū. Per Dñm.

**I**ntra Octauā Ascensionis quotidie dicitur Missa de Ascensione, nisi festū duplex vel semiduplex occurrat, de quo tūc fit, cū commemoratiōe Octauæ: de simplici autem fit tantūm cōmemor. Post Oratiōē diei dicitur ij. Oratio de sãcta Maria, Cōcedere. tertia: Ecclesiæ. vel pro Papa, vt sup. post Dñicā in Oct. Paschæ, pag. xvj.

**DOMINICA INFRA**  
Octauam Ascensionis.

**Introitus. i.**



**Psal. 26.** Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamaui ad te, alleluia: tibi dixit cor meum, quæsiui vultū tuum,

vultum tuū Dñe requiram: ne auertas faciē tuam à me, alleluia, alleluia.

**Psalm.** Dominus illuminatio mea, <sup>ibidem.</sup> & salus mea: quem timebo? **V.** Gloria patri.

**Oratio.**

**O**Mnípotes sempitérne Deus, fac nos tibi semper & deuótam gérere voluntâtem, & maiestãti tuæ sincéro corde seruire. Per Dóminum.

**Et fit commemoratiō de Ascensione tantūm, Concede quæsumus.** pagina xxvij.

**Lectiō epístolæ beati Petri Apóstoli.**

**C**Aríssimi: Estôte prudētes: <sup>i. cap. 4.</sup> & vigilãte in oratiōibus. Ante ómnia autem mútuam in vobismetípsis charitãtem continuam habēntes: quia chãritas óperit multitudinem peccatōrum. Hospitãles ínuiçē sine murmura-tiōne. Vnusquísque sicut accēpit grãtiam, in altérutrum illam administrãntes: sicut boni dispensãtōres multifórmis grãtiæ Dei. Si quis lóquitur: quasi sermónes Dei. Si quis ministrat: tanquã ex virtúte, quam administrat Deus. Vt in ómnibus honorificētur Deus per Iesum Christū Dñm nostrū. **A**lleluia, alleluia. **V.** Regnavit Dominus super omnes gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam.

**A**lleluia **V.** Non vos relinquam or- <sup>oan. 14</sup> phanos:



phanos: vado & venio ad vos: & gaudebit cor vestrum, alleluia.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.*

*cap. 15.* **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis, qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. *cap. 16.* Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagoga facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et hæc facient vobis: quia non nouerunt patrem, neque me. Sed hæc locutus sum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

Et dicitur *C*redo.

*psal. 46.* **O**ffertorium. *A*scendit Deus in iubilatione: & Dominus in voce tubæ, alleluia.

*Secreta.*

**S**acrificia nos, Domine, immaculata purificent, & mentibus nostris supernæ gratiæ dent vigorem. Per Dominum.

*Pro Ascensione.* **S**uscipe Domine.

*ioan. 17* **C**ommun. **P**ater, cum essem cum eis, ego seruabam eos, quos dedisti mihi, alleluia: nunc autem ad te venio: non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo, allel. allel.

*Postcommunio.*

**R**epleti, Domine, muneribus sacris, da quaesumus, vt ingratiarum semper actione maneamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

*Pro Ascensione. Præsta nobis.*

*FERIA SEXTA POST OCTA-  
uam Ascensionis, si festum du-  
plex, vel semiduplex non fuerit,  
Missæ dicitur de Dominica præ-  
terita, de simplici fit tantum  
cõmem. & non dicitur Credo.*

## IN VIGILIA Pentecostes.

*Statio ad sanctum Ioannem in Laterano.*



**O**ra competenti dicitur Nona, qua finita, Sacerdos & ministri induti vestimentis violaceis, facta reuerentia,

ante altare, in locis suis sedet: postea leguntur Prophetiæ sine titulo.

In fine Prophetiarum dicuntur Orationes sine *Flectamus genua.* *Prophetia prima.*

**I**n diebus illis: Tentauit Deus *Gen. 12.* Abraham, & dixit ad eum. Abraham, Abraham. At ille respondit. Adsum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis: & offeres eum ibi in holocaustum



caustum super vnum montium, quem monstrauero tibi. Igitur Abraham de nocte confurgens, strauit asinum suum: ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum: abiit ad locum quem praeceperat ei Deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul: dixitque ad pueros suos. Expectate hic cum asino: ego & puer illuc usque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, et imposuit super Isaac filium suum: ipse vero portabat in manibus ignem & gladium. Cumque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo. Pater mi? At ille respondit. Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis & ligna: vbi est victima holocausti? Dixit Abraham. Deus prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergabant ergo pariter: veneruntque ad locum quem ostenderat ei Deus: in quo aedificauit altare, & desuper ligna composuit. Cumque colligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. Extenditque manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium suum. Et ecce angelus Domini de caelo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. Qui respondit. Adsum. Dixitque ei. Ne extendas manum

tuam super puerum: neque facias illi quicquam. Nunc cognoui quod timeas Deum: & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit Abraham oculos, viditque post tergum arietem inter vepres, haerentem cornibus: quem assumens, obtulit holocaustum pro filio. Appellauitque nomen loci illius: Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur, In monte Dominus videbit. Vocauit autem angelus Domini Abraham secundo de caelo, dicens. Per memetipsum iuravi, dicit Dominus: quia fecisti rem hanc, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me: benedicens benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli, & velut arenam quae est in litore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: & benedicetur in semine tuo omnes gentes terrae, quia obedisti voci meo. Reuersusque est Abraham ad pueros suos: abieruntque Bersabee simul, & habitauit ibi.

O remus.

**D**Eus, qui in Abrahamae famuli tui opere, humano generi obediencie exempla praebuisti: concede nobis, & nostrae voluntatis prauitatem frangere, & tuorum praceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per Dominum nostrum Iesum.

Prophe-



## Prophetia secunda.

**Exo. 14.** **I**N diēbus illis: Factū est in vigilia matutina, & ecce respiciens Dñs super castra Ægyptiōrum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eōrum: & subuertit rotas cūrruum, ferebanturque in profundū. Dixērūt ergo Ægyptij. Fugiāmus Israēlē: Dñs enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dñs ad Mōysen. Extēde manum tuam super mare: vt reuertātur aque ad Ægyptios super currus & equites eōrum. Cūmque extēdisset Mōyses manum contra mare, reuērsū est primo dilūculo ad priōrem locum. Fugiētibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ: & inuoluit eos Dñs in mediis fluctibus. Reuērsq; sunt aquæ, & operuerūt curr⁹ & equites cūcti exercitus Pharaōnis, qui sequētes ingressi fuerant mare: nec vnus quidē superfuit ex eis. Filij autē Israēl perrexērūt per mediū siccī maris: & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris. Liberāuitq; Dñs in die illo Israēl de manu Ægyptiōrum. Et vidērūt Ægyptios mortuos super littus maris: & manum magnam quam exercuerat Dóminus contra eos. Tímuitque pópulus Dñm: & credidērūt Dómino, & Mōysi seruo eius. Tunc cécinit Mōyses & filij Israēl, carmen hoc Domino, & dixerunt.

**Tractus.** **C**antemus Dño: gloriōse enim honorificatus est: equū & ascēforē proiecit in mare: adiutor & protector factus est mihi in salutem. **ꝯ.** Hic Deus meus, & honorificabo eū: Deus patris mei, & exaltabo eum. **ꝯ.** Dominus conterens bella: Dominus nomen est illi. **O**remus.

**D**Eus, qui in primis temporibus implēta miracula noui testamēti luce referāsti, vt & mare rubrum forma facti fontis existeret, & liberāta plebs ab Ægyptiaca seruitūte, Christiani pópuli sacramēta profēret: da, vt omnes gentes, Israēlis priuilegiū merito fidei cōsecūte, spīritus tui participatiōne regenerētur. Per Dóminum nostrum.

## Prophetia tertia.

**Deu. 31.** **I**N diēbus illis: Scripsit Mōyses cānticū: & docuit filios Israēl. Prēcēpitque Dñs Iosue filio Nun: & ait. Confortāre, & esto robūstus. Tu enim introduces filios Israēl in terram quā pollicitus sum eis: & ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Mōyses verba legis huius in volūmine, atque complēuit: pręcēpit Leuitis, qui portābāt arcam fœderis Dñi, dicens. Tóllite librum istum; & pónite eum in latere arcæ fœderis Dñi Dei vestri: vt sit ibi contra te in testimónium. Ego enim scio contentiōnem tuam: & ceruicē tuam durissi-



durissimam. Adhuc viuente me & ingrediēte vobiscum, semper contentiosē egistis contra Dóminum: quāto magis cum mórtuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atque doctōres: & loquar audientibus eis sermōnes istos, & inuocabo contra eos cælum, & terram. Noui enim quòd post mortem meam inique agētis: & declinābitis citò de via quam præcepī vobis. Et occurrēt vobis mala in extrēmo tēpore: quando feceritis malum in conspēctu Dómini: vt irritētis eū per ópera manuum vestrarum. Locutus est ergo Móyses, audiēte vniuerso cœtu filiōrum Israél, verba carminis huius: & ad finem vsque complēuit.

Dom 32

**Tractus.** Attende cælum, & loquar: & audiat terra verba ex ore meo. *ψ.* Expectetur sicut pluuia eloquium meum: & descēdant, sicut ros, verba mea. *ψ.* Sicut imber super gramen, & sicut nix super fœnum: quia nomen Domini inuocabo. *ψ.* Date magnitudinem Deo nostro: Deus verax: opera eius, & omnes viæ eius iudicia. *ψ.* Deus fidelis, in quo non est iniquitas: iustus & sanctus Dominus.

Oremus.

**D**eus glorificatio fidélium, & vita iustōrum, qui per Móy-

sen famulum tuum, nos quoque modulatiōne sacri carminis erudisti: vniuersis gētibus misericordiæ tuæ munus operāre tribuēdo beatitudinem, auferēdo terrōrem: vt quod pronuntiātum est ad supplicium, in remedium transferatur ætēnum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuuit & regnat in vnitāte spīritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculōrum. *R.* Amen.

**Prophetia quarta.**

**A**pprehēdent septem mulieres virum vnum in die illa, dicētes. Panem nostrum comedemus, vestimētis nostris operiēmur: tantūmodo inuocētur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum. In die illa erit germen Dómini in magnificentia, & in glória: & fructus terræ sublimis: & exultatio his qui saluati fuerint de Israél. Et erit: omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Hierusalēm: sanctus vocābitur, omnis qui scriptus est in vita in Hierusalēm. Si abluerit Dóminus sordes filiārum Sion: & sanguinem Hierusalēm lauērit de medio eius in spīritu iudiciij & spīritu ardōris. Et creauit Dóminus Deus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est: nubem per diem, & fumum



mum splendorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab aestu: & in securitatem & absconsionem à turbine & à pluuia.

Isaia. 5.

**Tractus.** Vineam facta est dilecto meo in cornu in loco yberi. *ψ.* Et maceriam circumdedit, & circumfodit, & plantauit vineam Sorec, & edificauit turrim in medio eius. *ϕ.* Et torcular fodit in ea: vinea enim Domini fabaoth, domus Israel est.

O remus.

**O**Mnipotens sempiternus Deus, qui per unicum filium tuum ecclesiae tuae demonstrasti te esse cultorem: ut omnem palmitem, fructum in eodem Christo tuo, qui vera vitis est, afferentem, clementer excolens, fructus afferat ampliores fidelibus tuis, quos velut vineam ex Aegypto, per fontem baptismi transfulisti, nullae peccatorum spinæ praeualeant: ut spiritus tui sanctificatione muniti, perpetua fruge ditentur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit & regnat in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.

**Prophetia quinta.**Baruc.  
Cap. 3. b.

**A**Vdi Israël mandata vitae: auribus percipe, ut scias prudentiam. Quid est Israël:

quod in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descenditibus in infernum. Dereliquisti fontem sapientiae. Nam si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace super terram. Disce vbi sit sapientia, vbi sit virtus, vbi sit prudentia, vbi sit intellectus: ut scias simul vbi sit longiturnitas vitae & victus, vbi sit lumen oculorum & pax. Quis inuenit locum eius? Et quis introiit in thesauros eius? Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quae sunt super terram? Qui in auibus caeli ludunt, qui argentum thesaurizat, & aurum in quo confidunt homines: & non est finis acquisitionis eorum? Qui argentum fabricant, & solliciti sunt: nec est inuentio operum illorum? Exterminati sunt, & ad inferos descendunt: & alij in locum eorum surrexerunt. Iuuenes videntur lumen: & habitauerunt super terram. Viam autem disciplinae nescierunt, neque intellexerunt semitas eius, neque susceperunt eam filij eorum. A facie eorum longe facta est. Non est audita in Chanaan: neque visa est in Theman. Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam



déntiam quæ de terra est, negociatôres terræ, & Theman: & fabulatôres, & exquisitôres prudentiæ & intelligentiæ: viam autem sapiëntiæ nescierunt, neque meminérunt semitârûm eius. O Israël, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessiônis eius. Magnus, & non habet consummatiônem: excelsus & imménsus. Ibi fuérunt gigantes nominâti illi, qui ab initio fuérunt, statura magna, scientes bellum. Non hos elêgit Dóminus: neque viam disciplinæ dedit illis: propterea perierunt. Et quóniam non habuerunt sapiëntiã, interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in cælum, & accêpit eam, & edúxit eam de núbibus? Quis transfretâuit mare, & inuénit eam, & attulit eam super aurum eléctum? Non est, qui sciat viam eius: neque qui excogitet semitas eius. Sed qui scit vniuersa, nouit illam: & adinuénit eam prudentia sua. Qui perfêcit terram in sempiterno tempore, & adimplêuit eam pecúidibus. Vocâuitque eam: & obaudîuit eam in tremóre. Stellę autê dedérunt lumen in custodiis suis: & lætâtę sūt. Vocatę sunt, & dixerunt: adsumus. Et luxérunt ei cum iucunditâte, qui fecit illas. Hic est Deus noster: & non æstimábitur álius ad eum.

Hic adinuénit omnem viam disciplinæ: & dedit illam Iacob púero suo, & Israël dilécto suo. Post hæc super terram visus est: & cum homínibus conuersátus est.

Oremus:

**D**Eus, qui nobis per prophetarum ora præcepisti temporalia relinquere, atque ad æterna festinare: da famulis tuis, vt quæ à te iussa cognouimus, implere cælesti inspiratiône valeamus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte spíritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorûm. *R.* Amen.

*Prophetia sexta.*

**I**N diêbus illis: Facta est super Eccl. 37 me manus Dómini, & edúxit me in spíritu Dómini: & dimísit me in médio cãpi, qui erat plenus óssibus: & circumdúxit me per ea in gyrum. Erant autem multa valde super faciẽm campi, siccaque veheménter. Et dixit ad me. Fili hóminis, putasne viuent ossa ista? Et dixi. Dómine Deus, tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinare de óssibus istis: & dices eis. Ossa arida, audîte verbum Dómini. Hæc dicit Dóminus Deus óssibus his. Ecce, ego intromittam in vos spíritû, & viuétis: & dabo super vos neruos, & succrésce faciam super vos carnes, & superextendam



dam in vobis cutem: & dabo vobis spiritum; & viuetis: & sciētis quia ego Dōminus. Et prophetāui sicut prācēperat mihi. Factus est autem sōnitus prophetāntē me, & ecce commōtio. Et accesserunt ossa ad ossa: vnumquodque ad iunctūram suam. Et vidi: & ecce super ea nerui, & carnes ascēderunt: & extēta est in eis cutis dēsuper: & spiritum non habēbant. Et dixit ad me. Vaticināre ad spiritū, vaticināre fili hōminis, & dices ad spiritū. Hęc dicit Dñs Deus. A quātuor vētis veni spiritus: & insūfla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et prophetāui, sicut prācēperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus, & vixerunt: & steterunt super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hōminis, ossa hęc vniuersa, domus Israël est. Ipsi dicunt: aruerunt ossa nostra, periit spes nostra, & abscissi sumus. Propterea vaticināre, & dices ad eos. Hęc dicit Dōminus Deus. Ecce ego apēriam tūmulos vestros, & edūcam vos de sepūlchris vestris, pōpulus meus: & indūcam vos in terram Israël. Et sciētis, quia ego Dōminus, cūm aperūero sepūlchra vestra, & edūxero vos de tūmulis vestris, pōpulus meus: & dēdero spiritum meum in vobis, &

vixeritis: & requiescere vos faciam super humum vestram, dicit Dōminus omnipotens.

Oremus.

**D**omine Deus virtūtum, qui callāpsa réparas, & reparāta cōseruas, auge pōpulos intuiti nōminis sanctificatiōne renouāndos: vt omnes, qui sacro baptīsmate diluuntur, tua semper inspiratiōne dirigantur. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitāte spiritus sancti Deus, per omnia sēcula sēculōrum. *R.* Amen.

*His finitū desce. Jendo ad fontes cantatur Tractus.*

Sicut ceruus desiderat ad <sup>psal. 41.</sup> fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. *✠.* Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quādo veniam, & apparebo ante faciem Dei mei? *✠.* Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus?

*Deinde ad fōtes, antequā Sacerdos intret ad benedictionē fontiu, dicit, Dñs vobiscum. Oremus.*

**C**oncēde, quæsumus, omnipotens Deus, vt, qui sollemnitatē doni sancti spiritus cōlimus, cælēstibus desidēriis accēnsi, fontem vitæ sitiāmus. Per Dōminum nostrum Iesum Christum:



stum filium tuum, Qui tecū viuit & regnat in vnitāte eiūsdem spīritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculōrum. *R.* Amen.

Deinde proceditur ad benedictionem fontium: vt in Sabbatho sancto.

**¶** Vbi verò non fuerint fontes, Tractus. Sicut ceruus, & Oratio sequens Tractum, & fontium benedictio, prætermittuntur: sed finita Oratione, **D**omine Deus virtutum, Sacerdos casula deposita, cum ministris ante altare procumbit: & aliis omnibus genuflexis in locis suis, cantantur Litanix à duobus cantoribus in medio chori, vtroque choro idem simul respondente. Circa finem Litaniarum Sacerdos & ministri ad sacrarium reuertentes, sollemniter induuntur vestimentis rubeis, & accenduntur luminaria circa altare. Peruento autem ad **K** yrie eleison, in fine Litaniarum; **K** yrie eleison, pro Missa à cantoribus sollemniter incipitur. Quo incepto, Sacerdos cum ministris de sacrario rediens facit confessionem, & ascendens ad altare, finito **K** yrie eleison, incipit sollemniter **G**loria in excelsis Deo. Et campanæ pulfantur.

**O**remus. Oratio.

**P**Ræsta quæsumus omnipotens Deus: vt claritatis tuæ

super nos splendor effulgeat: & lux tuæ lucis corda eorum, qui per grātiā tuā renāti sunt, sancti spīritus illustratiōne confirmet. Per Dñm nostrum Iesum Christū filium tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitāte eiūsdem spīritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculōrum. *R.* Amen.

Lectio actuum Apostolorum.

**I**N diēbus illis: Factum est cum cap. 19. Apóllo esset Corinthe, vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, & inueniret quosdam de discipulis: dixitque ad eos. Si spīritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed neque si spīritus sanctus est, audiuimus. Ille verò ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt. In Ioānnis baptisate. Dixit autem Paulus. Ioānes baptizauit baptisate pœnitentiæ pópulum, dicens, in eum, qui venturus esset post ipsum, vt crederent, hoc est, in Iesum. His auditis, baptizati sunt in nómine Dómini Iesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit spīritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Erant autem omnes viri ferè duodecim. Introgressus autem Paulus in synagógam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans & suadens de regno Dei.



*Ps. 106.* Alleluia. *V.* Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. *Non repetitur alleluia. Sed immediate sequitur Tractus.* Laudate Dominum omnes gentes: & collaudate eum omnes populi. *V.* Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

*Ad Euangelium non portantur luminaria, sed incensum tantum.*

*Sequentia sancti euangélj secundum Ioánnem.*

*Cap. 14.* **I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Si diligitis me: mandata mea seruâte. Et ego rogabo patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia nõ videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuêtis. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea: ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre

meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

*Et non dicitur Credo.*

*Offertorium.* Emitte spiritum tuum & creabuntur; & renouabis faciem terræ: sit gloria Domini in sæcula, alleluia. *Ps. 103.*

*Secreta.*

**M**Vnera, quæsumus, Domine, oblata sanctifica: & corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in unitate eiusdem spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen.

*Præfatio.* Per Christum Dominum nostrum. Qui ascendens super omnes cælos. *Infra actionem.* Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes.

*Alia infra actionem.* Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ. *Et dicuntur vsque ad sequens Sabbathum inclusiuè.*

*Communio.* Vltimo festiuitatis die dicebat Iesus: qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aqua viua: hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, alleluia, alleluia, alleluia. *Ioan. 7.*

*Postcommunio.*

**S**ancti Spiritus, Domine, corda nostra emundet infusio, & sui



& sui roris íntima aspersiõne fœ-  
cúndet. Per Dóminum nostrum  
Iesum Christum filium tuum, qui  
tecum viuit & regnat in vnitáte e-  
iúsdem Spíritus sancti Deus, per  
ómnia sæcula sæculórum. *Rz.*  
Amen.

---

## Introitus 3.



Qum sanctificatus <sup>Eze. 36</sup>  
fuero in vobis, cõ-  
gregabo vos de v-  
niuersis terris: &  
effundã super vos  
aquam mundam,  
& mundabimini ab omnibus inqui-  
namentis vestris: & dabo vobis spiri-  
tum nouum.

**I N M I S S I S P R I**-  
uatis huius Vigiliæ, omíssis Pro-  
phetiis, Orationibus, & Litanis  
vt suprà: Missa absolutè incipitur  
ab Introitu, vt infrà.

---

**Psal.** Benedicam Dñm in omni <sup>psal. 33.</sup>  
tẽpore: semper laus eius in ore meo.  
ÿ. Gloria patri. Deinde dicitur Ky-  
rie eleison. Gloria in excelsis. & a-  
lia vt suprà.

---









D O M I N I C A

P E N T E C O S T E S .

*Statio ad S. Petrum.*

*Introitus. 8.*



Spiritus Do-  
mini re-  
pleuit or-  
bem terra-  
rum, alle-  
luia: & hoc


quod continet omnia, sci-  
entiam habet vocis, alleluia,  
alleluia, alleluia.

*Pfalm.* Exurgat Deus,  
& dissipentur inimici eius:  
& fugiat, qui oderunt eum  
à facie eius. *V.* Gloria.


*Oratio.*

**D**Eus, qui hodierna  
die corda fidelium  
sancti Spiritus illustra-  
tione docuisti: da nobis  
in eodem spiritu recta sa-  
pere, & de eius semper  
consolatione gaudere.  
Per Dominum. in unitate  
eiusdem.

*Lectio actuum Apo-  
stolorum.*



**I**N diebus illis: Dum  
cõplerentur dies Pen-  
tecõstes, erant omnes di-  
scipuli pariter in eodem  
loco. Et factus est repen-  
te de cælo sonus, tãquam  
aduenientis spiritus ve-  
hemẽtis, & replẽuit to-  
tam domum vbi erant  
sedentes. Et apparuerunt  
illis dispertite linguæ tã-  
quam ignis, seditque su-  
pra singulos eorum. Et  
repleti sunt omnes spiri-  
tu facto: & cœperunt lo-  
qui variis linguis; prout  
spiritus sanctus dabat  
eloqui illis. Erant au-  
tem in Hierusalem ha-  
bitantes Iudei, viri reli-  
giosi ex omni natiõ-  
ne, quæ sub cælo est. Fa-  
cta autem hac voce, con-  
uenit multitudo: & mē-  
te confusa est, quoniam  
audiẽbat vnusquisque  
lingua sua illos loquen-





tēs. Stupēbant autem omnes, & mirabāntur, dicētes. Nōne, ecce, omnes isti, qui loquūtur, Galilæi sunt? Et quōmodo nos audiuimus vnusquisque linguā nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Mesopotamiā, Iudæam, & Cappadociam, Pōtum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphylia, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ est circa Cyrēnem, & aduenæ Romāni: Iudæi quoque, & Proseltyti, Cretes, & Arabes: audiuimus eos loquētes nostris linguis magnalia Dei.

8103.

**A**lleluia, alleluia. *v.* Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. **A**lleluia. *v.* Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

*Sequentia.*

**V**eni sancte spiritus, & emitte cælitus lucis tuæ radium. Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium. **C**onsolator optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium. **I**n labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium.

**O**lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium. **S**ine tuo numine, nihil est in homine, nihil est innoxium. **L**aua, quod est sordidum, riga, quod est aridum, sana, quod est fauciū. **F**lecte, quod est rigidū, foue, quod est frigidū; rege, quod est deuiū.

Da tuis fidelibus, in te confidentibus, sacrum septenarium. Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium. Amen. **A**lleluia.

Et dicitur quotidie per totā Octauā vsq; ad Sabbathum inclusiue.

*Sequentia sancti euangélj secundum Ioannem.*

**I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Si quis diligit me, sermōnem meum seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniēmus, & mansiōnem apud eum faciēmus. Qui non diligit me, sermōnes meos non seruat. Et sermōnem, quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me, Patris. **H**æc locutus sum vobis, apud vos manens. **P**aracletus autem, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docēbit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. **P**acem relinquo vobis: pacem meā do vobis. Non quōmodo mundus dat, ego do vobis. Non turbētur cor vestrū, neque formidet. **A**udistis, quia ego dixi vobis: **V**ado, & venio ad vos. Si diligerētis me, gauderētis utique, quia vado ad patrem: quia pater maior me est. **E**t nunc dixi vobis, priusquam fiat: ut cum factum fuerit, credātis. **I**am non multa loquar vobiscum. **V**enit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. **S**ed ut cognō-



cognoscat mundus, quia diligo patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

Et dicitur **C**redo.

*Psal. 67.* **Offert:** **C**onfirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: à templo tuo, quod est in Hierusalem, tibi offerent reges munera, alleluia.

**Secreta.**

**M**vnera, quæsumus, Dñe, oblata sanctifica: & corda nostra sancti spiritus illustratiõne emunda. Per Dõminum. in vnitãte eiusdem Spiritus.

*Act. 2.* **Communio.** Factus est repente de caelo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, ubi erant sedentes, alleluia: & repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia Dei, alleluia, alleluia. **Postcommun.**

**S**ancti Spiritus, Domine, corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersiõne foecundet. Per Dñm. in vnitãte eiusdem.

**Infra Oct. Pent. nõ fit de aliquo festo duplici vel semiduplici: sed post Octauam celebratur: de simplici fit cõmemor. post triduum.**

## F E R I A S E C U N D A .

*Statio ad sanctum Petrum ad Vincula.*

**Intrõitus.** 2.

*Psal. 80.*



Ibavit eos ex adipe frumenti, alleluia: & de petra melle saturavit eos, alleluia, alleluia, alleluia.

**Psalm.** Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Jacob. *v. Gloria.*

**Oratio.**

**D**eus, qui apõstolis tuis factum dedisti spiritum: cõcede plebi tuæ piæ petitiõnis effectũ: vt quibus dedisti fidẽ, largiãris & pacem. Per Dõminum. in vnitãte eiusdem spiritus.

**Lectio actuum Apostolorum.**

**I**n diẽbus illis: Apõriens Petrus *Cap. 10.* os suum, dixit. Viri fratres, & patres: nobis præcepit Dõminus prædicare põpulo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à Deo iudex viuõrũ & mortuõrum. Huic omnes Prophætæ testimõnium perhibent: remissiõnẽ peccatõrum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eũ. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiabant verbum. Et obstupuerunt ex circunciõne fideles, qui venerant cum Petro: quia & in nationes grãtia spiritus sancti effusa est. Audiẽbãt enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus. Nunquid aquã quis prohibere potest, vt nõ baptizentur hi, qui spiritum sanctũ acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi.

**A**lleluia, alleluia. *v. Loquebantur variis linguis apõstoli magnalia Dei.* *Act. 2.*

**A**lleluia.



**A**lleluia. *v.* Veni sancte Spiritus: reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

**Sequentia.** Veni sancte Spiritus. *vt supra.* xliij. & in fine Alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem**

Cap. 3.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus Nicodemus. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat: sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicaret mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum: & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestetur opera eius: quia in Deo sunt facta.

**Et dicitur** Credo.

Psal. 17.

**Offertor.** Intonuit de celo Dominus: & altissimus dedit vocem suam: & apparuerunt fontes aquarum, allel. **Secreta.**

**P**ropitius, Domine, quaesumus, hæc dona sanctifica: & hostiæ spiritalis oblatione susce-

pta, nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per Dominum.

**Communio.** Spiritus sanctus Ioan. 14. docebit vos, alleluia: quaecunque dixerò vobis, alleluia, alleluia.

**Postcommunio.**

**A**desto, quaesumus Domine, populo tuo, & quem mysteriis cælestibus imbuisti, ab hostium furore defende. Per Dominum. in vnitæte eiusdem.

F E R I A T E R T I A .

*Statio ad sanctam Anastasiam.*

**Introitus.** 4.



**C**cipite iucunditatem gloriæ vestræ, alleluia: gratias agētes Deo, alleluia: qui vos ad cælestia regna vocauit, alle-

luia, alleluia, alleluia.

**Psalm.** Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. *v.* Gloria. **Oratio.**

**A**dsit nobis, quaesumus Domine, virtus Spiritus sancti: quæ & corda nostra clemēter expurget, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum nostrum. in vnitæte eiusdem.

**Lectio actuum Apostolorum.**

**I**n diebus illis: Cū audisset apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei: miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Cap. 8.

nem.



nem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.

*Ioan. 14.* **A**lleluia, alleluia. *v.* Spiritus sanctus docebit vos quaecunque dixerō vobis.

**A**lleluia. *v.* Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

**Sequentia.** Veni sancte Spiritus. *ut supra, pagina xlii. & in fine*  
**A**lleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.**

*Cap. 10.* **I**n illo tempore: Dixit Iesus Pharisæis. Amen amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouilem, sed ascendit aliunde: ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium: pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt: & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emisserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc proverbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt, quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus. Amen,

amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingrediatur, & egredietur, & pascua inueniet. Fur non venit, nisi ut furatur, & mactet, & perdat. Ego veni ut vitam habeant: & abundantius habeant.

**Et dicitur Credo.**

**Offertor.** **P**ortas celi aperuit Dominus: *Psal. 77*  
& pluit illis manna, ut ederent: panem celi dedit eis: panem angelorum manducauit homo, alleluia. **Secreta.**

**P**urificet nos, quæsumus Domine, muneris presentis oblatio: & dignos facra participatione efficiat. Per Dominum.

**Communio.** Spiritus, qui a patre procedit, alleluia: ille me clarificabit, alleluia, alleluia. *Ioan. 15 & 16.* **Postcommun.**

**M**entes nostras, quæsumus Domine, Spiritus sanctus diuini replet sacramentis: quia ipse est remissio omnium peccatorum. Per Dominum in unitate eiusdem.

**F E R I A Q V A R T A**

**Quatuor temporum Pentecostes.**

**Statio ad S. Mariam maiorem. Introitus. 3.**



**D**eus dum egredere- *Psal. 67.*  
ris coram populo tuo,  
iter facies eis, habi-  
tans in illis, alleluia:  
terra mota est, celi  
distil-



distillauerunt, alleluia, alleluia.

*Ibidem.*

**P**salm. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. **V.** Gloria patri. **D**icto Kyrie eleison: dicitur O remus. **Et non dicitur** Flectamus genua.

**M**entes nostras, quæsumus, Dómine, paráclitus, qui à te procêdit, illúminet: & indúcat in omnem, sicut tuus promísit filius, veritatem. Qui tecum viuit & regnat in vnitáte eiúsdem spiritus sancti.

**Cantatur in tono Prophetiæ.**

**Léctio áctuum Apostolôrum.**

*Cap. 1.*

**I**n diêbus illis: Stás Petrus cum undecim, leuâuit vocem suam, & locûtus est eis. Viri Iudæi, & qui habitâtis Hierusalém vniuersi: hoc vobis notum sit, & áuribus percípите verba mea. Non enim, sicut vos existimâtis, hi ébrij sunt, cum sit hora diéi tertia: sed hoc est, quod dictum est per Prophétam Ioél. Et erit in nouíssimis diêbus, dicit Dóminus, effundam de spírítu meo super omnem carnem: & prophetábunt filij vestri, & filix vestrx: iúvenes vestri visiones vidébunt, & seniôres vestri sômnia somniábút. Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diêbys illis effundam de spírítu meo, & prophetábunt. Et dabo prodígia in celo sursum, & signa in terra deorsum,

*Cap. 2.*

sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertêtur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequâ veniat dies Dómini magnus, & manifestus. Et erit: Omnis quicúnq; inuocáuerit nomen Dómini, saluus erit.

**A**lleluia. **V.** Verbo Domini cæli fir- *Psalm. 32.*

mati sunt: & spírítu oris eius omnis virtus eorum. **Hic dicitur** Gloria in excelsis. **Postea dicitur** Dominus vobiscum. **O**remus. **O**ratio.

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens & misericors Deus: vt Spírítus sanctus adueniens, templum nos glórię tuę dignanter inhabitando perficiat. Per Dóminum. in vnitáte eiúsdem.

**¶** Ab hac die vsque ad Dominicam sequentem, post Orationem diei, dicitur contra persecutores Ecclesiæ. **O**ratio.

**E**cclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, preces placátus admittite: vt destrúctis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secúra tibi seruiat libertáte. Per Dñm.

**Vel pro Papa.** **O**ratio.

**D**eus ómnium fideliú pastor & rector: famulú tuum **N.** quem pastôre ecclésiæ tuæ præesse voluísti, propítius respice: da ei, quæsumus, verbo & exêplo, quibus præest, proficere: vt ad vitam, vnâ cum grege sibi crédito, peruéniat sempiternam. Per Dñm.

**Léctio**



## Lectio actuum Apostolorum.

Cap. 5.

**I**N diebus illis: Per manus autem apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorum autem nemo audēbat se coniungere illis: sed magnificābat eos pōpulus. Magis autem augebātur credentium in Dño multitūdo virōrum ac mulierum: ita vt in platēis eicerent infirmos: & pōnerent in lectulis & grabātis: vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbrāret quenquam illōrum, & liberarētur omnes ab infirmitatibus suis. Cōcurrēbat autē & multitūdo vicinārum ciuitatum, Hierusalēm, afferētes ægros & vexatos à spirītibus immūdis: qui cūrabāntur omnes.

**A**lleluia, alleluia. *v.* Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

**Sequentia.** Veni sancte Spiritus. vt supra, pagina. lx. & in fine Alleluia.

## Sequentia sancti euangēlij secundum Iōannem.

Cap. 6.

**I**N illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorum. Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum: & ego resuscitābo eū in nouissimo die. Est scriptum in Prophētis. Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui au-

diuit à patre, & didicit: venit ad me. Nō quia patrē vidit quisquā, nisi is qui est à Deo: hic vidit patrem. Amen, amen dico vobis: qui credit in me, habet vitā ætērnā. Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducauerunt manna in deserto: & mōrtui sunt. Hic est panis de cælo descēdēns: vt si quis ex ipso manducāuerit, non moriātur. Ego sum panis viuus, qui de cælo descēdi. Si quis manducāuerit ex hoc pane, viuet in ætērnū. Et panis, quē ego dabo, caro mea est pro mundi vitā. **Et dicitur Credo.**

**Offert.** Meditabor in mandatis tuis *ps. 119.* quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mādata tua, quæ dilexi, allel.

## Secreta.

**A**ccipe, quæsumus, Dōmine, munus oblātum: & dignanter operāre: vt quod mystēriis āgimus, piis effēctibus celebrēmus. Per Dōminum.

## Alia Secreta.

**P**rotēge nos, Dñe, tuis mystēriis seruiētes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulēmur & mēte. Per Dōminum.

## Vel pro Papa.

**O**blātis, quæsumus, Dōmine, placāre munēribus: & famulum tuum **N.** quem pastōrem Ecclēsiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectiōne gubernā. Per Dñm.

**Communiō.** Pacem relinquo vobis, *iohn. 14.* alleluia:



alleluia: pacem meam do vobis, alle-  
luia, alleluia.

**Postcommunio.**

**S**vmētes, Dómine, cæléstia  
Sacraménta, quæsumus cle-  
mémentiam tuam, vt quod tempo-  
ráliter gérimus, etérnis gáudiis cō-  
sequámur. Per Dóminum.

**Alia Postcommunio.**

**Q**væsumus Dómine Deus no-  
ster: vt quos diuína tríbuis  
participatióne gaudēre, humánis  
non sinas subiacēre perículis. Per  
Dóminum.

**Vel pro Papa.**

**H**æc nos, quæsumus, Dómi-  
ne, diuíni Sacraménti per-  
cēptio próteget: & famulū tuum  
**N.** quem pastórem Ecclésiæ tuæ  
præesse voluísti, vnà cum com-  
míssio sibi grege, saluet semper &  
múniat. Per Dóminum.

**FERIA QUINTA.**

*Statio ad S. Laurentium foris murum.*

**Introitus. 8.**

*Sap. 1.*



**S**piritus Domini re-  
pleuit orbem terra-  
rum, alleluia: & hoc  
quod continet om-  
nia, scientiam habet  
votis, alleluia, alle-

luia, alleluia.

*Psalm. 67.*

**Psalm.** Exurgat Deus, & dissipen-  
tur inimici eius: & fugiant, qui ode-  
rūt eū, à facie eius. **Gloria. Oratio.**

**D**eus, qui hodierna die corda  
fidélium sancti Spíritus il-

lustratióne docuísti: dá nobis in  
eódem spírítu recta sapère, & de  
eius semper consolatióne gaudē-  
re. Per Dóminum. in vnitate  
eiusdem.

**Secunda Oratio.** Ecclesiæ tuæ. vel  
Deus omnium. vt in Feria præce-  
denti, pag. xlv.

**Lectio áctuum Apostolorum.**

**I**N diēbus illis: Philíppus descē-  
dens in ciuitatem Samáriæ, præ-  
dicábat illis Christum. Intendē-  
bant autem turbæ his, quæ dice-  
bantur à Philíppo, vnánimiter au-  
diētes & vidētes signa, quæ fa-  
ciēbat. Multi enim eórum qui ha-  
bébant spírítus immúndos, cla-  
māntes voce magna, exhibāt. Mul-  
ti autem paralytici & claudi curá-  
ti sunt. Factum est ergo gáudium  
magnum in illa ciuitate.

**A**lleluia, alleluia. **Ps. 103.** Emitte spírítum  
tuum, & creabuntur: & renouabis  
faciem terræ.

**A**lleluia. **Ps. 103.** Veni sancte Spírítus, re-  
ple tuorum corda fidélium, & tui  
amoris in eis ignem accende.

**Sequentia Veni sancte Spírítus.**  
vt sup. pag. xliij. & in fine **A**llel.

**Sequentia sancti euangélij  
secúndum Lucam.**

**I**N illo tēpore: Conuocáti Ie-  
sus duódecim Apóstolis, dedit  
illis virtútem, & potestátem su-  
per omnia dæmónia: & vt languó-  
res curarent. Et misit illos prædi-  
cáre

cap. 9.



câre regnum Dei: & sanâre infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quancunque domum intraueritis, ibi manete: & inde ne exeatis. Et quicunque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella euangelizantes, & curantes vbique. **Et dicitur Credo.**

**Offertor.** Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: à templo tuo, quod est in Hierusalem, tibi offerent Reges munera, alleluia. **Secreta.**

**M**Vnera, quæsumus Dñe, oblata sanctifica: & corda nostra sancti Spiritus illustratiõe emûda. Per Dñm, in vnitâte eiusdẽ.

**Altera Secreta. P**rotege. vel **O**blatis. vt sup. in Feria preced. xlvij.

**Communio.** Factus est repente de cælo sonus tanquã adueniẽtis spiritus vehementis, vbi erant sedentes, alleluia: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, loquentes magnalia Dei, alleluia, alleluia. **Postcommunio.**

**S**ancti Spiritus, Dõmine, corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersiõe foecundet. Per Dõminũ. in vnitâte eiusdem.

**Altera Postcõm. Q**uæsumus. vel **H**æc. vt in Feria præc. pag. xlvij.

## FERIA SEXTA.

*Statio ad sanctos Duodecim Apostolos.*

**Introitus. 3.**



Epleatur os meum <sup>psal. 70.</sup> laude tua, alleluia: vt possim cantare, alleluia: gaudebunt labia mea, dum cantauero tibi, alleluia, alleluia.

**Psalm.** In te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me. **Gloria.**

**Oratio.**

**D**A, quæsumus, ecclesiæ tuæ misericors Deus: vt Spiritu sancto congregata, hostili nullatenus incursiõe turbetur. Per Dõminum. in vnitâte eiusdem.

**Secunda Oratio. E**cclesiæ tuæ. vel **D**eus omnium. vt in Feria iij. præcedenti, pagina xlvj.

**Lectio Ioëlis Prophætæ.**

**H**æc dicit Dñs Deus. Exultate <sup>Cap. 2.</sup> filia Sion, & lætamini in Dõmino Deo vestro: quia dedit vobis doctõrem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrẽ matutinum & serotinum, sicut in principio. Et implebuntur arẽe frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo. Et comedetis vescentes, & saturabimini: & laudabitis nomen Dõmini Dei vestri, qui fecit vobiscũ mirabilia: & nõ confundetur pópulus meus in sempiternum. Et sciẽtis, quia in medio



Israël ego sum: & ego Dñs Deus  
vester, & nō est amplius: & nō cō-  
fundetur pōpulus meus in etērnū.  
Ait Dominus omnipotens.

347. 12. **A**lleluia, alleluia, *ψ*. O quān bo-  
nus & suavis est, Dñe, spiritus tuus in  
nobis. **A**lleluia, *ψ*. Veni sancte Spiri-  
tus, reple tuorum corda fidelium, &  
tui amoris in eis ignem accende.

**Sequentia.** Veni sancte Spiritus.  
vt supra, pag. xliij. & in fine dici-  
tur Alleluia.

**Sequentia sancti euangélj**  
secūndum **Lucam.**

Cap. 5. **I**n illo tēpore: Factū est in vna  
diērum, & Iesus sedēbat docēs.  
Et erant Pharisæi sedētes & Le-  
gisdoctōres, qui vēnerant ex omni  
castello Galilæe, & Iudæe, & Hie-  
rusalē: & virtus Dñi erat ad sanān-  
dū eos. Et ecce viri portāntes in le-  
cto hōminē, qui erat paralyticus:  
& quærēbāt eū infērrē, & pōnere  
ante illū. Et nō inueniētes, qua par-  
te illū infērrēt præ turba, ascendē-  
rūt supra tectū, & per tēgulas sub-  
misērunt illū cum lecto in mediū,  
ante Iesum. Quorū fidem vt vidit,  
dixit. Homo, remittūtur tibi pec-  
cāta tua. Et cōpērūt cogitare Scri-  
bæ, & Pharisæi, dicētes. Quis est  
hic, qui loquitur blasphemias?  
Quis potest dimittere peccāta, nisi  
solus Deus? Vt cognōuit autē Ie-  
sus cogitationes eōrū, respōndens,  
dixit ad illos. Quid cogitātis in

cōrdibus vestris? Quid est facilius  
dicere, Dimittūtur tibi peccāta  
tua: an dicere, Surge & ambula?  
Vt autē sciātis, quia filius hōminis  
habet potestātē in terra dimittē-  
di peccāta, ait paralytico. Tibi di-  
co, surge, tolle lectū tuū, & vade in  
domū tuam. Et cōfestim surgēs eo-  
ram illis, tulit lectum, in quo iacē-  
bat: & abiit in domū suā, magni-  
ficans Deū. Et stupor apprehēdit  
omnes: & magnificabāt Deum. Et  
replēti sunt timōre, dicētes: quia  
vidimus mirabilia hōdie.

Et dicitur **Credo.**

**Offertor.** Lauda anima mea Dñm: *ps 145.*  
laudabo Dñm in vita mea: psallam  
Deo meo, quamdiu ero, alleluia.

**Secreta.**

**S**acrificia, Dñe, tuis oblata con-  
spēctibus, ignis ille diuīnus as-  
sumat, qui Discipulōrum Christi  
filiij tui per Spiritum sanctum cor-  
da succendit. Per eūdem Dñm.  
in vnitāte eiūsdem.

**Altera Secreta.** **P**rotege nos. vel:  
**O**blatis. pag. xlvij.

**Cōmun.** Non vos relinquā orpha-  
nos: veniā ad vos iterū, allel. & gaude-  
bit cor vestrū, allel. **Postcommun.**

**S**umpsim⁹, Dñe, sacri dona my-  
sterij, humiliter deprecātes: vt,  
quæ in tui cōmemoratiōne nos fa-  
cere præcepisti, in nostræ proficiāt  
infirmittātis auxiliū: Qui viuis &  
regnas. in vnitāte spiritus.

**Altera**



Altera Postcomm. Quæsumus.  
vel Hæc nos. pagina xlviij.

## S A B B A T H O.

Statio ad S. Petrum.

Introitus. 3.



Haritas Dei diffusa est in cordib<sup>9</sup> nostris, alleluia: per inhabitat<sup>em</sup> spiritū eius in nobis, alleluia, allel.

*Psalm.* Benedic anima

mea Dño, & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. *✠. Gloria.*

*Orationes sequentes dicuntur sine*

*Flectamus genua. O remus.*

**M**entibus nostris, quæsumus Dñe, Spiritum sanctū benignus infunde: cuius & sapiētia cōditi sumus, et prouidētia gubernāmur. Per Dñm. in vnitāte eiusdē.

*Prophetia prima.*

*Lectio Ioēlis Prophētæ.*

**H**æc dicit Dñs Deus. Effundam spiritū meū super omnē carnē: & prophetābunt filij vestri, & filiæ vestræ. Senes vestri somnia somniābunt: & iuuenes vestri visiones vidēbunt. Sed & super seruos meos & ancillas meas, in diēbus illis effundam spiritum meum. Et dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum: sanguinem, & ignem, & vapōrem fumi. Sol conuertētur in tenebras,

& Luna in sanguinem: antequam veniat dies Dōmini magnus, & horribilis. Et erit. Omnis, quicūque inuocauerit nomen Dōmini, saluus erit.

**A**lleluia. *✠.* Spiritus est, qui viuificat: *104. 6.* caro autem non prodest quicquam.

*O remus. Oratio.*

**I**llo nos igne, quæsumus Dōmine, Spiritus sanctus inflāmmet, quē Dōminus noster Iesus Christus misit in terram: & vōluit vehemēter accēdi. Qui tecum viuit & regnat, in vnitāte eiusdem.

*Prophetia secunda.*

*Lectio libri Leuitici.*

**I**n diēbus illis: Locūtus est Dō- *29. 11.* minus ad Mōysen, dicens. Lōquere filiis Israël, & dices ad eos. Cū ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segētē: ferētis manipulos spicārum primitias messis vestræ ad sacerdotem. Qui eleuābit fasciculum coram Dño, vt acceptābile sit pro vobis altero die sabbathi: & sanctificābit illum. Numerābitis ergo ab ipso die sabbathi, in quo obtulistis manipulos primitiārū, septem hebdomadas plenas vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ. Et sic offerētis sacrificium nouū Dōmino ex omnibus habitaculis vestris: panes primitiārum duos de duābus decimis similæ fermentatæ, quos ele-



uabit facerdos coram Dño. Cúm- que eleuauerit eos facerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in usum eius. Et uocabitis huc diem celeberrimum, atque sanctissimum. Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus uestris: dicit Dominus omnipotens.

*Isa. 26.* Alleluia. Spiritus eius ornauit caelos.

Oremus.

Oratio.

**D**Eus, qui ad animarum medelam ieiunij deuotione castigari corpora praecipisti: concede nobis propitius: & mente & corpore tibi semper esse deuotos.

Per Dñm. *Prophetia tertia.*

*Lectio libri Deuteronomij.*

*Cap. 26.* **I**N diebus illis: Dixit Moyses filiis Israél. Audi Israél, quæ ego praecipio tibi hodie. Cum intraueris terram, quã Dñs Deus tuus daturus est tibi possidendam, & obtinueris eam, atque habitaueris in ea: tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo: pergesque ad locum, quem Dominus Deus tuus elegerit, ut ibi inuocetur nomen eius. Accedesque ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum. Profiteor hodie coram Domino Deo tuo. Qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, & laborem atque angustias: & eduxit nos de Ægy-

pto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in signis, atque portentis: & introduxit ad locum istum, & tradidit nobis terram lacte & melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias frugum terræ, quam Dñs dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu Dñi Dei tui. Et adorato Dño Deo tuo, epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi.

Alleluia. Dum compleveruntur dies *Act. 2.*

Pentecostes, erant omnes pariter sedentes. Oremus.

Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut salutaribus ieiuniis eruditi, ab omnibus etiam uitiis abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per Dñm.

*Prophetia quarta.*

*Lectio libri Leuitici.*

*Cap. 26.* **I**N diebus illis: Dixit Dñs ad Moysen. Loquere filiis Israél, & dices ad eos. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea: dabo uobis pluuiam temporibus suis, & terra gignet germen suum: & pomis arbores replebuntur. Apprehedet mesium tritura vindemia, & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem uestrum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra uestra. Dabo pacem in finibus uestris: dormietis, & non erit, qui extereat. Auferam malas bestias: & gladius



dius non tráfibit términos vestros. Persequémini inimicos vestros: & còrruét corá vobis. Persequéntur quinq; de vestris centū aliénos, & centū de vobis decē míllia: cadent inimíci vestri gládio in conspéctu vestro. Respiciá vos, & créscere faciam: multiplicabímini, & firmábo pactū meū vobíscū. Comedētis vetustíssima véterum, & vétera nouis superueniétibus proiiciétis. Poná tabernáculū meū in médio vestri, & nō abiiciet vos vltra ánima mea. Ambulábo inter vos, & ero vester Deus, vosq; éritis pópulus meus: dicit Dñs omnipotens.

**Allel. v̄.** Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fideiū: & tui amoris in eis igné accéde. **Oremus. Oratio.**

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus, sic nos ab épulis carnalibus abstinére: vt à vitiis irruéntibus páriter ieiunémus. Per Dñm.

### Prophetia quinta.

#### Lectio Daniélis Prophætæ.

**I**NDiēbus illis: Angelus Dómini descendit cum Azaria & sociis eius in fornâcē: & excússit flámam ignis de fornâcē: & fecit médium fornâcis quasi ventū roris flátem. Flamma auté diffûsa est super fornâcē, cú bitis quadraginta nouē: & incéndit quos réperit iuxta fornâcē de Chaldeis minístris regis, qui eam incendébāt. Illos autem omnino non tétigit ignis, neq; contri-

stâuit, nec quicquã moléstiaé intulit. Túc hi tres quasi ex vno ore lau dábant, & glorificábant, & benedicébant Deū in fornâcē, dicétes.

**Alleluia. v̄.** Benedictus es Domine Deus patrum nostrorū, & laudabilis in sæcula. **Finis Versu, dicitur Gloria in excelsis. Sequitur Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo.**

**Oremus. Oratio.**

**D**EUS, qui tribus púeris mitigásti flámas igniū, concéde propítius: vt nos famulos tuos nō exúrat fláma vitiórū Per Dñm.

**Secúda Oratio, Pro Papa. Deus omnium. vel Ecclesie tuæ. vt in Feria iij præcedenti, pag. xlvj.**

#### Lectio epístolæ beati Pauli apóstoli ad Romános.

**F**RATRES: Iustificáti igitur ex fide, pacē habeamus ad Deum per Iesum Christū Dñm nostrum: per quē & accéssum habémus per fidē in gratiã istã, in qua stamus, & gloriámur in spe glóriæ filiórū Dei. Nō solū auté: sed & gloriámur in tribulationibus, sciéntes, quòd tribulatio paciéntiã operáatur: paciéntia auté probatióne: probatio verò spem. Spes auté non cōfúndit: quia cháritas Dei diffûsa est in córdibus nostris per Spíritum sanctum, qui datus est nobis.

**Tractus. Laudate Dominū omnes gētes: & collaudate eū omnes populi. Quoniam confirmata est super nos**



miseriordia eius: & veritas Domini  
manet in æternum.

**Sequētia.** Veni sancte Spiritus. **vt**  
**sup. pag. xliij. sine Alleluia. in fine.**

**Sequētia sancti euangēlij**  
**secūndum Lucam.**

**I**N illo tēpore: Surgens Iesus  
**cap. 4.** de synagoga, introiuit in domū,  
Simōnis. Socrus autem Simōnis  
tenebatur magnis febribus: &  
rogauerunt illum pro ea. Et stans  
super illam, imperauit febri: & di-  
misit illam. Et continuo surgens,  
ministrabat illis. Cum Sol autem  
occidisset, omnes, qui habebant in-  
firmos variis languoribus, ducē-  
bant illos ad Iesum. At ille singulis  
manus imponens, curabat eos. Ex-  
ibant autem demonia à multis, cla-  
mantia & dicentia: quia tu es fi-  
lius Dei. Et increpans, non sinē-  
bat ea loqui, quia sciebant ipsum  
esse Christum. Facta autem die,  
egressus ibat in desertū locum: &  
turbæ requirebant eum, & venē-  
runt vsque ad ipsum: & detinē-  
bant illum, ne discederet ab eis.  
Quibus ille ait. Quia & aliis ciui-  
tātibus oportet me euangelizare  
regnū Dei: quia ideo missus sum.  
Et erat predicans in synagogis Ga-  
lilææ. **Et dicitur Credo.**

**psal. 87.** **Offertor.** Domine Deus salutis  
meæ, in die clamaui, & nocte coram  
te: intret oratio mea in conspectu tuo.  
Domine, alleluia.

**Secreta.**

**V**T accepta tibi sint, Dōmine,  
nostra ieiunia: presta nobis,  
quæsumus, huius mūnere sacra-  
menti, purificatum tibi pectus of-  
ferre. Per Dōminum.

**Altera Secreta, vel Oblatis quæ-**  
**sumus, vel Protege, pag. xlvij.**

**Cōmun.** Spiritus vbi vult spirat: **Ioan. 3.**  
& vocem eius audis, alleluia, alleluia:  
sed nescis, vnde veniat, aut quo vadat,  
alleluia, alleluia, alleluia.

**Postcommunio.**

**P**Ræbeant nobis, Dōmine, di-  
uinum tua sancta feruorem,  
quo eorum pariter & actu delectē-  
mur, & gustu. Per Dōminum no-  
strum Iesum Christum filium  
tuum, Qui tecum.

**Altera Postcommunio, vel Hæc:**  
nos quæsumus: **vel Quæsumus Do-**  
**mine. pagina xlvij.**

## IN F E S T O S A N C T Æ T R I N I T A T I S.

**Introitus. 8.**



Benedicta sit sancta  
Trinitas, atque in-  
diuisa vnitas: confi-  
tebimur ei, quia fe-  
cit nobiscum mise-  
ricordiam suam.

**Ex Tob.**  
**Cap. 12.**

**Psalm.** Domine Dominus noster: **psal. 8.**  
quam admirabile est nomen tuum in  
vniuersa terra! **ψ. Gloria.**

**Oratio.**



Oratio.

**O**Mnipotēs sempitērne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessiōne verę fidei æternę Trinitatis glóriam agnōscere, & in potētia maiestātis adorāre vnitātem: quæsumus, vt eiúsdem fidei firmitate ab omnibus semper muniāmur aduersis. Per Dñm.

Deinde fit commemor. de Dominica prima post Pētecost. Oratio. Deus in te sperantium. vt inferius habetur in eius Missa.

Lectio epistolę beati Pauli apóstoli ad Romānos.

**F**Ratres: O altitudo diuitiarum, sapientię & sciētię Dei: quā incōprehēsbilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius! Quis enim cognōuit sensū Dñi? Aut quis cōsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuētur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sūt omnia. Ipsi honor, & glória, in sæcula sæculōrum, Amen.

**Grad.** Benedictus es Dñe, qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim. *ψ.* Benedictus es Dñe in firmamento cęli, & laudabilis in sæcula.

**A**lleluia, alleluia. *ψ.* Benedictus es Dñe Deus patrum nostrorum, & laudabilis in sæcula, alleluia.

Sequētia sancti euangelij secundum Matthæum.

**I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Data est mihi om-

nis potestas in cęlo, & in terra. Eūtes ergo docete oēs gētes, baptizātes eos, in nōmine patris, & filij, & spīritus sancti: docētes eos seruare omnia, quęcūq; mādauī vobis. Et ecce, ego vobiscū sū vsq; ad cōsumationē sæculi. **Et dicitur Credo.**

**Offert.** Benedictus sit Deus pater, vnigenitusq; Dei filius, sanctus quoque spīritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. **Secreta.**

**S**anctifica, quæsumus, Dñe De⁹ noster, per tuī facti nōminis inuocatiōne, huius oblatiōnis hōstiā: & per eā nosmetipsos tibi pērfice munus æternū. Per Dñm.

**Præfatio.** Qui cum vnigenito.

**Cōmun.** Benedicimus Deū cęli, *Job. 12.* & corā omnibus viuētibus confitebimur ei: quia fecit nobiscū misericordiam suam. **Postcommunio.**

**P**roficiat nobis ad salūtē corporis & animę, Dñe, Deus noster, huius sacramēti suscepio: & sempiternę sanctę Trinitatis, eiúsdemque indiuiduę vnitatis confessio. Per Dōminum.

DOMINICA I.

post Pentecosten. Introitus. 5.

Omīne in tua misericordia speraui: exultaui cor meū in salutari tuo: cātabo Domino, qui bona tribuit mihi. *Psal. 124.*





lib. vii.

**Pfalm.** Vſquequò Domine obliuifceris me in finem? vſquequò auertis faciem tuam à me? *ſ.* Gloria.

## Oratio.

**D**Eus in te ſperantium fortitudo, adèſto propitius inuocationibus noſtris: & quia ſine te nihil poteſt mortàlis infirmitas, præſta auxiliũ grátia tuæ: vt in exequèdis mãdatis tuis, & volutãte tibi & actiõne placeãm. Per Dñm.

## Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum.

## Oratio.

**A**Cũctis nos, queſumus Dñe, mentis & cõporis defende periculis: & intercedente gloriõſa virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apõſtolis tuis Petro & Paulo, atq; beato **N.** & õmnibus ſanctis: ſalutẽ nobis tribue benignõ & pacẽ: vt, deſtrũctis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, ecclẽſia tua ſecũra tibi ſeruiat libertãte.

*¶* Et dicitur in Miſſa tam de tẽpore, quã de Sãcto, vſq; ad Aduẽtum, niſi ſit duplex, vel infra Octauam. Tertia verò Oratio dicatur ad libitum Sacerdotis.

## Lectio epĩſtole B. Ioãnis Apõſtoli.

1. cap. 4.

**C**arĩſſimi: Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis: quõniã filium ſuũ vnigenitũ miſit Deus in mũdum, vt viuãmus per eũ. In hoc eſt charitas: nõ quaſi nos dilexerimus Deum: ſed quõniã ipſe prior dilexit nos, &

miſit filiũ ſuũ propitiatõrem pro peccãtis noſtris. Carĩſſimi: ſi Deus dilexit nos, & nos debẽmus alterutrum diligere. Deũ nemo vidit vnquã. Si diligimus inuicẽ, Deus in nobis manet: & charitas eius in nobis perfectã eſt. In hoc cognõſcimus, quõniã in eo manẽmus, & ipſe in nobis: quõniã de ſpĩritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, & teſtificãmur: quõniã pater miſit filiũ ſuũ ſaluatõrẽ mũdi. Quiſquis cõfeſſus fuerit, quõniã Ieſus eſt filius Dei: Deõ in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos cognõuimõ, & credidimus charitati, quã habet Deus in nobis. Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfectã eſt charitas Dei nobiſcũ, vt fidũciam habeãmus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mũdo. Timor nõ eſt in charitate: ſed perfectã charitas foras mittit timõrẽ: quõniã timor pœnam habet. Qui autem timet, non eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligãmõ Deũ: quõniã Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quõniã diligo Deum, & fratrem ſuum õderit: mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum, quem videt: Deum, quem non videt, quõmodo poteſt diligere? Et hoc mãdatum habẽmus à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.



*Psal. 40.* **Graduale.** E go dixi, Dñe, miserere mei: sana animã meã, quia peccaui tibi. *Psal. 5.* **Offert.** *ibidem.* **Intende** voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus: quoniam ad te orabo Dñe. **Secreta.**

*Psal. 5.* **Intende** voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus: quoniam ad te orabo Dñe. **Secreta.**

**Sequência sancti euangelij secundum Lucam.**

*Cap. 6.* **I**n illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condẽnare, & non cõdemnabimini. Dimittite, & dimittẽmini. Date, & dabitur vobis. Mensurã bonam, & confertam, & coagitãtam, & supereffluẽtem dabunt in sinũ vestrum. Eadẽ quippe mensurã, qua mensi fueritis, remetiẽtur vobis. Dicẽbat autem illis & similitudinẽ. Nũquid potest cæcus cæcũ dũcere? Nonne ambo in foueã cadunt? Non est discipulus super magistrum. Perfẽctus autẽ omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autẽ vides festucã in óculo fratris tui: trabẽ autẽ, quæ in óculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, sine eiiciam festucã de óculo tuo: ipse trabem in óculo tuo non vides? Hypócrita, eiciẽ primũ trabem de óculo tuo: & tunc per-

spicies vt educas festucã de óculo fratris tui. **Et dicitur Credo.**

**Intende** voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus: quoniam ad te orabo Dñe. **Secreta.**

**H**ostias nostras, quæsumus, Dñe, tibi dicãtas placãtus assume, & ad perpẽtuũ nobis tribue prouenire subsidium. Per Dñm.

**Ad poscenda suffragia sanctorum.**  
**Secreta.**

**E**xaudi nos Deus salutãris noster: vt, per huius sacramẽti virtutẽ, à cunctis nos mẽtis & corpõris hostibus tueãris: grãtiã tribuens in præsenti, & glõriam in futuro.

**Cõmun.** Narrabo omnia mirabilia tua: lætabor, & exultabo in te: pfallam nomini tuo altissime. **Postcõmun.**

**T**antis, Dñe, replẽti munõribus, præsta, quæsumus: vt & salutãria dona capiãmus, & à tua laude nũquã cessẽmns. Per Dñm.

**Ad poscenda suffragia sanctorum.**  
**Postcommunio.**

**M**undet & muniat nos, quæsumus, Dñe, diuini sacramẽti munus oblãtũ: & intercedẽte beãta virgine Dei genitricẽ Maria, cum beãtis apóstolis tuis Petro & Paulo, atque beãto N. & omnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiãtos, & aduersitatibus expeditos.







# IN SOLLEMNITATE

## SACRATISSIMI CORPORIS CHRISTI.

### Introitus. 2.



Ibavit eos ex adipe frumenti, alleluia: et de petra melle futuravit eos, allel. allel. allel.


**Pfalm.** Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob. **Gloria. Oratio.**

**D**Eus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuę memorię reliquisti: tribue, quęsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacramystēria venerari: ut redemptionis tuę fructum in nobis iūgiter sentiāmus. Qui vivis.

**Lectio epistolę B. Pauli apóstoli ad Corinthios.**

**F**Ratres: Ego enim accēpi à Dōmino, quod & tradidi vobis,

quoniam Dōminus Iesus in qua nocte tradebatur, accēpit panem: & grātias agens fregit, & dixit. Accipite, & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemoratiōnem. Similiter & calicem postquam coenavit, dicens. Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescūq; bibētis, in meam cōmemoratiōnē. Quotiescūque enim manducābitis panem hunc, & calicem bibētis: mortem Dōmini annūtiābitis: donec veniat. Itaque quicūque manducaverit panem, & biberit calicem Dōmini indignē: reus erit





córpore & sánguine Dñi. Probet autem seípsum homo: & sic de pane illo edat, & de cálice bibat. Qui enim mādūcat & bibit indignè: iudicium sibi mādūcat & bibit, non diiudicans còrpus Dòmini.

*Ps. 144.* **Graduale.** Oculi omniũ in te sperant Domine: & tu das illis escam in tẽpore opportuno. *Ps.* Aperis tu manũ tuam: & imple omne animal benedictione, Alleluia, alleluia. *Ps.* Caro mea verè est cibus: & ságuis meus verè est potus: qui manducat meã carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.

### Sequentia.

*Thomas Aquinas.* **L**auda Siõ saluatorem, lauda ducem & pastore, in hymnis, & canticis. **Q**uantũ potes, tantũ aude: quia maior omni laude: nec laudare sufficis. **L**audis thema specialis, panis viuus & vitalis, hodie proponitur. **Q**uẽ in sacre mēsa cœnẽ, turbẽ fratrum duodenã, datũ non ambigitur. **S**it laus plena, sit sonora, sit iucunda, sit decora mentis iubilatio. **D**ies enim sollẽnis agitur, in qua mensa primo recollitur huius institutio. **I**n hac mēsa noui regis, nouũ Pascha nouæ legis, phasẽ vetus terminat. **V**etustatem nouitas, umbrã fugat veritas; noctem lux eliminat. **Q**uod in cœna Christus gessit, faciendum hoc expressit in sui memoriam. **D**octi sacris institutis, panẽ vinũ in salutis cõsecramus hostiã. **D**ogma datur Christianis, quod in

carnẽ transit panis, & vinũ in sanguinẽ. **Q**uod nõ capis, quod nõ vides, animosa firmat fides, præter rerũ ordinẽ. **S**ub diuersis speciebus, signis tantum, & nõ rebus, latent res eximie.

**C**aro cibus, sanguis potus: manet Christus tamẽ totus sub vtraque specie. **A**sumente non cõcibus, nõ cõfractus, non diuisus: integer accipitur.

**S**umit vnus, sumũt mille: quantũ isti, tantũ ille: nec sumptus cõsumitur. **S**umũt boni, sumũt mali: forte tamẽ inæquali vitæ vel interitus.

**M**ors est malis, vita bonis: vide paris sumptionis quàm sit dispar exitus. **F**racto demũ sacramento, ne vacilles: sed memento, tantũ esse sub fragmẽto, quantũ toto tegitur. **N**ulla rei fit scissura: signi tantum fit fractura: qua nec status, nec statura signati minuitur. **E**cce panis angelorum, factus cibus viatorum: vere panis filiorum non mittendus canibus. **I**n figuris præsignatur, cum Isaac immolatur, agnus paschæ deputatur: datur manna patribus.

**B**one pastor, panis vere, Iesu nostri miserere: tu nos pasce, nos tuere: tu nos bona fac videre in terra viuentiũ.

**T**u, qui cuncta scis & vales: qui nos pascis hic mortales: tuos ibi commensales, cohæredes & sodales fac sanctorum ciuium. Amen. **A**lleluia.

### Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

**I**n illo tẽpore: Dixit Iesus tur- *Cap. 6.*  
bis Iudæorum. Caro mea, verè  
est



eft cibus: & fanguis meus verè eft potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum fanguinem: in me manet, & ego in illo. Sicut mifit me viuès pater, & ego viuo propter patrè: & qui maducat me, & ipfe viuet propter me. Hic eft panis, qui de caelo defcendit. Non ficut manducauerunt patres veftri manna: & mortui funt. Qui manducat hunc panem, viuet in ætèrnum.

Et dicitur Credo.

Luc. 21.

**Offertor.** Sacerdotes Domini incenfum, & panes offerunt Deo: & ideo sancti erunt Deo fuo, & non poluent nomen eius, alleluia.

Secreta.

**E**cclèfiæ tuæ, quæsumus Dòmine, vnitâtis & pacis propitiis dona concède: quæ sub oblatis munèribus mysticè designâtur. Per Dòminum nostrum.

**Præfatio.** Quia per incarnati.

Et dicitur per totam octauam.

Luc. 10.

**Communio.** Quotiescunque manducabitis panem huc, & calicem bibetis, mortem Dòmini annunciabitis, donec veniat: itaque quicumque manducauerit panem, & biberit calicem Dòmini indignè, reus erit corporis, & sanguinis Dòmini, alleluia.

Postcommunio.

**F**ac nos, quæsumus, Dòmine, diuinitâtis tuæ sempitèrna fructiõne repleri: quã pretiosi corporis & sanguinis tui tẽporâlis per

cèptio præfigurat. Qui viuis & regnas in vnitâte.

**I**nfra Octauam Corporis Chrifti fit idem Officium quod in die: & non fit de aliquo Sancto, nisi fuerit duplex: in die Octauæ nõ fit nisi de festo sancti Ioãnis Baptiste, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli, si occurrat: & tunc fit de festo, cum commemoratione Octauæ. Secunda Oratio infra Octauam, de sancta Maria, Concede. Tertia, Ecclesiæ, vel pro Papa.

D O M I N I C A II.

post Pentecosten, quæ est infra Octauam Corporis Chrifti.

Introitus. I.



Actus est Dominus <sup>psal. 17.</sup> protector meus: & eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniã voluit me. <sup>ibidem</sup> Psalm. Dili-

gam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. **V.** Gloria patri.

Oratio.

**S**Ancti nòminis tui, Dòmine, timòrem pariter & amòrem, fac nos habère perpètuum: quia nunquam tua gubernatiõne destituis, quos in soliditâte tuæ dilectiõnis instituis. Per Dòminum nostrum Iesum.

Dein-



Deinde fit commemoratio de  
O<sup>ct</sup>aua Corporis Christi tantum.  
Deus qui nobis, vt supra, pag. lix.

Lectio epistolæ beati  
Ioannis Apóstoli.

**C**arissimi: Nolite mirari, si  
odit vos mundus. Nos sci-  
mus, quoniam translati sumus de  
morte ad vitam: quoniam diligi-  
mus fratres. Qui non diligit: ma-  
net in morte. Omnis qui odit fra-  
trem suum: homicida est. Et scitis,  
quoniam omnis homicida non ha-  
bet vitam æternam in se manen-  
tem. In hoc cognouimus charita-  
tem Dei, quoniam ille pro nobis  
animam suam posuit: & nos de-  
bemus pro fratribus animas po-  
nere. Qui habuerit substantiam  
huius mundi, & viderit fratrem suum  
necessitatem habere, & clauerit  
viscera sua ab eo: quomodo chari-  
tas Dei manet in eo? Filioli mei, non  
diligamus verbo, neque lingua: sed  
opere & veritate.

**Graduale.** Ad Dominum cum tri-  
bularer, clamaui, & exaudiuit me. *v.*  
Dñe, libera animam meam à labiis ini-  
quis, & à lingua dolosa. **Alleluia,** al-  
leluia. *v.* Dñe Deus in te speraui, sal-  
uum me fac ex omnibus persequentibus  
me, & libera me, alleluia.

Sequentia sancti euangélj  
secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus di-  
scipulis suis parabolam hanc.

Homo quidam fecit cenam ma-  
gnam: & vocauit multos. Et misit  
seruum suum hora cenæ dicere  
inuitatis vt venirent: quia iam pa-  
rata sunt omnia. Et coeperunt om-  
nes simul excusare. Primus dixit  
ei. Villam emi: & necesse habeo  
exire, & videre illam. Rogo te, ha-  
be me excusatum. Et alter dixit. Iu-  
ga bouum emi quinque: & eo pro-  
bare illa. Rogo te, habe me excu-  
satum. Et alius dixit. Vxorē duxi: &  
ideo non possum venire. Et reuersus  
seruus nuntiavit hæc Dño suo. Tunc  
iratus paterfamilias, dixit seruo suo.  
Exi cito in plateas & vicos ciuitatis:  
& pauperes, ac debiles, & cecos  
& claudos introduc huc. Et ait ser-  
uus. Domine, factum est vt impe-  
rasti: & adhuc locus est. Et ait do-  
minus seruo. Exi in vias & sepes: &  
compelle intrare vt impleatur do-  
mus mea. Dico autem vobis, quod ne-  
mo virorum illorum qui vocati  
sunt, gustabit cenam meam.

Et dicitur Credo.

**Offert.** Domine conuertere, & eri-  
pe animam meam: saluum me fac  
propter misericordiam tuam.

Secreta.

**O**blatio nos, quæsumus, Dò-  
mine, tuo nomini dicanda  
purificet: & de die in diem ad cæ-  
lestis vitæ transferat actionem. Per  
Dominum nostrum.

**Commun.** Cantabo Domino, qui

bona



bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi.

Postcommunio.

**S**umptis munérib<sup>9</sup> sacris, quæsumus, Dñe, vt cum frequentatiõne mystérij, crescat nostræ salutis effectus. Per Dóminum.

DOMINICA III.

post Pentecosten.

Introitus. 6.



Espice in me, & misere-  
rere mei Dñe: quoniã  
unicus, & pauper sum  
ego: vide humilitatẽ  
meam & laborẽ meũ:  
& dimitte omnia pec-

cata mea Deus meus.

**Psalm.** Ad te Domine leuavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. *v.* Gloria.

Oratio.

**P**rotector in te speratiũ Deus, sine quo nihil est vãlidum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiã tuam: vt te rectõre, te duce, sic transeãmus per bona tẽporãlia, vt non amittãmus æternã. Per Dóminum.

**Secunda Oratio.** A cunctis. *vt in prima Dominica post Pentecost. pagina lvj.*

Lectio epistolæ beati

Petri Apóstoli.

**C**arissimi: Humiliãmini sub potẽnti manu Dei, vt vos ex-

altet in tẽpore visitatiõnis. Om-  
nem sollicitudinem vestram proi-  
ciẽtes in eum: quoniã ipsi est cu-  
ra de vobis. Sõbrij estõte, & vigi-  
lãte: quia aduersãrius vester diã-  
bolus, tanquam leo rúgiens, cir-  
cuit quãrens quem deũoret. Cui  
resistite fortes in fide: sciẽtes eã-  
dem passiõnem ei, quæ in mun-  
do est, vestræ fraternitatĩ fieri.  
Deus autem omnis grãtiæ, qui vo-  
cãuit nos in æternã suam glóriam  
in Christo Iesu, módicum passus  
ipse perficiet, confirmãbit, solidã-  
bitque. Ipsi glória & impérium in  
sæcula sæculorum, Amen.

**Graduale.** Iacta cogitatum tuum  
in Domino: & ipse te enutriet. *v.* Dum  
clamarem ad Dominum, exaudiuit  
vocem meam ab his, qui appropin-  
quant mihi.

**Alleluia, alleluia.** *v.* Deus iustus, *psal. 7. 1*  
fortis, & patiens, nunquid irascetur  
per singulos die? alleluia.

Sequẽntia sancti euangélij  
secũndum Lucam.

**I**n illo tẽpore: Erãt appropin-  
quãtes ad Iesum publicãni &  
peccatõres, vt audirent illum. Et  
murmurãbant Pharisæi & Scri-  
bæ, dicẽtes. Quia hic peccatõres  
rẽcipit, & manducat cum illis.  
Et ait ad illos parabolã istã, di-  
cens. Quis ex vobis homo, qui  
habet centũ oues: & si perdiderit

vnam



vnam ex illis, nōne dimittit nonagintanōuem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat illam? Et cum inuenierit eā, impōnit in hūmeros suos gaudens: & veniens domum, cōnuocat amicos & vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat. Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cælo super vno peccatōre pœnitentiā agente, quàm supra nonagintanōue iustis, qui nō indigēt pœnitentiā. Aut quæ mūlier habēs drachmas decem: si perdiderit drachmā vnā, nōne accendit lucernā, & euērit domū, & quærit diligēter, donec inueniat eam? Et cum inuenierit, cōnuocat amicas, & vicinas, dicēs. Congratulamini mihi: quia inueni drachmā, quam perdideram. Ita, dico vobis: gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatōre pœnitentiā agente.

Et dicitur Credo.

*Psal. 9.*

**Offertor.** Sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum Dñe: quoniam non derelinquis quærentes te: psallite Domino, qui habitat in Sion: quoniam non est oblitus orationem pauperum.

**Secreta.**

**R**espice, quæsumus, Domine, mūnera supplicantis ecclesiæ: & salutē credentium perpétua sanctificatiōne sumēda concēde. Per Dōminum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris. *pagina lvij.*

**Commun.** Dico vobis, gaudium *Luc. 15.* est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiā agente.

**Postcommunio.**

**S**ancta tua, Dñe, nos sumpta viuificent: & misericordiæ sempiternæ præparent expiātos. Per Dōminum.

**Altera Postcommunio.** Mandet, & muniat. *pagina lvij.*

## DOMINICA IIII.

post Pentecosten.

**Introitus.**



Ominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus defensor vitæ meæ, à quo trepidabo? qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. *Psal. 26.*

**Psalm.** Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. *Ibidem.*  
Gloria patri.

**Oratio.**

**D**A nobis, quæsumus, Domine, vt & mūdi cursus pacificè nobis tuo ordine dirigatur: & ecclesiā tua tranquillā deuotiōne lætetur. Per Dōminū nostrum Iesum Christum.

**Secunda Oratio.** A cunctis nos, vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvj.

**Lectio**



Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Romanos.

Cap. 8. **F**Ratres: Existimo, quod non sunt cōdignę passiones huius tēporis, ad futūram glōriā, quæ reuelābitur in nobis. Nam expectatio creatūræ, reuelatiōnem filiōrū Dei expectat. Vanitati enim creatūra subiecta est, non volens, sed propter eum, qui subiēcit eam in spe: quia & ipsa creatūra liberābitur à seruitute corruptiōnis, in libertatē glōriæ filiōrum Dei. Scimus enim, quod omnis creatūra ingemiscit, & pārturit vsq; adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primítias spíritus habētes, & ipsi intra nos gemim⁹, adoptiōnē filiōrum Dei expectantes, redēptiōnem cōrporis nostri. In Christo Iesu Dōmīno nostro.

Psal. 78. **Graduale.** Propitius esto, Domine, peccatis nostris: ne quando dicant gentes, vbi est Deus eorum? **V.** Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui, Domine, libera nos.

Psal. 9. **Alleluia, alleluia.** **V.** Deus, qui sedes super thronum, & iudicas æquitatem, esto refugium pauperum in tribulatione, alleluia.

Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Lucam.

Cap. 5. **I**N illo tēpore: Cū turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei: & ipse stabat secus

stagnū Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descēderant, & lauābant retia. Ascēdens autē in vnā nauim, quæ erat Simōnis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens, docēbat de nauicula turbas. Vt autem cessauit loqui, dixit ad Simōnem. Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respōdens Simon, dixit illi. Præceptor, per totam noctem laborātes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxābo rete. Et cū hoc fecissent, conclusērūt piscium multitudinem copiōsam. Rumpēbātur autem rete eōrum. Et annuērunt sociis, qui erant in alia nauī: vt venīrent, & adiuuārent eos. Et venērunt, & impleuērunt ambas nauiculas: ita vt penē mergerentur. Quod cū vidēret Simon Petrus, prōcidit ad gēnua Iesu, dicens. Exi à me, quia homo peccātor sum, Domine. Stupor enim circūdēderat eū, & omnes, qui cum illo erant, in captura piscium, quam cēperant. Similiter autem & Iacōbum & Ioānnem filios Zebedæi, qui erant socij Simōnis. Et ait ad Simōnem Iesus. Noli timēre: ex hoc iam eris homines capiēns. Et subdūctis ad terram nauibus, relīctis omnibus secuti sunt eum. **Et dicitur C**redo.

**Offertor.** Illumina oculos meos, Psal. 12.

E e ne vn-



ne vnquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, praualui aduersus eum.

**Secreta.**

**O**blationibus nostris, quæsumus, Dómine, placâre susceptis: & ad te nostras etiã rebelles compelle propitius voluntates. Per Dóminum.

**Altera Secr. E**xaudi nos, pag. lvij.

**Commun. D**ominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, adiutor meus.

**Postcommunio.**

**M**ysteria nos, Dómine, quæsumus, sumpta purificent: & suo múnere tueatur. Per Dñm.

**Altera Postcóm. M**undet. pag. lvij.

## DOMINICA V. post Pentecosten.

**Introitus. 4.**

*Psal. 17.*



**E**xaudi, Domine, vocem meam, qua clamaui ad te: adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me.

Deus salutaris meus.

*ibidem.*

**Psalm.** Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo: **ŷ.** Glor.

**Oratio.**

**D**eus, qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti: infunde cõrdibus nostris tui amõris affectum: vt te in omnibus & super omnia diligentes: promissio-

nes tuas, quæ omne desidériũ superant, consequamur. Per Dñm.

**Secunda Oratio. A** cunctis. vt in prima Dominica post Pẽtecosten, pagina lvj.

**Lectio epistolæ B. Petri apóstoli.**

**C**arissimi: Omnes vnánimes <sup>1. cap. 3.</sup> in oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. Nõ redentes malum pro malo: nec maledictum pro maledicto, sed e contrario, benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos: coërceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacẽ, & sequatur eam. Quia oculus Dómini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem Dómini super facientes mala. Et quis est, qui vobis nõceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam: beati. Timorem autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. Dóminum autem Iesum Christum sanctificate in cõrdibus vestris:

**Graduale. P**rorector noster aspice Deus: & respice super seruos tuos. **ŷ.** Domine Deus virtutũ exaudi preces seruorum tuorum.

**A**lleluia, alleluia. **ŷ.** Domine in virtute

*Psal. 20.*



tute tua lætabitur rex: & super salute tuam exultabit vehemēter, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.**

**I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Amen dico vobis: nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Phariseorum; non intrabitis in regnum celorum. Audistis, quia dictum est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc venies offeres munus tuum. **Et dicitur Credo.**

**Offertor.** Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: prouidebam Deum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commouear. **Secreta.**

**P**ropitiare, Domine, supplicationibus nostris: & has oblationes famulorum, famularumque tuarum benignus assume: ut, quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutem. Per Dominum.

**Altera Secr. E**raudi nos, pag. lvij.

**Communio. V**nam petij a Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vite mee.

**Postcommunio.**

**Q**Vos, Domine, celesti dono satiasti: presta quesumus: ut a nostris mundemur occultis: & ab hostium liberemur insidiis. Per Dominum nostrum.

**Altera Postcomm. M**undet. lvij.

**D O M I N I C A VI.**  
**post Pentecosten.**

**Introitus. 2.**



Omnis fortitudo plebis sue, & protector salutarium Christi sui est: saluum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tue, & rege eos usque in seculum. **Psalm.** Ad te Domine clamabo: Deus meus ne sileas a me: ne quando taceas a me, & assimilabor descendentibus in lacum. **V. Gloria.**

**Oratio.**

**D**Eus virtutum, cuius est totum quod est optimum, inferre pectoribus nostris amorem tui nominis: & presta in nobis religionis augmentum: ut quae sunt bona, nutrias: ac pietatis studio, quae sunt nutrita, custodias. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Oratio.**

**D**Eus virtutum, cuius est totum quod est optimum, inferre pectoribus nostris amorem tui nominis: & presta in nobis religionis augmentum: ut quae sunt bona, nutrias: ac pietatis studio, quae sunt nutrita, custodias. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.



Secunda Oratio. A cunctis nos.  
vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvj.

Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Romanos.

**Cap. 6.** **F**ratres: Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Cōsepulti enim sumus cum illo per baptisum in morte: vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulēmus. Si enim cōplantati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectiōnis erimus. Hoc sciētes, quia vetus homo noster simul crucifixus est: vt destruatur corpus peccati, vt ultra nō seruiāmus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo: credimus, quia simul etiā viuēmus cum illo. Sciētes, quia Christus resurgēs ex mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit Deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato: uiuentes autem Deo in Christo Iesu Domino nostro.

**Psal. 89.** **Graduale.** **C**onuertere Dñe aliquantulum: & deprecare super seruos tuos. **¶** Domine refugium factus es nobis, à generatione in generationem.

**A**lleluia, alleluia. **¶** In te Domine **Psal. 30.**  
speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me: inclina ad me aurem tuam: accelera, vt eripias me, alleluia.

Sequētia sancti euangelij  
secundum Marcum.

**Cap. 8.** **I**n illo tēpore: Cū turba multa esset cum Iesu, nec habērent quod manducarent: conuocatis discipulis suis, ait illis. Misereor super turbam: quia ecce iā triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. Quidam enim ex eis de longē uenerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Vnde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habētis? Qui dixerunt, Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis, vt apponerent: & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt, & saturati sunt. Et sustulerunt, quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant autem, qui manducauerant, quasi quatuor millia: & dimisit eos.

Et dicitur **C**redo.

**Offert.** **P**erfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea: **Psal. 106.**



mea: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te, Domine

**Secreta.**

**P**ropitiare, Domine, supplicationibus nostris: & has populi tui oblationes benignus assume: & ut nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, presta quæsumus: ut, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum.

**Altera Secreta.** Exaudi, pag. Iviij.

**Psal. 26.** **Commun.** Circuibo, & immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis: cantabo, & psalmum dicam Domino.

**Postcommunio.**

**R**eplēti sumus, Dñe, munēribus tuis: tribue quæsumus: ut eorum mundemur effectu & muniāmur auxilio. Per Dominum nostrum.

**Altera Postcōm.** Mūdet, pag. Iviij.

**D O M I N I C A VII.**

post Pentecosten.

**Introitus. 6.**

**Psal. 46.**



Mnes gentes plaudite manibus: iubilate

Deo in voce exultationis. **Psalm.** Quo-

niam Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. **V.** Gloria. **Oratio.**

**D**eus, cuius prouidentia in sui dispositiōne non fallitur: te

supplices exoramus: ut nōxia cuncta submoueas: & omnia nobis profutūra concēdas. Per Dominum nostrum.

**Secunda Oratio.** Accurctis, ut in prima Dominica post Pentecosten, pag. Iviij.

**Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Romanos.**

**F**Ratres: Humānum dico, propter infirmitatē carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis mēbra vestra seruīre immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita & nunc exhibēte membra vestra seruīre iustitiæ, in sanctificatiōnem. Cū enim serui essētis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tūc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illōrum, mors est. Nunc verò liberati à peccato, serui autē facti Deo, habētis fructum vestrum in sanctificatiōnem, finem verò vitam ætērnā. Stipēdia enim peccati, mors. Grātia autem Dei, vita ætērna, in Christo Iesu Dōmīno nostro.

**Cap. 6.**

**Graduale.** Venite filij, audite me: **Psal. 33.** timorem Domini docebo vos. **V.** Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur.

**Alleluia, alleluia.** **V.** Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis, alleluia. **Psal. 46.**

**Ibidem.**



Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic, omnis arbor bona, bonos fructus facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona, malos fructus facere: neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum celorum.

Et dicitur Credo.

**O**fferitor. Sicut in holocaustis arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi: quia non est confusio confidentibus in te Domine.

Secreta.

**D**eus, qui legalium differentiam hostiarum vnus sacrificij perfectiõne sanxisti: accipe sacrificium à deuõtis tuis famulis: & pari benediõne, sicut mûnera.

Abel, sanctifica: ut quod singuli obtulerunt ad maiestatis tuæ honorem, cunctis proficiat ad salutem. Per Dominum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris, pag. lvij.

**Communio.** Inclina aurem tuam, Psal. 30. accelera, ut eruas me.

Postcommunio.

**T**ua nos, Domine, medicinalis operatio, & à nostris peruersitatibus clementer expediat, & ad ea, quæ sunt recta, perducat. Per Dominum nostrum.

**Altera Postcommunio.** Mundet & muniat, pag. lvij.

DOMINICA VIII.  
post Pentecosten.

Introitus. I.



Vscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum Deus: ita & laus tua in fines terræ: iustitia

plena est dextera tua.

**Psalm.** Magnus Dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. V. Gloria patri.

Oratio.

**L**argire nobis, quæsumus, Domine, semper spiritum cogitandi quæ recta sunt propitius & agendi: ut, qui sine te esse non possumus,



sumus, secundum te vivere valeamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Secunda Oratio.** A cunctis. vt in prima Dominica post Pētecosten, pag. lvi.

**Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Romanos.**

**Cap. 8.** **F**Ratres: Debitores sumus: non carni, vt secundum carnē viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur: hi filij Dei sunt. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterū in timōre: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij: & heredes. Hæredes quidem Dei: cohæredes autem Christi.

**Psal. 30.** **Graduale.** Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij, vt saluum me facias. **V.** Deus in te speraui: Domine non confundar in æternum.

**Psal. 47.** **A**lleluia, alleluia. **V.** Magnus Dominus, & laudabilis valdè, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, alleluia.

**Sequentia sancti euangélj secundum Lucam.**

**Cap. 16.** **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc.

Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illum, & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo: mendicare erubescō. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam: & sede citò, & scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu verò quantum debes? qui ait. Centum coros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

**Et dicitur Credo.**

**Offertor.** **P**opulum humilem saluum facies Domine: & oculos superbiorum humiliabis: quoniam quis Deus præter te Domine? **Psal. 7.**



## Secreta.

**S**uscipe, quæsumus, Dómine, múnera, quæ tibi de tua largitâte deférimus, vt hæc sacrosáncta mystéria, grátiaæ tuæ operâte virtúte, & præsentis vitæ nos conuersatióne sanctíficent, & ad gáudia sempitérna perdúcant. Per Dñm.

**Altera Secreta.** E xaudi nos Deus salutaris, pag. lvij.

**Cómun.** **G**ustate, & videte, quoniam suauis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo. **Postcommun.**

**S**it nobis, Dómine, reparatio méntis & córporis cæléste mystérium: vt cuius exequimur cultum, sentiámus effectú. Per Dñm.

**Altera Postcóm.** **M**undet & muniat, pag. lvij.

D O M I N I C A I X.  
post Pentecosten.

## Introitus. 5.



**E**cce De<sup>9</sup> adiuuat me: & Dñs susceptor est animæ meæ: auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos protector meus Domine.

**Psalm.** Deus in nomine tuo saluú me fac: & in virtute tua libera me.  
V. Gloria patri.

## Oratio.

**P**ateant aures misericórdiaæ tuæ, Dómine, précibus sup-

plicántium: & vt peténtibus desideráta concédas, fac eos, quæ tibi sunt plácita, postuláre. Per Dóminum nostrum.

**Secunda Oratio.** A cunctis. vt in prima Dominica post Pentecost. pagina lvj.

Léctio epístolæ beáti Pauli  
apóstoli ad Corínthios.

**F**Ratres: Non simus concupiscétes malórum, sicut & illi concupiérunt. Neque idolólátræ efficiámini, sicut quidam ex ipsis: quemádmódum scriptum est. Sedit pópulus manducáre, & bíbere, & surrexérunt ludere. Neque fornicémur: sicut quidá ex ipsis fornicáti sunt, & cecidérunt vna die vigintitria míllia. Neque tentémus Christum: sicut quidam eórum tentauérunt, & à serpéntibus periérunt. Neque murmurauerítis, sicut quidam eórum murauerunt, & perierunt ab exterminatôre. Hæc autem ómnia in figúra contingébant illis: scripta sunt autem ad correptiônem nostrá, in quos, fines sæculórum deuenérút. Itaque, qui se exístimat stare, vídeat ne cadat. Tentatio vos non apprehéndit, nisi humana. Fidélis auté Deus est, qui nō patiétur vos tentári supra id quod potéstis: sed faciet cum tentatióne étiam prouéntum: vt possitis sustinére.

**Grad.** D ñe Dñs noster, quàm admirá-

mira-



mirabile est nomen tuum in vniuersa terra: *ψ*. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos.

*psal. 58.* **A**lleluia, alleluia. *ψ*. Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me, alleluia.

**Sequentia sancti euangélij  
secundum Lucam.**

*cap. 19.* **I**n illo tempore: Cum appropinquaret Iesus Hierusalém, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens. Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia veniet dies in te: & circundabunt te inimici tui vallo: & circundabunt te, & coangustabunt te vndiq;: & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Et ingressus in templum, coepit eiecere vendentes in illo, & ementes, dicens illis: *psal. 56.* Scriptum est: quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum: Et erat docens quotidie in templo.

**Et dicitur Credo.**

*psal. 18.* **Offert.** Iustitiæ Dñi rectæ, lætificantes corda, & iudicia eius dulciora super mel & fauum: nam & seruus tuus custodit ea.

**Secreta.**

**C**oncède nobis, quæsumus Domine, hæc dignè frequen-

tare mysteria: quia quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur. Per Dominum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris, pag. lvij.

**Communio.** Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, dicit Dñs.

**Postcommunio.**

**T**vi nobis, quæsumus, Domine, cõmunio sacramenti, & purificationem cõferat, & tribuat vnitatem. Per Dominum.

**Altera Postcommunio.** Mundet, & mnniat, pag. lvij.

D O M I N I C A X.  
post Pentecosten.

**Introitus. 3.**



Vin clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi: & humiliavit eos, qui est ante sæcula: & manet in æternum: iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. *psal. 34.*

**Psal.** Exaudi Deus orationem meam: & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. *ibidem.* *ψ*. Gloria patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miserando manifestas: multiplica

E e 53

super



super nos grátiam tuam: vt, ad tua promíssa currétes, cæléstium bonórum fácias esse confórtes. Per Dóminum nostrum.

**Secunda Oratio.** Acunctis. vt in prima Dominica post Pétecosten pag. lvi.

**Lectio epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.**

**F**Ratres: Scitis quóniam cùm gentes essétis, ad simuláchra muta prout ducebámini, eúntes. Ideo notum vobis fácio, quòd nemo in spírítu Dei loquens, dicit anáthema Iesu. Et nemo potest dicere, Dóminus Iesus: nisi in spírítu sancto. Diuisiones verò gratiárum sunt: idem autem spírítus. Et diuisiones ministratiónum sunt: idem autem Dóminus. Et diuisiones operatiónum sunt: idem verò Deus, qui operátur ómnia in ómnibus. Vnicuique autem datur manifestatió spírítus, ad vtilitátem. Alij quidem per spírítum datur sermo sapiéntiæ: álij autem sermo sciéntiæ, secúndum eúndem spírítum. Alteri fides in eódem spírítu: álij grátia sanitátum in vno spírítu: álij operatió virtútum: álij prophetiá: álij discretio spírítuum: álij génera linguárum: álij interpretatió sermónum. Hæc autem ómnia operátur vnus atque idem spírítus, diuidens singulis prout vult.

**Graduale.** Custodi me, Domine, <sup>Psal. 16.</sup> vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. **ψ.** De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitatem.

**Alleluia, allel. ψ.** Te decet hymnus <sup>Psal. 64.</sup> Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Hierusalem, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélj secúndum Lucam.**

**I**n illo témpore: Dixit Iesus ad <sup>cap. x. 8.</sup> quosdam, qui in se confidébant tanquam iusti, & aspernabántur cæteros, parábolam istam. Duo hómínes ascendérunt in templum, vt orárent: vnus Pharisæus, & alter Publicánu. Pharisæus stans, hæc apud se orábat. Deus, tibi grátias ago; quia non sum sicut cæteri hómínum: raptóres, iniústi, adúlteri: velut étiam hic Publicánu. Ieiúno bis in sábbatho: décimas do ómnium, quæ possideo. Et Publicánu a longè stans nolébat nec óculos ad cælum leuáre: sed percutiébat pectus suum, dicens. Deus propítius esto mihi peccatóri. Amen dico vobis: descéndit hic iustificátus in domum suam ab illo. Quia omnis, qui se exáltat, humiliábitur: & qui se humiliat, exáltabitur.

**Et dicitur C**redo.

**Offertor.** Ad te Domine leuavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideant

me ini-



me inimici mei : etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur.

**Secreta.**

**T**ibi, Dómine, sacrificia dicata reddantur : quæ sic ad honorem nóminis tui deferenda tribuisti: vt eadem, remédia fieri nostra præstares. Per Dóminum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris, pag. lvij.

**Cómunio.** A ceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta, super altare tuum, Domine.

**Postcommunio.**

**Q**væsumus, Dñe Deus noster: vt quos diuinis reparare non desinis sacramentis, tuis nõ destituas benignus auxiliis. Per Dñm.

**Altera Postcommunio.** Mundet, & muniat, pag. lvij.

**DOMINICA XI.**  
post Pentecosten. **Introitus.** 5.



Deus in loco sancto suo: Deus, qui inhabitare facit vnanimes in domo : ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ.

**Psalms.** Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius : & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. 5. Gloria.

**Oratio.**

**O**Mnipotès sempitèrne Deus: qui abundantia pietatis tuæ,

& mérita supplicum excèdis, & vota: effunde super nos misericórdiam tuam : vt dimittas quæ conscientia méruit : & adiicias quod oratio non præsumit. Per Dñm.

**Secunda Oratio.** A cunctis. vt in prima Dominica post Pétecosten, pag. lvj.

**Lectio epístolæ beati Pauli apóstoli ad Corínthios.**

**F**ratres : Notum vobis facio <sup>1. cap. 131</sup> euangélium, quod prædicáui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluámini : quæ ratióne prædicáuerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod & accépi : quóniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scriptúras : & quia sepúltus est: & quia resurrexit tertia die, secundum scriptúras : & quia visus est Cephæ : & post hoc, vndecim. Deinde visus est plúsqvam quingentis fratribus simul : ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacóbo: deinde Apóstolis omnibus. Neuíssimè autem omnium, tanquam abortiuo visus est & mihi. Ego enim sum mínimus. Apóstolorum: qui nõ sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum ecclésiám Dei. Grátia autem Dei, sum id quod sum : & grátia eius in me, vacuá non fuit.

Gra-



*psal. 87.* **Graduale.** In Deo sperauit cor meum, & adiutus sum: & re floruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor illi. *psal. 87.* Ad te Dñe clamaui: Deus meus ne fileas: ne discedas à me.

*psal. 80.* **Alleluia, allel. psal. 80. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob: summate psalmum iucundum cum ci thara, alleluia.**

**Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Marcum.**

*cap. 7.* **I**n illo tēpore: Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidōnem ad mare Galilææ, inter mēdios fines Decapōleos. Et addūcunt ei surdum & mutū: & deprecabātur eum, vt impōnat illi manū. Et apprehēdens eū de turba seōrsim, misit dīgitos suos in aurīculas eius: & expuens, tētigit linguam eius. Et suspīciens in cælum, ingemuit: & ait illi. Ephpheta, quod est, adaperīre. Et statim aperte sunt aures eius: & solūtum est vīnculum lingue eius, & loquebātur rectē. Et prācēpit illis, ne cui dīcerēt. Quāto autem eis prācipiēbat, tanto magis plus prādicābant: & eo āmplius admirabāntur, dicētes. Bene ōmnia fecit: & surdos fecit audīre, & mutōs loqui.

**Et dicitur Credo.**

*psal. 29.* **Offert.** Exaltabo te Dñe, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me: Domine clamaui ad te, & sanasti me.

**Secreta.**

**R**espice, Dōmine, quæsumus Rad nostram propitius seruitutem: vt, quod offerimus, sit tibi munus accēptum: & sit nostræ fragilitatis subsidium. Per Dñm.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris, pag. lvij.

**Communio.** Honora Dominum *Proph. 9.* de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum: & implebuntur aræ tuæ saturitate, & vino torcularia redundabunt.

**Postcommunio.**

**S**entiāmus, quæsumus, Dōmine, tui perceptiōne sacramēti, subsidium mentis & cōrporis: vt in vtrōque saluāti, cælēstis remēdij plenitudine gloriēmur. Per Dōminum nostrum.

**Altera Postcōm.** Mūdet. pag. lvij.

**D O M I N I C A XII.  
post Pentecosten.**

**Introitus. 7.**



Eus in adiutoriū meū *psal. 89.* intende: Domine ad adiuuandum me festina: confundantur, & reuereātur inimici mei, qui quærunt animam meam. **Psalm.** Auertantur *Ibidem.* retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala. *psal. 89.* Gloria.

**Oratio.**

**O**Mnīpotens & misericors Deus: de cuius mūnere venit,



nit; vt tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter seruiatur: tribue nobis, quęsumus: vt ad promissiones tuas, sine offensione currāmus. Per Dōminum.

**Secunda Oratio.** **A** cunētis nos. vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. Ivj.

**Lectio epistolę beati Pauli apōstoli ad Corīnthios.**

**F**ratres: Fidūciam talem habēmus per Christū ad Deum: nō quōd sufficiētes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: sed sufficiētia nōstra ex Deo est. Qui & idōneos nos fecit ministros noui testamēti: nō lītera, sed spīritu. Lītera enim occīdit: spīritus autem viuīficat. Quod si ministratiō mortis, līteris deformāta in lapīdibus, fuit in glōria, ita vt non possent intēdere filij Israēl in faciē Mōysi, propter glōriam vultus eius, quę euacuatur: quōmodo non magis ministratiō spīritus erit in glōria? Nam si ministratiō damnatiōnis in glōria est: multo magis abūdat ministerium iustitię in glōria.

**Graduale.** **B**enedicam Dōminum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. **ψ.** In Dño laudabitur anima mea: audiant mansueti, & latentur.

**Alleluia, alleluia.** **ψ.** Domine Deus salutis meę, in die clamaui, & nocte coram te, alleluia.

**Sequētia sancti euangēlij secūndum Lucam.**

**I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Beati oculi, qui vident, quę vos vidētis. Dico enim vobis, quōd multi prophētę & reges voluerunt vidēre, quę vos vidētis, & non viderunt: & audīre, quę audītis, & non audierūt. Et ecce, quidam legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens: Magister, quid faciēdo vitam æternam possidēbo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est? Quōmodo legis? Ille rēspōdens, dixit. Dīliges Dōminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ānima tua, & ex omnibus vīribus tuis, & ex omni mente tua: & prōximū tuum sicut teipsum. Dixitque illi. Rectē rēspōdisti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificāre seipsum, dixit ad Iesum. Et quis est meus prōximus? Suscīpiens autem Iesus, dixit. Homo quidam descendēbat ab Hierusalēm in Iericho, & incidit in latrones, qui etiā despoliauerunt eum: & plagis impositis abiērunt semiuiuo relicto. Accidit autem, vt sacerdos quidam descēderet eādē via: & viso illo prætēriit. Similiter & Leuīta, cum esset secus locum, & vidēret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam, iter faciens,

venit.



venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. Et appropians, alligavit vulnera eius, infundens oleum, & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait. Curam illius habe, & quodcumque supererogaveris, ego cum reddero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus. Vade: & tu fac similiter.

Et dicitur **C**redo.

Exo. 32.

**O**ffertorium. Precatus est Moyses in conspectu Domini. Dei sui, & dixit: quare Domine irasceris in populo tuo? parce irae animae tuae: memento Abraham, Isaac, & Iacob, quibus iurasti dare terram fluentem lac & mel: & placatus factus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo.

**S**ecreta.

**H**ostias, quaesumus, Domine, propitius intende, quas sacris altaribus exhibemus: ut nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorem. Per Dominum nostrum.

**A**ltera **S**ecreta. Exaudi nos Deus. pagina lvij.

24. 103.

**C**ommun. De fructu operum tuo-

rum, Domine, sariabitur terra: ut educas panem de terra, & vinum laetificet cor hominis: ut exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.

**P**ostcommunio.

**V**iuificet nos, quaesumus, Domine, huius participatio sancta mysterij: & pariter nobis expiationem tribuat, & munimen. Per Dominum nostrum.

**A**ltera **P**ostcommunio. Mundet & muniat, pagina lvij.

**D O M I N I C A X I I I .**  
post Pentecosten.

**I**ntritus. 7.



Espece Domine in <sup>Psal. 78.</sup>

testamentum tuum, & animas pauperum tuorum ne derelinquas in finem: exurge Domine & iudica

causam tuam: & ne obliuiscaris voces quaerentium te.

**P**salm. Ut quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oves pascuae tuae? <sup>ibidem.</sup> **G**loria. **O**ratio.

**O**Mnipotes sempiternae Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum: & ut mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod praecipis. Per Dominum nostrum.

**S**ecunda **O**ratio. A cunctis, ut in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvj.

**L**ectio.



Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Galatas.

Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.

**F**ratres: Abrahæ dictæ sunt promissiones: & semini eius. Non dicit, Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret semen, cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnus non est: Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset vituificare: verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

**Graduale.** **R**espice, Domine, in testamentum tuum: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. **V.** Exurge Domine, & iudica causam tuam: memor esto opprobrij seruorum tuorum.

**Alleluia, alleluia.** **V.** Domine refugium factus es nobis à generatione in generationem, alleluia.

**I**n illo tempore: Dum iret Iesus in Hierusalém, transibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt à longè: & leuauerunt vocem, dicentes. Iesu præceptor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit. Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est: dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis, vt vidit, quia mundatus est: regressus est, cum magna voce magnificans Deum: & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit. Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit.

**Et dicitur C** redo.

**Offert.** **I**n te speraui Domine: dixit tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea.

**Secreta.**

**P**ropitiare, quæsumus, Domine, populo tuo; propitiare munerebus: vt hac oblatione placatus, & indulgentiam nobis tribuas, & postulata concedas. Per Dominum.

**Altera Secreta.** **E**xaudi nos Deus. **pagina lviij.**

**Com-**



*Sap. 16.* **Cōmun.** Panē de cælo dedisti nobis Domine, habētem omne delectamētum, & omnem saporē suauitatis.

**Postcommunio.**

**S**umptis, Dñe, cælestibus sacramētis, ad redemptiōnis æternæ, quæsumus, proficiāmus augmētum. Per Dōminum.

**Altera Postcomm.** Mundet. lvij.

**DOMINICA XIII.****post Pentecosten.****Introitus. 3.***Psal. 83.*

Rotector noster aspi ce Deus, & respice in faciē Christi tui: quia melior est dies vna in atriis tuis super millia.

*Ibidem.*

**Psal.** Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. **V.** Gloria. **Oratio.**

**C**ustodi, quæsumus Dōmine, Ecclesiā tuā propitiatiōne perpētua: & quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxiliis & abstrahatur à nōxiis, & ad salutaria dirigatur. Per Dñm.

**Secunda Oratio.** Acunctis. **ut in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvj.**

**Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Gálatas.**

*Cap. 5.*

**F**ratres: Spíritu ambuláte, & desidéria carnis non perficiē-

tis. Caro enim concupiscit aduersus spíritum: spíritus autē aduersus carnē. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcūque vultis, illa faciātis. Quòd si spírítu ducimini: nō estis sub lege. Manifesta autē sunt ópera carnis, quæ sunt, fornicatio, immundítia, impudicítia, luxúria, idolórum seruitus, veneficia, inimicítia, contentiōnes, æmulatiōnes, iræ, rixæ, dissensiōnes, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessatiōnes, & his similia. Quæ prædico vobis, sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei nō consequentur. Fructus autem spíritus est, charitas, gáudium, pax, paciētia, longanimitas, bōnitas, benignitas, mansuetudo, fides, modéstia, continētia, castitas. Aduersus huiúsmodi nō est lex. Qui autem sunt Christi: carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscētiis.

**Graduale.** Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine. **V.** Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in in principibus. **A**lleluia, alleluia. **V.** Venite exultemus Domino: iubilemus Deo salutaris nostro, alleluia. *Pf. 117.* *Pf. 54.*

**Sequētia sancti euangélj secundum Matthæum.**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Nemo potest duobus *cap. 6.*

bus



duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit: aut vnum sustinet, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis; neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est, quam esca: & corpus plus, quam vestimentum? Respiciite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans, potest adicere ad staturam suam cubitum vnum? Et de vestimento: quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut vnum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes. Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester cælestis, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei & iustitiam eius: & hæc omnia adicientur vobis.

**E**rdicitur **C**redo.

**Offertor.** Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum; & eripiet eos: gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus.

**Secreta.**

**C**oncède nobis, quæsumus Domine, & hæc hostia salutaris, & nostrorum fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatio potestatis. Per Dominum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus, pagina lvij.

**Communio.** Primum quærite regnum Dei: & omnia adicientur vobis, dicit Dominus.

**Postcommunio.**

**P**erfructent semper, & muniant tua sacramenta nos Deus: & ad perpetuæ ducant saluationis effectum. Per Dominum.

**Altera Postcommunio.** Mundet & muniat, pag. lvij.

**D O M I N I C A X V.**  
post Pentecosten.

**Introitus. I.**



**I**nclina, Domine, aurem tuam ad me, & exaudi me: saluum fac seruum tuum Deus meus, speratem in te: miserere mihi Domine, quoniam ad te clamaui tota die.

**Psal.** Lætifica animam serui tui: quia ad te, Domine, animam meam leuaui. ✠. Gloria.

Ff

**Oratio.**



## Oratio.

**E**Cclésiā tuam, Dómine, miseratio cōtinuāta mundet & mūniat: & quia sine te non potest salua consistere, tuo semper mūnere gubernētur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Secunda Oratio. A cunētis. vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvj.

## Lectio epistolæ beāti Pauli apóstoli ad Gálatas.

**F**Ratres: Si spírítu víuimus: spírítu & ambulēmus. Non efficiāmur inānis glóriæ cúpidi: ínui-  
cem prouocāntes, ínui-  
cētes. Fratres, & si præoccupātus fuerit homo in áliquo delícto: vos, qui spírítuáles estis, huiúsmodi instrúite in spírítu lenitātis: confide-  
rans teípsum, ne & tu tentēris. Alter alterius ónera portāte: & sic adimplēbitis legem Christi. Nam si quis existimat se áliquid esse, cū nihil sit: ipse se sedúcit. Opus autem suum probet vnusquísque: & sic, in semetípso eātum glóriam habēbit, & non in áltero. Vnusquísque enim onus suum portābit. Commúniceť autem is, qui catechizātur verbo, ei, qui se catechizat, in ómnibus bonis. Nolíte errāre. Deus non irridētur. Quæ enim semināuerit homo: hæc & metet. Quóniam qui seminat in carne sua: de carne & metet corru-

ptiōnem. Qui autem seminat in spírítu: de spírítu metet vitā æternam. Bonum autem faciētes, non deficiāmus: tēpore enim suo metēmus, non deficiētes. Ergo dum tempus habēmus, operēmur bonum ad omnes: máximè autem ad domēsticos fidei.

Graduale. Bonum est confiteri Dómino: & psallere nomini tuo, altissime. *psal. 93.* *v.* Ad annunciandum manē misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Alleluia, alleluia. *psal. 94.* *v.* Quóniam Deus magnus Dominus: & rex magnus super omnem terram, alleluia.

## Sequētia sancti euangélíj secūndum Lucam.

**I**N illo tēpore: Ibat Iesus in ciuitātem, quæ vocātur Naim: & ibāt cum illo discípuli eius & turba copiōsa. Cum autem appropin-  
quāret portæ ciuitātis: ecce, defunctus efferebātur, filius vnicus matri suæ: & hæc, vídua erat: & turba ciuitātis multa cū illa. Quam cū vidisset Dóminus, misericórdia motus super eam, dixit illi. Noli flere. Et accēssit, & tētigít loculū. Hi autem qui portābāt, steterunt. Et ait. Adolēscens, tibi dico, surge. Et refēdit, qui erat mórtuus, & coepit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accēpit autem omnes timor: & magnificābāt Deum, dicētes. Quia prophēta magnus surrexit



in nobis : & quia Deus visitauit plebem suam.

Et dicitur **C**redo.

*psal. 59.*

**O**ffertor. **E**xpectans expectaui Dominum, & respexit me: & exaudiuit deprecationem meam, & immisit in os meum canticum nouum, hymnum Deo nostro.

**Secreta.**

**T**Va nos, Domine, sacramenta custodiant: & contra diabolicos semper tueantur incursus. Per Dominum.

**Altera Secreta.** **E**xaudi nos Deus. *pagina lvij.*

*ibid. 6.*

**C**ommunio. **P**anis quem ego dero, caro mea est pro seculi vita.

**Postcommunio.**

**M**entes nostras & corpora possideat, quaesumus Dñe, doni celestis operatio: vt nō noster sensus in nobis, sed iūgiter ei⁹ praeueniat effectus. Per Dominum.

**Altera Postcommunio.** **M**undet. *pagina lvij.*

**D O M I N I C A X V I .**  
post Pentecosten.

**Introitus. 8.**

*psal. 85*



**M**iserere mei, Domine, quonia ad te clamaui tota die: quia tu Domine suavis ac mitis es, & copiosus in misericordia omnib⁹ inuocantibus te. **Psalm.** Inclina Domine aurem tuam mihi, & exaudi me:

*ibidem.*

quoniam inops & pauper sum ego.

**Gl̄oria.**

**Oratio.**

**T**Va nos, quaesumus Domine, gratia semper praeueniat & sequatur: ac bonis operibus iūgiter praestet esse intentos. Per Dñm.

**Secunda Oratio.** **A** cunctis. vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvj.

**Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Ephesios.**

**F**Ratres: Obsecro vos, ne desiciatis in tribulationibus meis pro vobis, quae est gloria vestra. Huius rei gratia, flecto genua mea ad patrem Dñi nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelis, & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriae suae, virtutem, corroborari per spiritum eius in interiori homine: habitare Christum per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum: scire etiam supereminentem scientiae charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem quae operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum, Amen.



**Ps. 101.** **Graduale.** Timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam. **V.** Quoniam ædificauit Dominus Sion: & videbitur in maiestate sua. **A**lleluia, alleluia.

**Ps. 97.** **V.** Cantate Domino canticū nouum: quia mirabilia fecit Dominus, allel.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.**

**Cap. 14.** **I**n illo tempore: Cum intraret Iesus in domū cuiusdam principis Phariseorum sabbatho manducare panem: & ipsi obseruabant eum. Et ecce, homo quidam hydrópicus erat ante illū. Et respondens Iesus, dixit ad Legisperitos & Phariseos, dicens. Si licet sabbatho curare? At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit eum: ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet: & non continuo extrahet illum die sabbathi? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & ueniens is, qui te & illum uocauit, dicat tibi. Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum uocatus fueris, vade, & recumbe in

nouissimo loco: ut cum uenerit, qui te inuitauit, dicat tibi. Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

**Et dicitur Credo.**

**Offertor.** Domine in auxilium meum respice: confundantur, & reuertantur, qui quæruunt animam meam, ut auferant eam: Domine in auxilium meum respice. **Ps. 30.**

**Secreta.**

**M**unda nos, quæsumus, Domine, sacrificij presentis effectu, & perfice miseratus in nobis: ut eius mereamur esse participes. Per Dominum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris, pagina lvij.

**Communio.** Domine, memorabor iustitiæ tuæ solius: Deus docuisti me à iuuentute mea: & usque in senectam & senium, Deus ne derelinquas me. **Ps. 70.**

**Postcommunio.**

**P**roficiat, quæsumus, Domine, mentes nostras benignis, & renoua cælestibus sacramentis: ut consequenter & corporum presentis pariter & futurum capiamus auxilium. Per Dominum.

**Altera Postcommunio.** Mundet & munit, pag. lvij.



DOMINICA XVII.  
post Pentecosten.

Introitus. I.

psal. 118



ibidem.

Vstus es Domine, & rectum iudiciū tuū: fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam.

*Psalm.* Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. *ψ.* Gloria patri.

Oratio.

**D**A, quæsumus, Dómine, pópulo tuo diabólica vitæ contágia: & te solum Deum puramente sectári. Per Dóminum.

*Secunda Oratio. A cunctis. vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvj.*

*Lectio epístolæ beati Pauli apóstoli ad Ephésios.*

cap. 4.

**F**Ratres: Obsecro vos ego vinctus in Dómino: vt dignè ambulétis vocatiōne, qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientiâ, supportantes inuicē in charitate: solíciti seruare vnitatem spíritus in vínculo pacis. Vnum corpus, & vnus spíritus: sicut vocati estis in vna spe vocatiōnis vestræ. Vnus Dóminus, vna fides, vnum baptísma. Vnus Deus & pater ómnium, qui est super omnes, & per ómnia, & in ómnibus nobis. Qui est benedictus in sæcula sæculórum, Amen.

*Graduale.* Beata gens, cuius est Dominus Deus eorum: populus, quem elegit Dominus in hæreditatem sibi.

psal. 32.

*ψ.* Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorū.

*Alleluia, alleluia. ψ.* Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat, alleluia.

psal. 102

*Sequénria sancti euangélij secundum Matthæum.*

**I**N illo tēpore: Accesserunt ad Iesum Pharisei: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum. Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus. Diliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.

cap. 22.

Hoc est máximum & primū mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges próximum tuum sicut teípsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophætæ. Congregatis autem Phariseis, interrogauit eos Iesus, dicens. Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis. Quómodo ergo Dauid in spíritu vocat eum Dóminum, dicens: Dixit Dóminus Dómino meo, sede à dextris meis; donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuórum? Si ergo Dauid vocat eum Dóminum: quómodo filius eius est? Et nemo póterat respondere ei verbum: neque ausus fuit



quisquam ex illa die eum <sup>amplius</sup> interrogare.

Et dicitur **C**redo.

Dan. 9.

**Offertorium.** O raudi Dominum Deum meum ego Daniel, dicens: exaudi Domine preces serui tui: illumina faciem tuam super sanctuarium tuum: & propitius intende populum istum, super quem inuocatum est nomen tuum, Deus

**Secreta.**

**M**aiestatem tuam, Domine, suppliciter deprecamur: ut hæc sancta, quæ gerimus, & à præteritis delictis nos exuant & futuris. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris. pag. lvij.

Psal. 75.

**Communio.** Vouete, & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera: terribili, & ei qui aufert spiritum principum: terribili apud omnes reges terræ.

**Postcommunio.**

**S**anctificationibus tuis, omnipotens Deus, & vitia nostra curentur, & remedia nobis æterna proueniant. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

**Altera Postcommunio.** Mundet & muniat. pag. lvij.

## FERIA QUARTA

Quatuor temporum mensis Septembris.

Statio ad sanctam Mariam maiorem.

**Introitus.**



Xultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob: sumite psalmum iucundum cum cithara: canite initium mēsis tuba,

quia præceptum in Israel est, & iudicium Deo Iacob. **Psal.** Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Aegypti: linguam, quam non nouerat, audiuit. **V.** Gloria.

**Dicto Kyrie eleison.** dicitur **O**remus. Flectamus genua. **R.** Leuate.

**M**isericordiae tuæ remediis, quesumus, Domine, fragilitas nostra subsistat: ut quæ sua conditione attēritur, tua clementia reparētur. Per Dominum.

**Prophetia.**

**Lectio Amos Prophætæ.**

**H**æc dicit Dñs Deus. Ecce dies ueniūt: & comprehendet arator messorem, & calcator uæ mittentem semen: & stillabūt mōtes dulcedinem; & omnes colles culti erūt. Et conuertam captiuitatem populi mei Israel: & ædificabūt ciuitates desertas, & inhabitabunt: & plantabunt uineas, & bibent uinū earum: & faciēt hortos: & comedent fructus eorum.

Et



Et plantabo eos super humum suam: & non euellam eos ultra de terra sua, quam dedi eis: dicit Dominus omnipotens.

*sf. 112.* **Graduale.** Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo, & in terra? *ψ.* Suscitans à terra inopem: & de stercore erigens pauperem. **Hic dicitur** Dominus vobiscum. **sine** Flectamus genua.

Oremus. **Oratio.**

**P**Ræsta quæsumus, Dómine, familiæ tuæ supplicanti: vt dum à cibis corporalibus se abstinet, à vitiis quoque mente ieiûnet. Per Dóminum.

**Secunda Oratio.** A cunctis. vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvi.

**Tertia ad libitum.**

**Lectio libri Esdræ.**

*Neh. vii. Esdr. 2. cap. 3.* **I**N dièbus illis: Congregatus est omnis pópulus quasi vir vnus ad plateam, quæ est ante portam aquarũ: & dixerunt Esdræ scribæ, vt afferret librũ legis Móysi, quam præcéperat Dóminus Israéli. Attulit ergo Esdras facérdos legem coram multitudine virorũ ac mulierum, cunctisq;, qui póterant intelligere, in die prima mēsis séptimi. Et legit in eo apértè in platea, quæ erat ante portam aquarũ, de mane vsque ad médiã diem in conspéctu virorũ, ac mulierum, &

sapiētium. Et aures omnis pópuli, erant eréctæ ad librũ. Stetit autem Esdras scriba super gradũ ligneũ, quem fécerat ad loquéndũ: & steterunt Leuitæ iuxta eũ. Et apéruit Esdras librũ coram omni pópulo. Et benedíxit Esdras Dño Deo voce magna. Et respóndit omnis pópulus, Amen, amen: éleuãs manus suas. Et incuruati sunt: & adorauerũt Deum proni in terrã. Porrò Leuitæ silentiũ faciébãt in pópulo ad audiendam legem: pópulus autem stabat in gradu suo. Et legérũt in libro Legis Dei distíctè, & appósitè ad intelligendum. Dixit autem Nehemías, & Esdras facérdos & scriba, & Leuitæ interpretantes vniuerso pópulo. Dies sanctificatus est Dómino Deo nostro: nolíte lugère, & nolíte flere. Et dixit eis. Ite, comédite pínguia, & bíbite mulsum, & míttite partes eis, qui non præparauerunt sibi, quia sanctus dies Dómini est: & nolíte contristári. Gáudium étenim Dómini est, fortitudo nostra.

**Graduale.** Beata gens, cuius est Dñs, Deus eorum: populus quẽ elegit Dominus in hæreditatem sibi. *ψ.* Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. *psal. 32.*

**Sequẽtia sancti euangélij secúndum Marcum.**

**I**N illo tẽpore: Respóndens vnus *cap. 9.* de turba, dixit ad Iesum. Magister,



gister, attuli filiū meum ad te, habentem spiritum mutū: qui ubique eum apprehenderit, alludit eum, & spumat, & stridet dentibus, & arefcit; & dixi discipulis tuis, vt eiicerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit. O generatio incredula, quamdiu apud vos ero? quamdiu vos patiar? afferite illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset illum, statim spiritus conturbauit eum: & elusus in terram, volutabatur spumas. Et interrogauit patrem eius. Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infanzia: & frequenter eum in ignem, & in aquam misit, vt eum perderet. Sed si quid potes, adiuua nos, miserus nostri. Iesus autem ait illi. Si potes credere: omnia possible sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cum lacrymis aiebat. Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Et cum videt Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi. Surde & mute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo: & factus est sicut mortuus; ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum: & surrexit. Et cum introisset in

domum, discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eiicere illum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

**Offertor.** Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.

**Secreta.**

**H**Æc hostia, quæsumus, Domine, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris, pag. lvij.

**Communio.** Comedite pinguia, & bibite mulsum: & mittite partes eis, qui non præparauerunt sibi: sanctus enim dies Domini est: nolite contristari: gaudium etenim Domini, est fortitudo nostra.

**Postcommunio.**

**S**umentes, Domine, dona cælestia, suppliciter deprecamur: vt quæ sedula seruitute donante te gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitæte spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

**Altera Postcommunio.** Mundet & muniat, pag. lvij.



## FERIA SEXTA

Quatuor temporum Septembris.

*Statio ad sanctos duodecim Apostolos.*

Introitus.

Psal. 104



Ibidem.

Etetur cor quæren-  
tium Dominū : quæ-  
rite Dominū , & con-  
firmamini : quærite  
faciem eius semper.

Psal. Confitemini

Domino, & inuocate nomen eius: an-  
nunciate inter gentes opera eius.

V. Gloria patri.

Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, omnipo-  
tens Deus: vt obseruationes  
sacras annua deuotione recolén-  
tes, & corpore tibi placeâmus, &  
mente. Per Dóminum.

*Secunda Oratio. A cunctis. vt in  
prima Dominica post Penteco-  
sten, pag. Ivi.*

Lectio Osæ prophætæ.

Cap. 14.

**H**Æc dicit Dóminus Deus:  
Conuértere Israël ad Dó-  
minum Deum tuum : quóniam  
corruísti in iniquitate tua. Tóllite  
vobiscum verba: & conuertimini  
ad Dóminū, & dicite ei. Omnem  
aufer iniquitatē, & accipe bonū:  
& reddemus vitulos labiôrū no-  
strôrum. Assur non saluâbit nos,  
super equos non ascendemus: nec  
dicemus vltra, dij nostri, operi má-  
nuum nostrârum: quia eius qui in  
te est, miseréberis pupilli. Sanâbo  
contritiones eôrum, diligam eos

spontâneè : quia auersus est furor  
meus ab eis. Ero quasi ros Israël,  
germinâbit quasi liliū: & erumpet  
radix eius, vt Líbani. Ibunt ra-  
mi eius, & erit quasi oliua glória  
eius: & odor eius, vt Líbani. Con-  
uertentur sedentes in vmbra eius:  
viuet tritico, & germinabunt quasi  
vínea: memoriâle eius sicut vinum  
Líbani. Ephraim, quid mihi vltra  
idôla? Ego exaudiam, & dirigam  
eum ego vt abietem virentem: ex  
me fructus tuus inuetus est. Quis  
sapiēs, & intelliget ista? intelligēs,  
& sciet hęc? quia rectæ viæ Dómi-  
ni, & iusti ambulabunt in eis: præ-  
uaricatôres verò corruent in eis.

*Graduale. Conuertere Dñe ali-* *Psal. 89.*  
quantulum, & deprecare super seruos  
tuos. V. Dñe refugium factus es no-  
bis, à generatione in generationem.

*Sequentia sancti euangélj  
secundum Lucam.*

**I**N illo tempore: Rogabat Iesum *Cap. 7.*  
quidam Phariseus, vt mandu-  
câret cum illo. Et ingressus domū  
Pharisei, discubuit. Et ecce mú-  
lier, quæ erat in ciuitate, peccatrix:  
vt cognouit, quòd Iesus accubuit  
in domo Pharisei, attulit alabá-  
strum vnguenti: & stans retro se-  
cus pedes eius, lachrymis cœpit ri-  
gâre pedes eius: & capillis capitis  
sui tergêbat, & osculabatur pedes  
eius: & vnguento vngêbat. Vi-  
dēs autē Phariseus, qui vocauerat

F f 5 cum,



eum, ait intra se, dicens. Hic si esset propheta, sciret utique, quæ, & qualis esset mulier, quæ tangit eum; quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister, dic. Duo debitores erant cuidam foeneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit. Aestimo, quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et coeperunt, qui simul accumbebant, dicere intra se. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

*Ps. 104.* **Offertor.** Benedic anima mea Do-

mino: & noli obliuisci omnes retributiones eius: & renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua.

**Secreta.**

**A**ccépta tibi sint, Domine, quæsumus, nostri dona ieiunij: quæ & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad sempiterna promissa perducant. Per Dominum nostrum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris. *pagina lviij.*

**Communio.** A ufer à me opprobrium & contemptum: quia mandata tua exquisiui Domine: nam testimonia tua, meditatio mea est. *Psal. 118.*

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus, omnipotens Deus: ut de perceptis munèribus gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

**Altera Postcommunio.** Mundet & muniat. *pag. lviij.*

**S A B B A T H O**

**Quatuor temporum Septembris.**

*Statio ad sanctum Petrum.*

**Introitus.**



Enite adoremus Deum, *Psal. 94.* & procidamus ante Dñm, ploremus ante eum, qui fecit nos: quia ipse est Dñs Deus noster. *Psalm.* Venite *ibidem.*

exultemus Domino: iubilemus Deo salutari nostro. *V.* Gloria patri.

**Dicto**



Dicto Kyrie eleison dicitur Oremus. Flectamus genua. *R.* Leuate.

## Oratio.

**O**Mnípotēs sempitérne Deus: qui per cōtinéntiam salutárem, & corpóribus medéris, & méntibus, maiestátem tuam súpplices exorámus: vt pia ieiunántiū deprecatióne placátus, & præsentia nobis subsidia tríbuas, & futúra. Per Dóminum.

## Prophetia prima.

## Léctio libri Leuítici.

*Cap. 23.* **I**N diébus illis: Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens. Décimo die mēsis huius séptimi, dies expiatiónum erit celeberrimus, & vocábitur sanctus: affligétisq; ánimas vestras in eo, & offerétis holocaustum Dómino. Omne opus seruile nō faciétis in témpore diéi huius: quia dies propitiatiónis est; vt propitiétur vobis Dñs Deus vester. Omnis ánima, quæ afflícta non fúerit die hac, peribit de pópulis suis: & quæ óperis quíppiam fécerit, delébo eam de pópulo suo. Nihil ergo óperis faciétis in eo: legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generatióibus, & habitatióibus vestris: sabbathum requietiónis est: affligétisq; ánimas vestras die nono mensis: à véspera vsque ad vésperum celebrábitis sabbatha vestra. Dicit Dóminus ómnípotens.

*psal. 78.* **G**raduale. Propitius esto Dñe peccatis nostris: nequádo dicát gētes, vbi est Deus eorum? *ψ.* Aduua nos Deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui Dñe libera nos. Oremus. Flectamus genua. *R.* Leuate.

## Oratio.

**D**A nobis, quæsumus, ómnípotēs Deus: vt ieiunádo tua grátia satiémur, & abstinédo cunctis efficiámur hóstibus fortióres. Per Dóminum.

## Prophetia secunda.

## Léctio libri Leuítici.

*Cap. 23.* **I**N diébus illis: Locútus est Dñs *Cap. 23.* ad Móysen, dicēs. A quintodécimo die mensis séptimi, quando cōgregauerítis omnes fructus terræ vestræ, celebrábitis férias Dómini septem diébus. Die primo, & die octáuo erit sabbathum, id est, réquies. Sumétisque vobis die primo fructus árboris pulcherrimæ, spátulasque palmárum, & ramos ligni densárum fróndium, & fálices de torrēte: & lætabímini coram Dómino Deo vestro: celebrábitisq; solemnitátem eius septem diébus per annum. Legitimum sempiternum erit in generatióibus vestris. Mense séptimo festa celebrábitis, & habitábitis in umbráculis septem diébus. Omnis qui de genere Israél est, manébit in tabernáculis: vt discát pósteri vestri, quòd in tabernáculis habitáre



habitâre fécerim filios Israël, cum edúcerem eos de terra Ægypti. Ego Dóminus Deus vester.

Psal. 83.

**Graduale.** Protector noster aspice Deus: & respice super seruos tuos. *Ps.* Domine Deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. *Oremus.* Flectamus genua. *R.* Leuate.

Oratio.

**T**Vêre, quæsumus, Dómine, famíliam tuam: vt salútis æternæ remédia, quæ te inspirante requírimus, te largiënte cõsequámur. Per Dóminum.

Prophetia tertia.

Léctio Michææ prophétæ.

Cap. 7.

**D**omine Deus noster, pasce pópulum tuum invirga tua, gregem hæreditâtis tuæ, habitâtes solos in saltu, iuxta dies antiquos. Vidébunt gentes, & confundetur super omni fortitúdine sua. Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitâtem, & trãsfers peccâtum reliquiârum hæreditâtis tuæ? Non immittet vltra furôre suum; quóniam volēs misericórdiam est. Reuertetur, & miserébitur nostri. Depônet iniquitâtes nostras: & proiiciet in profúndũ maris ómnia peccâta nostra. Dabis veritatẽ Iacob, misericórdiam Abrahám, quæ iurásti pátribus nostris à diëbus antiquis: Dñe Deus noster.

Psal. 89.

**Graduale.** Conuertere Domine aliquantulum, & deprecare super ser-

uos tuos. *Ps.* Domine refugium factus es nobis, à generatione in generationem. *Oremus.* Flectamus genua.

*R.* Leuate.

Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, Dómine, sic nos ab épulis carnálibus abstinêre: vt à vítiis irruëtibus páriter ieiunêmus. Per Dóminum.

Prophetia quarta.

Léctio Zachariæ prophétæ.

Cap. 2.

**I**N diëbus illis: Factum est verbũ Dómini ad me, dicens. Hæc dicit Dóminus Deus exercítuum. Sicut cogitáui, vt affligerem vos, cùm ad iracúndiam me prouocásent patres vestri, & non sum miserus: sic conuërsus cogitáui in diëbus istis, vt beneficiam dómui Iuda & Hierúsalẽ: nolíte timêre. Hæc sunt ergo verba, quæ faciëtis. Loquimini veritatẽ vnusquisq; cum próximo suo. Veritatẽ, & iudiciũ pacis iudicâte in portis vestris. Et vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitêtis in cõrdibus vestris: & iuramētum mendax ne diligâtis. Omnia enim hæc sunt, quæ odi, dicit Dóminus. Et factum est verbum Dómini exercítuum ad me, dicens. Hæc dicit Dóminus exercítuum. Ieiúniũ quarti, & ieiúniũ quinti, & ieiúniũ séptimi, & ieiúniũ décimi, erit dómui Iudæ in gaudiũ & lætítiam, & in sollemnitates præclâras. Veritatẽ tãtum,

&amp; pa-



tantum, & pacem diligite: dicit Dominus exercituum.

Ps. 140.

**Graduale.** Dirigatur oratio mea sicut incensum, in conspectu tuo Domine. *v.* Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. **O** remus. Flectamus genua. *ry.* Leuate.

**Oratio.**

**V**T nobis, Domine, tribuis sollémne tibi deferre ieiunium: sic nobis, quæsumus, indulgentiæ præsta subsidium. Per Dominum nostrum.

**Prophetia quinta.**

**Lectio Daniëlis prophætæ.**

Cap. 3.

**I**N diëbus illis: Angelus Domini descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem. Et excussit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi vêtum roris flâtem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadragintanouem: & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis ministròs regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neq; contristauit: nec quicquam molestiæ intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore, laudabât & glorificábant, & benedicébant Deum in fornace, dicentes.

**Hymnus.**

Dan. 3.

**B**enedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

**E**t benedictum nomen gloriæ tuæ,

quod est sanctum. Et laudabile & gloriosum in sæcula.

**B**enedictus es in templo sancto gloriæ tuæ. Et laudabilis & gloriosus in sæcula.

**B**enedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis & gloriosus in sæcula.

**B**enedictus es super sceptrum diuinitatis tuæ. Et laudabilis & gloriosus in sæcula.

**B**enedictus es, qui sedes super Cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

**B**enedictus es, qui ambulas super penas ventorum, & super vndas maris. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

**B**enedicant te omnes angeli, & sancti tui. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

**B**enedicant te cæli, terra, mare, & omnia quæ in eis sunt. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

**G**loria patri & filio, & Spiritui sancto. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula. **S**icut erat in principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Et laudabilis & gloriosus in sæcula.

**B**enedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis & gloriosus in sæcula. **Hic dicitur v.** Dominus vobiscum, **sine** Flectamus genua.

**O** remus. **Oratio.**

**D**eus, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium, concede propitius: vt nos famulos

tuos



tuos non exurat flammavitiōrum.  
Per Dōminum.

*Secunda Oratio. A cunctis. vt in  
prima Dominica post Penteco-  
sten, pag. lvi.*

*Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Hebræos.*

**F** Ratres: Tabernaculū factum  
est, primum, in quo erāt can-  
delabra, & mēsa, & propositio pa-  
nu: quæ dicitur Sancta. Post ve-  
lamētum autem secūndū: taber-  
nāculum, quod dicitur Sācta san-  
ctōrum, aureū habens thuribulū:  
& arcam testamēti circumtēctam  
ex omni parte auro, in qua, vna  
āurea habens manna, & virga Aa-  
ron, quæ frondūerat, & tábulæ te-  
stamēti: sūperq; eam erant Ché-  
rubim glóriæ obumbrātia propi-  
tatiōriū: de quibus non est modò  
dicēdū per singula. His verò ita  
compōsitis, in priōri quidē taber-  
nāculo semper introibāt sacerdotē-  
tes, sacrificiōrū officia cōsummān-  
tes: in secūndo verò, semel in anno  
solus pōntifex: non sine sanguine,  
quem offerret pro sua & pōpuli  
ignorātia: hoc significāte spīri-  
tu sancto, nōdum propalātam esse  
sanctōrum viam, adhuc priōre ta-  
bernāculo habēnte statum: quæ  
parābola est tēporis instāntis:  
iuxta quem mūnera & hōstiæ of-  
feruntur, quæ non possunt iuxta  
consciētiā perfectū facere ser-

uientem, solūmodo in cibis &  
in pōtibus, & in vāriis baptis-  
mātibus, & iustitiis carnis vsque ad  
tempus correctiōnis impōsitis.  
Christus autem assistens pōntifex  
futurōrum bonōrū, per ampli-  
& perfectius tabernāculum non  
manufactum, id est, non huius  
creatiōnis: neque per sāguinem  
hircōrum, aut vitulōrum, sed per  
prōprium sāguinem introiuit se-  
mel in sancta, ætērna redemptiō-  
nē inuēnta.

*Tractus. L* audate Dominum om-  
nes gentes: & collaudate cum omnes  
populi. *v.* Quoniam confirmata est  
super nos misericordia eius: & veritas  
Domini manet in æternum.

*Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Lucam.*

**I** N illo tēpore: Dicēbat Iesus  
turbis similitūdinem hanc. Ar-  
borem fici habēbat quidam plan-  
tātā in vīnea sua: & venit quæ-  
rens fructū in illa; & non inuēnit.  
Dixit autem ad cultōrem vīnæ.  
Ecce, anni tres sunt, ex quo venio  
quærens fructum in ficūnea hac:  
& non inuēnio. Succīde ergo il-  
lam: vt quid etiā terram occu-  
pat? At illē respōdens, dicit illi.  
Dōmine, dimitte illam & hoc an-  
no, vsque dum fōdiam circa illam,  
& mittam stercora. Et si quidem  
fecerit fructum: sin autem, in fu-  
tūrum succīdes eam. Erat autem

docens



docens in synagoga eorum sabbathis. Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus, vocavit eam ad se, & ait illi. Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: & confestim erecta est, & glorificabat Deum. Respondens autem archisynagogus, indignans, quia sabbatho curasset Iesus, dicebat turbæ. Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite, & curamini: & non in die sabbathi. Respondens autem ad illum Dominus, dixit. Hypocritæ, unusquisque vestrum sabbatho non solvit bouem suum, aut asinum a præsepio, & ducit ad aquam? Hanc autem filiam Abraham, quam alligavit satanas, ecce, decem & octo annis, non oportuit solui a vinculo isto die sabbathi? Et cum hæc diceret, erubescerant omnes adversarii eius: & omnis populus gaudēbat in universis, quæ gloriose fiebant ab eo.

**Offertorium.** Domine, Deus salutaris meus: in die clamaui, & nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo Domine.

**Secreta.**

**C**oncède, quæsumus, omnipotens Deus: ut oculis tuæ

maiestatis munus oblatus, & gratiam nobis devotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per Dominum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris. pag. lvij.

**Communio.** Mense septimo festa celebrabitur, cum in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti, ego Dominus Deus vester.

**Postcommunio.**

**P**erficiant in nobis, Domine, quæsumus, tua sacramenta, quod continent: ut, quæ nunc sperimus, rerum veritate capiamus. Per Dominum nostrum.

**Altera Postcommunio.** Mundet. pagina lvij.

## DOMINICA XVIII.

post Pentecosten.

**Introitus.** I.



A pacem Domine sustinentibus te; ut prophetæ tui fideles inveniatur: exaudi preces serui tui, & plebis tuæ Israel. Ez. 36

**Psalm.** Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. Ps. 122

**Gloria patri.**

**Oratio.**

**D**irigat corda nostra, quæsumus, Domine, tuæ miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per Dominum.

Secun-



**Secunda Oratio.** A cunctis, vt in prima Dominica post Pentecosten, pagina lvj.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.**

**F**ratres: Grátias ago Deo meo semper pro vobis, in grátia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu. Quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni sciéntia, sicut testimónium Christi confirmátum est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla grátia, expectántibus reuelatióem Dómini nostri Iesu Christi, qui & confirmábit vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus Dómini nostri Iesu Christi.

**Graduale.** Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. **V.** Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

**Alleluia, allel. V.** Timebunt gentes nomen tuú Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélij secundum Matthæum.**

**I**n illo tempore: Ascéndens Iesus in nauículam, transfretáuit, & venit in ciuitatē suam. Et ecce offerébant ei paralyticum iacéntem in lecto. Videns autem Iesus fidem illórum, dixit paralytico. Confide fili. Remittúntur tibi peccáta tua. Et ecce, quidam de Scribis dixerunt intra se. Hic blasphê-

mat. Et cum vidisset Iesus cogitatiónes eórum, dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facílius, dicere, Dimittúntur tibi peccáta tua: an dicere, Surge & ámbula? Vt autem sciátis, quia filius hóm̄inis habet potestátem in terra dimitténdi peccáta: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surréxit, & abiit in domum suam. Vidéntes autem turbæ timuérunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestátem talem homínibus.

**Et dicitur Credo.**

**Offert.** Sanctificauit Moyse altare Exo. 24 Domino, offerens super illud holocausta, & immolans víctimas: fecit sacrificium vespertinú in odorem suauitatis Domino Deo, in conspectu filiorum Israel. **Secreta.**

**D**Eus, qui nos per huius sacrificij veneránda commércia, vniús summæque diuinitatis participes efficis: præsta quæsumus: vt sicut tuam cognóscimus veritatē, sic eam dignis mór̄ibus assequámur. Per Dóminum.

**Alia Secreta.** Exaudi nos, pag. lvij.

**Communio.** Tollite hostias, & psal. 95. introite in atria eius: adorete Dominum in aula sancta eius.

**Postcommunio.**

**G**Rátias tibi referimus, Dñe, sacro múnere vegetati, tuam misere-



miseriçordiam deprecantes: vt dignos nos eius participatiõne perficias. Per Dõminum.

**Altera Postcommunio.** Mundet & muniat. pag. lvij.

**DOMINICA XIX.**  
post Pentecosten.

**Introitus.** 4.



Al<sup>o</sup> populi ego sum, dicit Dominus: de quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: & ero illorum Dominus in perpetuum.

**Psalm.** Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. *Psal. 77.* *v.* Gloria patri.

**Oratio.**

**O**Mnipotēs & misericors De<sup>o</sup>, vniuersa nobis aduersantia propitiatus exclūde: vt mente & corpore pariter expediti, quæ tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per Dõminum.

**Secunda Oratio.** A cunctis. vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvj.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios.**

**F**Ratres: Renouamini spiritu mentis vestræ: & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Propter quod de-

ponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quonia sumus inuicem membra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.

**Graduale.** Dirigatur oratio mea, *Ps. 140.* sicut incensum, in conspectu tuo Domine. *v.* Eleuatio manuum mearum, sacrificium vespertinum.

**A**lleluia, alleluia. *v.* Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius, alleluia. *Ps. 104.*

**Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.**

**I**N illo tempore: Loquebatur Iesus principibus sacerdotum & Phariseis in parabolis, dicens. Simile factum est regnum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolēbant venire. Iterum misit alios seruos, dicens. Dicite inuitatis: ecce prandium meum parauit; tauri mei, & altalia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autē neglexerunt: & abiērūt, alius in vilam suam, alius verò ad negotiationem suam: reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumeliis

G g affectos,



affectos, occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiae quidem paratae sunt: sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerunt, malos & bonos: & impletae sunt nuptiae discumbentium. Intravit autem rex, ut videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi. Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Et dicitur Credo.

*Ps. 137.* **Offert.** Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Domine: & super iram inimicorum meorum extends manum tuam: & saluum me fecit dextera tua. **Secreta.**

**H**Aec munera, quaesumus, Domine, quae oculis tuae maiestatis offerimus, salutaria nobis esse concede. Per Dominum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris. pag. lviij.

**Communio.** Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: utinam dirigantur viae meae, ad custodiendas iustificationes tuas. *Ps. 112.*

**Postcommunio.**

**T**Va nos, Domine, medicinalis operatio, & a nostris peruersitatibus clementer expediat, & tuis semper faciat inherere mandatis. Per Dominum.

**Altera Postcommunio.** Mundet & muniat. pag. lviij.

## DOMINICA XX. post Pentecosten.

**Introitus.** 3.



Mnia quae fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriam nomini tuo, & fac nobiscum secundum multitudinem misericordiae tuae. *Dan. 9.*

**Psalm.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. **Gloria.** *Ps. 118.*

**Oratio.**

**L**Argire, quaesumus, Domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem: ut pariter ab omnibus mundentur offensas, & secura tibi mente deseruiant. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**Secunda Oratio.** A cunctis. ut in prima Dominica post Pentecosten. pag. lviij.

Lectio



Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Ephésios.

**cap. 5.** **F**ratres: Videte itaq; quomodo  
cautè ambulètis: nō quasi in-  
sapièntes, sed vt sapièntes: redimē-  
tes tempus, quoniam dies mali sunt.  
Propterea nolite fieri imprudē-  
tes: sed intelligētes, quæ sit vo-  
lūntas Dei. Et nolite inebriari vi-  
no, in quo est luxūria, sed implē-  
mini spīritu sancto, loquētes vo-  
bismetipsis in psalmis & hymnis,  
& canticis spirituālibus, cantāntes  
& psallētes in cōrdibus vestris  
Dño: grātiās agētes semper pro  
omnibus, in nōmine Dōmini no-  
stri Iesu Christi, Deo & patri. Sub-  
iēcti inuicem: in timōre Christi.

**ps. 144.** **Graduale.** Oculi omnium in te  
sperant Domine: & tu das illis escam  
in tempore oportuno. **ŷ.** Aperis tu  
manum tuam, & imples omne ani-  
mal benedictione.

**ps. 107.** **A**lleluia, allel. **ŷ.** Paratum cor meum  
Deus, paratum cor meum: cantabo,  
& psallam tibi, gloria mea, alleluia.

Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Ioānnem.

**cap. 4.** **I**n illo tempore: Erat quidam  
régulus, cuius filius infirmabā-  
tur Capharnaū. Hic cū audisset,  
quia Iesus veniret à Iudæa in Ga-  
lilæam, abiit ad eum, & rogabat  
eum, vt descēderet, & sanāret filiū  
eius. Incipiēbat enim mori. Dixit  
ergo Iesus ad eum. Nisi signa &

prodigia videritis, non creditis.  
Dicit ad eum régulus. Dōmine,  
descēde priusquam moriātur fi-  
lius meus. Dicit ei Iesus. Vade, fi-  
lius tuus viuit. Credidit homo ser-  
mōni, quem dixit ei Iesus, & ibat.  
Iam autem eo descendēte, serui  
occurrerunt ei: & nuntiauerunt  
dicētes, quia filius eius viueret.  
Interrogabat ergo horam ab eis, in  
qua melius habuerit. Et dixerunt  
ei, quia heri hora septima reliquit  
eum febris. Cognouit ergo pater,  
quia illa hora erat: in qua dixit ei  
Iesus: filius tuus viuit. Et credidit  
ipse, & domus eius tota.

Et dicitur **C**redo.

**Offertor.** Super flumina Babylonis **ps. 136.**  
illic sedimus, & fleuimus, dum recor-  
daremur tui Sion. **Secreta.**

**C**ælēstem nobis præbeāt hęc  
mystéria, quæsumus, Dōmi-  
ne, medicinam: & vitia nostri cor-  
dis expūrgent. Per Dōminum.

**Altera Secreta.** Exaudi. pag. Iviij.

**Communio.** Memento verbi tui **ps. 118.**  
seruo tuo Dñe, in quo mihi spem de-  
disti: hęc me consolata est in humili-  
tate mea. **Postcommunio.**

**V**t sacris, Dōmine, reddāmur  
digni munēribus: fac nos,  
quæsumus, tuis semper obedire  
mandātis. Per Dōminum.

**Altera Postcommunio.** Mundet  
& muniat. pag. Iviij.



DOMINICA XXI.  
post Pentecosten.

## Introitus. 4.



**I**N volúate tua, Domine, vniuersa sunt posita: & non est, qui possit resistere volúati tuæ: tu enim fecisti omnia, cælum, & terram, & vniuersa, quæ cæli ambitu continentur: Dominus vniuersorum tu es.

*Psalm.* Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

✠. Gloria patri.

## Oratio.

**F**Amíliam tuam, quæsumus, Dómine, cótínua pietáte custódi: vt à cunctis aduersitatibus, te protegente, sit líbera: & in bonis áctibus tuo nómini sit deuóta. Per Dóminum nostrum.

Secunda Oratio. *A*cunctis. vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. liij.

Lectio epístolæ beati Pauli apóstoli ad Ephésios.

**F**Ratres: Confortámini in Dómino: & in poténtia virtútis eius. Indúite vos armatúrã Dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quóniam non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem: sed aduersus príncipes & potestates, aduersus mundi rectóres tenebrarum harum, cõtra spirituália nequitiæ in cælestibus.

Propterea accípite armatúrã Dei: vt possitis resistere in die malo, & in ómnibus perfécti stare. State ergo succíncti lumbos vestros in veritáte, & indúti lorícã iustitiæ, & calciati pedes in præparatióem euangélij pacis. In ómnibus suméntes scutum fidei, in quo possitis ómnia tela nequíssimi ignea extinguerè. Et gáleam salútis assúmte: & gládium spíritus, quod est verbum Dei.

*Graduale.* Dómine, refugium factus es nobis à generatione in generationem. ✠. Priusquam montes fieret, aut formaretur terra & orbis: à sæculo, & vsque in sæculum tu es Deus.

*Alleluia, alleluia.* ✠. In exitu Israel de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro, alleluia.

*Sequéntia sancti euangélij secúndum Matthæum.*

**I**N illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cælórũ hómini regi, qui voluit ratióne pónere cum seruis suis. Et eum cœpisset ratióne pónere, oblátus est ei vnus, qui debébat ei decem míllia talenta. Cũ autem non habéret unde rédderet, iussit eũ dóminus eius venúdari, & vxórem eius, & filios, & ómnia quæ habébat, & reddi. Prócidēs autem seruus ille, rogábat eum, dicens. Patiéntiam habe in me: & ómnia reddam tibi.

Miser-



Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum: & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit unum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens. Redde, quod debes. Et prociides conseruus eius, rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius, quae fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia, quae facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus: & ait illi. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus: quoadusque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus caelestis faciet vobis, si non miseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

Et dicitur Credo.

**Offertor.** Vir erat in terra Hus nomine Iob, simplex & rectus, ac timens Deum: quem Satan petiit, ut tentaret: & data est ei potestas a Domino in facultate, & in carne eius: perdiditque omnem substantiam ipsius, & filios: carnem quoque eius graui vlcere vulnerauit.

Secreta.

**S**Vscipe, Domine, propitius hostias, quibus & te placari voluisti, & nobis salutem potenti pietate restitui. Per Dominum.

Altera Secreta. Exaudi. pag. lvij.

**Communio.** In salutari tuo anima mea, & in verbum tuum speraui: quando facies de persequentibus me iudicium? iniqui persecuti sunt me, adiuua me Domine Deus meus.

Postcommunio.

**I**mmortalitatis alimoniam consecuti, quaesumus, Domine, ut quod ore percipimus, pura mente sectemur. Per Dominum.

Altera Postcommunio. Mundet & muniat. pag. lvij.

## DOMINICA XXII.

post Pentecosten.

Introitus. 3.



Iniquitates obser-  
uaueris Domine: Do-  
mine quis sustinebit?  
quia apud te propi-  
tatio est, Deus Israel.

Psalms. De profundis *ibidem.*

clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. *v.* Gloria.

Oratio.

**D**eus refugium nostrum, & virtus: adesto piis ecclesiae tuae precibus, auctor ipse pietatis, & presta: ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dñm.



Secunda Oratio. A cunctis. vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvi.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Philippenses.

**Cap. I.** **F**Ratres: Cōfidimus in Dōmino Iesu: quia, qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu. Sicut est mihi iustum, hoc sentīre pro omnibus vobis: eò quod hābeā vos in corde, & in vinculis meis, & in defensionē, & confirmatiōne euangēlij socios gāudij mei oēs vos esse. Testis enim mihi est Deus, quōmodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro: vt charitas vestra magis ac magis abūndet in sciētia, & in omni sensu: vt probētis potiōra, vt sitis sincēri, & sine offēsa in diē Christi, replēti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in glōriam & laudem Dei.

**Psal. 122.** **Graduale.** Ecce quā bonum & quā iucundum, habitare fratres in vnum. **Psal. 113.** Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbā, barbā Aaron. **Alleluia, alleluia.** **Psal. 113.** Qui timent Dominum, sperēt in eo: adiutor & protector eorum est, alleluia.

Sequētia sancti euangēlij secundum Matthæum.

**Cap. 22.** **I**N illo tēpore: Abēlntes Pharisæi, cōsiliū iniērūt, vt cāperent Iesum in sermōne. Et mittūt ei discipulos suos cū Herodiānis,

dicētes. Magister, scimus, quia verax es; & viam Dei in veritate doces: & nō est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur: licet census dari Cæsari, an non? Cōgnita autem Iesus nequitia eorum, ait. Quid me tētatis hypocritæ? Ostēdite mihi numisma census. At illi obtulerūt ei denarium. Et ait illis Iesus. Cuius est imāgo hęc, & superscriptio? Dicūt ei. Cæsaris. Tunc ait illis. Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

Et dicitur Credo.

**Offertor.** Recordare mei, Domine, **Hesl. 14.** omnipotentatui dominans: & da sermonem rectum in os meum: vt placeāt verba mea in cōspectu principis.

**Secreta.**

**D**A misericors Deus: vt hæc salutāris oblātio, & à propriis nos reatibus indefinēter expēdiat, & ab omnibus tueātur aduersis. Per Dōminum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris.. pag. lvij.

**Cōmunio.** Ego clamaui, quoniam **Psal. 16.** exaudisti me Deus: inclina aurē tuam, & exaudi verba mea.

**Postcommunio.**

**S**ymplicitus, Dñe, sacri donasmysterij, humiliter deprecāntes: vt, quæ in tui cōmemoratiōne nos facere præcepisti, in nostræ

profi-



proficiant infirmitatis auxiliū. Qui viuus.

**Altera Postcommunio.** Mundet & muniat. pag. lvij.

DOMINICA XXIII.

post Pentecosten.

Introitus. 6.



**D**icit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem uestram de cunctis locis.

**Psal.** Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. **Gloria.**

**Oratio.**

**A**bsolue, quesumus, Domine, tuorum delicta populorum: ut a peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per Dominum.

**Secunda Oratio.** A cunctis. ut in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvj.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Philippenses.**

**F**ratres: Imitatores mei estote: & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulat, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flēs dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorum

Deus venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrēna sapiūt. Nostra autem conuersatio in cælis est: vnde etiam saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationē virtutis suæ, qua possit etiam subiicere sibi omnia. Itaque fratres mei carissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea: sic state in Domino carissimi. Euiusmodi rogo, & Syntychem deprecor, id ipsum sapere in Domino. Etiam rogo & te germāne comparadiuua illas, quæ mecum laborauerunt in euāgelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.

**Graduale.** Liberaisti nos Domine, ex afflictibus nos: & eos qui nos oderunt, confudisti. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sacula.

**Alleluia, alleluia.** De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.**

**I**n illo tempore: Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens. Dñe, filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manū tuam super eam, & viuet. Et surgens Iesus,



sequebatur eum, & discipuli eius. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim, accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum vestimentum eius: salua ero. At Iesus conuersus & videns eam, dixit. Confide filia: fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset turbas & turbam tumultuantem, dicebat. Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba: intravit, & tenuit manum eius. Et surrexit puella. Et exiit fama hæc in vniuersam terram illam.

Et dicitur **C**redo.

**Ps. 129.** **Offertor.** De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te Domine.

**Secreta.**

**P**ro nostræ seruitutis augmento sacrificium tibi, Domine, laudis offerimus: vt quod immeritis contulisti, propitius exequaris. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris. pag. lvij.

**Mar. 11.** **Communio.** Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis.

**Postcommunio.**

**Q**væsumus, omnipotens Deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per Dominum nostrum.

**Altera Postcommunio.** Mundet & muniat. pag. lvij.

¶ Si Dominicæ post Pentecosten fuerint plures xxiiij. tunc post vigesimam tertiam resumatur (quo ad Orationes, Epistolas, & Euangelia) Missæ Dominicanarum, quæ super fuerunt post Epiphaniam (vt infra post Dñicam xxiiij.) hoc ordine.

¶ Si Dominicæ fuerint xxv. in Dominica vigesima quarta dicitur Missa Dominicæ vj. post Epiphaniam.

¶ Si fuerint vigintifex, in Dominica xxiiij. dicitur Missa Dominicæ quintæ post Epiphaniam: & in xxv. dicitur Missa Dominicæ vj.

¶ Si fuerint xxvij. in Dñica xxiiij. dicitur Missa Dñicæ quartæ post Epiphaniam. in xxv. Dñicæ quintæ: & in vigesima sexta, Dominicæ sextæ.

¶ Si fuerint vigintiocto, in Dñica xxiiij. dicitur Missa Dñicæ tertie post Epiphaniam: in xxv. Dominicæ quartæ: in vigesima sexta, Dominicæ quintæ: in Dominica vigesima septima, Dominicæ sextæ.

¶ Et vltimo loco semper dicitur Missa Dominicæ vigesima quartæ post Pentecosten.

¶ In-



Introitus autem, Graduale, Offertor. & Communio in prædictis Dominicis, semper dicuntur vt in Dominica xxij. post Pentecosten.

DOMINICA XXIIII.

post Pentecosten.

Introitus. 6.

Hier. 29.



Incit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem vestram

Psal. 84.

de cunctis locis. Psalm. Benedixisti Domine terram tuam; auertisti captiuitatem Iacob. Gloria patri.

Oratio.

Excita, quæsumus, Dñe; tuorū fideliū volūtates: vt, diuini operis fructum propensius exequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per Dominum.

Secunda Oratio. Acunctis. vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvj.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Colossenses.

Cap. 1.

Fratres: Non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis Dei, in omni sapiētia & intellectu spiritali: vt ambulētis dignè, Deo per omnia placētes: in omni opere bono fructificantes: & crescētes in sciētia Dei: in omni virtute

confortati secundum potentiam claritatis eius: in omni patientia & longanimitate: cum gaudio gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum; & transtulit in regnum filij dilectionis suæ: in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum. In Christo Iesu Domino nostro.

Graduale. Liberasti nos Domine ex affligentibus nos: & eos qui nos oderunt, confudisti. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sæcula.

Alleluia, alleluia. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam, alleluia.

Sequētia sancti euangēlij secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum videritis abominatiōnē desolatiōnis, quæ dicta est à Daniēle prophēta, stantem in loco sancto (qui legit intelligat) tunc, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non descendant tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Væ autē prægnantibus, & nutriendibus in illis diebus. Orate autem, vt non fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio mundi vsq; modo,



neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetae: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce praedixi vobis. Si ergo dixerint vobis. Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsq; in Occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilae. Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellae cadent de caelo: & virtutes caelorum commouebuntur: & tunc parabitur signum filij hominis in caelo. Et tunc plangent omnes tribus terrae: & videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa, & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis caelorum vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est aestas. Ita & vos, cum videritis haec omnia,

scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis: quia non praeteribit generatio haec, donec omnia haec fiant. Caelum & terra transibunt: verba autem mea non praeteribunt.

**Et dicitur Credo.**

**Offertor.** De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te Domine. Ps. 129.

**Secreta.**

**P**ropitius esto, Domine, supplicationibus nostris: & populi tui oblationibus, precibusq; susceptis, omnium nostrum ad te corda conuerte: vt a terrenis cupiditatibus liberati, ad caelestia desideria transeamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**Altera Secreta.** Exaudi nos Deus salutaris. pag. lvij.

**Communio.** Amen dico vobis, Mar. 12 quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis.

**Postcommunio.**

**C**oncède nobis, quaesumus, Domine: vt per haec sacramenta, quaesumpsimus, quicquid in nostra mente vitiosum est, ipsorum medicatiōis dono curetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Altera Postcommunio.** Mundet & muniat. pag. lvij.



DOMINICA III.  
quæ superfuit post Epiphaniam.

Introitus. 6.

Hier. 29



Icit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & nō afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos, & reducam captiuitatem vestram de cunctis locis.

Psal. 84.

**P**salm. Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.

̄. Gloria patri.

**O**ratio.

**O**Mnī potēs sempitērne Deus, infirmitātem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos, dexteram tuæ maiestātis extēde. Per Dōminum.

**Secunda Oratio.** A cunctis. vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvj.

**Lectio epistolæ beāti Pauli apōstoli ad Romānos.**

Cap. 12.

**F**Ratres: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddētes. Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendētes, carissimi: sed date locū iræ. Scriptum est enim. Mihi vindictam: & ego retribuā, dicit Dñs. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illū. Si sitit, potū da illi. Hoc enim

faciens, carbōnes ignis cōgeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum.

**Graduale.** Liberasti nos Dñe ex affligentibus nos: & eos qui nos oderunt, cōfudisti. ̄. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo cōfitebimur in sæcula. **A**lleluia, allel. ̄. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam, alleluia.

**Sequētia sancti euangelij secundum Matthæum.**

**I**N illo tempore: Cū descēdisset Iesus de monte, secūta sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens. Dōmine, si vis, potes me mundāre. Et extendens manum Iesus, tetigit eum, dicens. Volo, Mundāre. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide, nēmini dixeris: sed vade, ostēde te sacerdoti: & offer munus, quod præcepit Moyses, in testimoniū illis. Cū autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens. Dōmine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquētur. Et ait illi Iesus. Ego veniam, & curābo eum. Et respondens Centurio ait. Dōmine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites:

& dico



& dico huic, vade; & vadit: & alio, veni; & venit: & seruo meo, fac hoc; & facit. Audiēs autem Iesus, mirātus est: & sequētibus se dixit. Amen dico vobis, non inuēni tantam fidem in Israël. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriēte & Occidēte venient, & recumbent cum Abrahā, Isaāc, & Iacob in regno cælōrum: filij autem regni eiiciētur in tēnebras exteriōres. Ibi erit fletus & stridor dēntium. Et dixit Iesus Centuriōni. Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanātus est puer in illa hora.

Et dicitur **C**redo.

Ps. 129.

**Offertor.** **D**e profundis clamaui ad te Dñe, Dñe exaudi orationē meam: de profundis clamaui ad te Domine.

**Secreta.**

**H**æc hōstia, quæsumus Dñe, emūdet nostra delicta: & ad sacrificium celebrāndum, subditōrum tibi cōrpora, mētesque sanctificet. Per Dōminum.

**Altera Secreta.** Exaudi. pag. lvij.

Mat. 11.

**Communio.** Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis.

**Postcommunio.**

**Q**vos tantis, Dñe, largiris vt mystēriis, quæsumus, vt effectibus nos eōrum veraciter aptare digneris. Per Dōminum.

**Altera Postcom.** Mūdet. pag. lvij.

## DOMINICA IIII. quæ superfuit post Epiphaniam.

Introitus. 6.



Icit Dñs, ego cogito <sup>Hier. 29</sup> cogitationes pacis, & nō afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem ve-

stram de cunctis locis. **Psalm.** Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. **v.** Gloria.

**Oratio.**

**D**eus, qui nos in tātis periculis cōstitutos, pro humana, scis, fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & cōporis: vt ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus. Per Dōminum nostrum.

**Secunda Oratio.** A cunctis. vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvj.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.**

**F**ratres: Nēmini quicquā de <sup>Cap. 13.</sup> beatis: nisi, vt inuicē diligatis. Qui enim diligit proximum, legem implēuit. Nam nō adulterabis: nō occides: non furaberis: non falsum testimoniū dices: nō cōcupisces: & si quod est aliud mandātū, in hoc verbo instauratur: diliges proximum tuū sicut teipsum. Dilēctio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis, est dilēctio.

Gra-



*Ps. 41.* **Graduale.** **L**iberaſti nos Domine, ex affligentibus nos: & eos qui nos oderunt, confundiſti. *Ps.* In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in ſæcula.

*Ps. 129.* **A**lleluia, alleluia. *Ps.* De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam, alleluia.

**Sequẽtia ſancti euangelij ſecũdum Matthæum.**

*Cap. 8.* **I**n illo tẽpore: Aſcẽdẽte Ieſu in nauiculam, ſecũti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce, motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operirẽtur fluctibus. Ipſe verò dormiẽbat. Et acceſſerũt diſcipuli eius, & ſuſcitauerũt eum, dicẽtes. Dõmine, ſalua nos, perimur. Et dicit eis. Quid timidi eſtis: módicæ fidei? Tunc ſurgens imperaui ventis & mari: & facta eſt tranquillitas magna. Porrò hõmĩnes mirati ſunt, dicẽtes. Qualis eſt hic, quia venti & mare obediũt ei?

**Et dicitur** **C**redo.

*Ps. 129.* **Offertor.** **D**e profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te Domine.

**Secreta.**

**C**oncẽde, quæſumus, omnipotens Deus, vt huius ſacrificij munus oblatum, fragilitatem noſtrã ab omni malo purget ſemper & muniat. Per Dõminum.

**Altera Secreta.** **E**xaudi. *pag. lvij.*

**Communio.** **A**men dico vobis, *Mat. 11.* quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis.

**Postcommunio.**

**M**vnera tua nos, Deus, à delectationibus terrẽnis expẽdiant: & cælẽstibus ſemper iſtaurent alimentis. Per Dõminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.

**Altera Postcommunio.** **M**undet: & muniat. *pag. lvij.*

**D O M I N I C A V.**  
**quæ superfuit post Epiphaniam.**

**Introitus. 6.**



**D**icit Dominus, ego *Ps. 29.* cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis.

**Psalm.** Benedixiſti Domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob. *Ps. 84.* *Ps.* Gloria patri.

**Oratio.**

**F**amiliam tuam, quæſumus, Dõmine, continua pietate cuſtodi: vt quæ in ſola ſpe gratiæ cælẽſtis innititur, tua ſemper protectione muniatur. Per Dõminum noſtrum.

**Secunda Oratio.** **A**cunctis. vt in prima Dominica poſt Pentecosten, *pag. lvj.*

Lectio



Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Colossenses.

cap. 3.

**F**ratres: Induite vos, sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem: & donantes vobismetipsis; si quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut & Dominus donauit vobis: ita & vos. Super omnia autem hæc, charitatem habentes, quod est vinculum perfectiõnis. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore: & grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia: docentes & comonentes vosmetipsos, in psalmis, hymnis, & canticis spiritalibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Domino. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & Patri, per Iesum Christum Dominum nostrum.

psal. 43.

**Graduale.** Liberasti nos Domine ex affligentibus nos; & eos qui nos oderunt, confudisti. **V.** In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sæcula. **A**lleluia, alleluia.

ps. 129.

**V.** De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam, allel.

Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.

cap. 13.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile

factum est regnum caelorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines; venit inimicus eius, & superfeminavit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patris familias: dixerunt ei. Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus, & colligimus ea? Et ait. Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis cum eis simul & triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem: & in tempore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.

## Et dicitur Credo.

**Offertor.** De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te Domine.

## Secreta.

**H**ostias tibi, Domine, placationis offerimus: ut & delicta nostra miseratus absolvas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dominum.

**Altera Secreta.** Exaudi. pag. lvij.

**Communio.** Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis.

Post-



Postcommunio.

**Q**uæsumus, omnipotēs Deus, vt illius salutāris capiāmus effectum: cuius per hæc mystēria pignus accēpimus. Per Dñm.

Altera Postcommunio. Mundet & muniat. pag. lvij.

DOMINICA VI.  
quæ superfuit post Epiphaniam.

Introitus. 6.



**D**icit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem vestram de cunctis locis.

*Psalm.* Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.

ψ. Gloria patri.

Oratio.

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt semper rationalia meditantēs, quæ tibi sunt placita, & dictis exequāmur, & factis. Per Dñm.

Secunda Oratio. A cunctis. vt in prima Dominica post Pentecosten, pag. lvj.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Thessalonicēses.

**F**ratres: Grātias āgimus Deo semper pro omnibus vobis: memōriam vestri faciētes in orationibus nostris, sine intermissiōne, mēmores ōperis fidei vestræ &

labōris, & charitātis, & sustinētiaē spei Dñi nostri Iesu Christi, ante Deum & patrem nostrum. Sciētes, fratres dilēcti, à Deo electiōnem vestram: quia euāgēlium nostrum nō fuit ad vos in fermōne tātum, sed & in virtūte, & in spīritu sancto, & in plenitūdine multa: sicut scitis quales fuērimus in vobis propter vos. Et vos imitatōres nostri facti estis, & Dñi: excipiētes verbum in tribulatiōne multa, cum gāudio spīritus sancti: ita vt facti sitis forma omnibus credētibus in Macedōnia & in Achāia. A vobis enim diffamātus est sermo Dñi: non solum in Macedōnia & in Achāia, sed & in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profēcta est, ita vt non sit nobis necesse quicquā loqui. Ipsi enim de nobis annūnciant, qualem intrōitum habuērimus ad vos: & quōmodo conuērsi estis ad Deum à simulācris, seruīre Deo viuo & vero: & expectāre filium eius de cælis (quē suscitāuit ex mōrtuis) Iesum, qui eripuit nos ab irā ventūra.

Graduale. Liberaisti nos Domine *Psalm. 49.*  
ex affligentibus nos: & eos qui nos oderunt, confudisti. ψ. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sæcula.

Alleluia, alleluia. ψ. De profundis *Psalm. 129.*  
clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam, alleluia.

Sequēn-



Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.

Cap. 13.

**I**N illo tempore: Dixit Iesus tur-  
bis parabolam hanc. Simile est  
regnum cælorum grano sinapis:  
quod accipiēs homo seminauit in  
agro suo: quod minimum quidem  
est omnibus seminibus. Cum au-  
tem creuerit, maius est omnibus  
oleribus: & fit arbor, ita ut volu-  
cres celi veniant, & habitent in ra-  
mis eius. Aliam parabolam locu-  
tus est eis. Simile est regnum cælô-  
rum fermento: quod acceptum  
mulier abscondit in farinæ satis  
tribus, donec fermentatum est to-  
tum. Hæc omnia locutus est Iesus  
in parabolis ad turbas: & sine pa-  
rabolis non loquebatur eis: ut im-  
pleretur quod dictum est per Pro-  
phetam dicentem. Aperiam in  
parabolis os meum: eructabo abs-

condita à constitutione mundi.

Et dicitur Credo.

**Offertor.** De profundis clamaui Ps. 129.  
ad te Domine, Domine exaudi ora-  
tionem meam: de profundis clamaui  
ad te Domine.

Secreta.

**H**Æc nos oblatio, Deus, mun-  
det, quaesumus, & renouet,  
gubernet, & protegat. Per Dômi-  
num nostrum.

**Altera Secreta.** Exaudi. pag. lvij.

**Communio.** Amen dico vobis, Mat. 23.  
quicquid orantes petitis, credite quia  
accipietis, & fiet vobis.

Postcommunio.

**C**Ælestibus, Domine, pasti-  
deliciis, quaesumus: ut sem-  
per eadem, per quæ veraciter viui-  
mus, appetamus. Per Dôminum.

**Altera Postcommunio.** Mundet  
& muniat. pag. lvij.

F I N I S.



# P R O P R I V M M I S S A R V M

D E S A N C T I S.

xxxix.  
Novemb.

I N V I G I L I A

S. Andreæ Apostoli.

Introitus.

Mat. 4.



Dominus secus mare Galilææ vidit duos fratres, Petrum & Andream, & vocavit eos: venite post me: faciam vos fieri pi-

psal. 18.

scatores hominum. **Psalm.** Cæli

enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.

✠ Gloria patri.

**Oratio.**

**Q**uæsumus, omnipotens Deus, ut beatus Andreas apostolus, tuum pro nobis impleret auxilium: ut, à nostris reatibus absoluti, à cunctis etiam periculis eruamur. Per Dominum.

**Pro commemoratione S. Saturnini martyris.** **Oratio.**

**D**eus, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per Dominum.

**Si Vigilia S. Andreæ venerit in Aduentu, Missa dicitur de Vigilia, & secunda Oratio erit de Aduentu, tertia de sancto Saturnino.**

Si festum S. Andreæ venerit Feria ij. Missa de Vigilia dicitur in Sabbatho, & secunda Oratio de sancta Maria: **Concede.** Tertia, Ecclesiæ. vel pro Papa: & commemor. S. Saturnini fit in Dominica: **Quod & in aliis Vigiliis, excepta Vigilia Natiuitatis Dñi, seruatur.**

Si autem festum S. Andreæ venerit in Dominica, transfertur in ij. Feriam, & Missa de Vigilia dicitur in Sabbatho, cum commemoratione S. Saturnini, ut supra: & tertia Oratio erit de sancta Maria: **Concede.**

**Lectio libri Sapientiæ.**

**B**enedictio Domini super caput iusti. Ideo dedit illi Dominus hereditatem: & diuisit ei partem in tribus duodecim: & inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorum; & in verbis suis mostra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum: & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius, sanctum fecit illum: & elegit eum ex omni carne. Et dedit illi coram precepta, & legem vitæ,

Ecl. 44.  
45.

a

& disci-



& disciplinæ: & excelsum fecit illum. Statuit illi testamētum æternum, & circumcinxit eum zona iustitiæ. Et induit eum Dominus coronam gloriæ.

*Ps. 138.* **Graduale.** Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. *Y.* Dinumerabo eos: & super arenam multiplicabuntur.

**Sequentia sancti euangélj  
secúndum Ioánnem.**

*Cap. 1.* **I**n illo tempore: Stabat Ioánes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulāntem, dicit. Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquētem: & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & videns eos sequētes se, dicit eis. Quid quæritis? Qui dixerunt ei. Rabbi, (quod dicitur interpretatum; magister) vbi habitas? Dicit eis. Venite, & videte. Venērunt, & vidērunt vbi maneret: & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andréas frater Simōnis Petri vnus ex duobus qui audierant à Ioāne, & secuti fuerant eum. Inuēnit hic, primum, fratrem suum Simōnem: & dixit ei. Inuēnimus Messiam, quod est interpretatum; Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autē eum Iesus, dixit. Tu es Simon filius Ionæ: tu vocaberis Cephas, quod in-

terpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum. Et dixit ei Iesus. Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsáida, ciuitate Andréæ, & Petri. Inuēnit Philippus Nathanaél: & dicit ei. Quem scripsit Moyses in lege, & Prophætæ: inuenimus Iesum filium Ioséph, à Nazaréth. Et dixit ei Nathanaél. A Nazaréth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus. Veni, & vide. Vidit Iesus Nathanaél venientem ad se: & dicit de eo. Ecce, verè Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanaél. Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei. Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanaél, & ait. Rabbi, tu es filius Dei: tu es rex Israël. Respondit Iesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his vidēbis. Et dicit ei. Amen, amen dico vobis: vidēbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendētes, & descendētes supra filium hominis.

**Offertor.** Gloria & honore cono- *Psal. 89.*  
nasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine.

**Secreta.**

**S**acrāndum tibi, Dómine, munus offerimus: quo beati Andréæ sollēnnia recolētes, purificatiōnem quoque nostris mētib;  
bus:



bus imploramus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Pro commemoratione S. Saturnini Martyris. *Secreta.*

**M**Vnera tibi, Dómine, dicata sanctifica: & intercedente beato Saturnino mártýre tuo, per hæc eadem nos placatus inténde. Per Dóminum nostrum.

*Communio.* Dixit Andreas Simoni fratri suo: inuenimus Messiam, qui dicitur Christus: & adduxit eum ad Iesum.

*Postcommunio.*

**P**ercéptis, Dómine, sacramentis, suppliciter exoramus: vt, intercedente beato Andréa Apóstolo tuo, quæ pro illius veneranda gerimus passióne, nobis proficiant ad medelam. Per Dóminum nostrum.

Pro commemorat. S. Saturnini.

*Postcommunio.*

**S**anctificet nos, quæsumus, Dómine, tui percéptio sacramenti: & intercessióne sanctórum tuórum tibi reddat accéptos. Per Dóminum nostrum.

**¶** Si sequens festum S. Andreae venerit in Dominica, transfertur in sequentem diem duplici festo non impeditam: quod & de aliis festis duplicibus & semiduplicibus, in Dominicis Aduentus occurréntibus, seruatur: & in illis

semper fit commemoratio de Aduentu: De simplicibus autem toto Aduentu fit tantum commemoratio.

I N F E S T O

Sancti Andreae Apóstoli.

Introitus. 2.



Ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. *Ps. 113.*

*Psalms.* Domine *ibidem.*

probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. *¶* Gloria patri.

*Oratio.*

**M**aiestatem tuam, Dómine, suppliciter exoramus: vt, sicut ecclesiæ tuæ beatus Andréas apóstolus éxitit prædicátor & rector: ita apud te, sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Lectio epístolæ beati Pauli apóstoli ad Romános.

**F**ratres: Corde créditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptúra. Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem Dóminus ómnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicúnque inuocauerit



nomen Dómini: saluus erit. Quómodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quómodo credent ei, quem non audierunt? Quómodo autē audient sine prædicante? Quómodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Sicut scriptū est. Quàm speciósi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangélio. Isaiás enim dicit. Dómine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides, ex auditu: auditus autem, per verbū Christi. Sed dico. Nunquid non audierūt? Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum: & in fines orbis terræ verbá eorum.

*Psal. 44.* **Graduale.** Cōstitues eos principes super omnem terram; memores erunt nominis tui Domine. *v.* Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi.

**A**lleluia, allel. *v.* Dilexit Andreā Dominus in odorem suauitatis, allel.

**Sequētia sancti euangélij  
secundum Matthæum.**

*Cap. 4.* **I**n illo tēpore: Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simōnem qui vocatur Petrus, & Andréam fratrem eius, mittētes rete in mare (erant enim piscatores) & ait illis. Venite post me: & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo; relictis retibus, secuti sunt eum. Et

procēdens inde, vidit alios duos fratres, Iacôbū Zebedæi, & Ioānnem fratrem eius in nauī, cum Zebedæo patre eorum, reficiētes rétia sua: & vocauit eos. Illi autem, statim relictis rétibus, & patre, secuti sunt eum.

**Et dicitur Credo.**

**Offertor.** **M**ihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. *Ps. 138.*

**Secreta.**

**S**acrificium nostrum tibi, Dómine quæsumus, beati Andréæ apóstoli tui præcatio sancta conciliet: vt, in cuius honóre sollemniter exhibētur, eius méritis efficiatur accéptum. Per Dóminum nostrum.

**Præfatio de Apóstolis.**

**Communio.** **V**enite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: at illi continuo, relictis retibus, secuti sunt Dominum. *Matth. 4.*

**Postcommunio.**

**S**implicissimus, Dómine, diuina mystéria beati Andréæ festiuitate lætantes: quæ sicut tuis sanctis ad glóriam, ita nobis, quæsumus, ad véniam prodéssē perficias. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.



## FESTA DECEMBRIS.

vii.  
Decemb.

PRO COMMEMORATIONE  
Sanctæ Bibianæ virginis & mart.  
Oratio. Indulgentiam. cum sua  
Secreta, & Postcommunione de  
communi virg. pag. 34.

iiii.  
Decemb.

PRO COMMEMORATIONE  
S. Barbaræ virginis & martyris.  
Oratio. Deus qui inter cætera. cum  
sua Secreta, & Postcommunione  
de communi virg. pag. 32.

v.  
Decemb.

PRO COMMEMORATIONE  
Sancti Sabbæ Abbatis.

## Oratio.

**I**Ntercèssio nos, quæsumus Dó-  
mine, beáti Sabbæ Abbátis  
comméndet: vt quod nostris mé-  
ritis non valémus, eius patrocínio  
assequámur. Per Dóminum no-  
strum Iesum Christum.

## Secreta.

**S**acris altáribus, Dómine, hó-  
stias superpósitas sanctus Sab-  
bas, quæsumus, in salútem nobis  
prouenire depóscat. Per Dómi-  
num nostrum Iesum Christum.

## Postcommunio.

**P**Rótegat nos, Dómine, cum  
tui perceptiõne sacramenti  
beátus Sabbas pro nobis interce-  
dendo: vt & conuersatiõnis eius  
experiámur insignia, & interces-

siónis ipsius percipiámus suffrá-  
gia. Per Dóminum nostrum Ie-  
sum Christum filium tuum.

IN FESTO S. NICOLAI <sup>vii.</sup>  
Episcopi & Confessoris.

## Introitus. I.



Tatuit ei Dominus <sup>Ecl. 45.</sup>  
testamentum pacis:  
& principem fecit  
eum: vt sit illi sa-  
cerdotij dignitas in  
æternum.

**P**salm. Memento Domine Dauid: <sup>Pf. 131.</sup>  
& omnis mansuetudinis eius.  
v̄. Gloria patri.

## Oratio.

**D**eus, qui beátum Nicoláum  
pontíficem tuum innúme-  
ris decorásti miraculis: tríbue,  
quæsumus: vt eius méritis & pré-  
cibus, à gehénnæ incendiis liberê-  
mur. Per Dóminum.

Lectio epístolæ beáti Pauli  
apóstoli ad Hebræos.

**F**Ratres: Mementôte præposi- <sup>Cap. 13.</sup>  
tõrum vestrõrum, qui vobis  
locúti sunt verbum Dei: quorum  
intuéntes éxítum conuersatiõnis,  
imitámini fidem. Iesus Christus  
heri & hódie: ipse & in sæcula.  
Doctrínis váriis & peregrínis no-  
líte abdúci. Optimum est enim  
grátia stabilíre cor, non escis, quæ  
non profuérunt ambulántibus in  
eis. Habémus altáre: de quo édere



non habēt potestātem, qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccāto in sancta per Pontificem, horum cōrpora cremāntur extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificāret per suum sanguinem pōpulum, extra portam passus est. Exeāmus igitur ad eum extra castra: improperium eius portāntes. Non enim habēmus hic manentem ciuitātem: sed futūram inquirimus. Per ipsum ergo offerāmus hōstiam laudis semper Deo, id est, fructum labiōrum confitentium nōmini eius. Beneficētiā autem & communiōnis nolite obliuisci. Talibus enim hōstiis promerētur Deus. Obedite prāpōsitis vestris, & subiacēte eis. Ipsi enim peruigilant, quasi ratiōnem pro animābus vestrīs redditūri.

*Psal. 88.* **Graduale.** Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

*ψ.* Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei.

*Psal. 92.* **Alleluia, alleluia.** *ψ.* Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur, alleluia.

**Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Matthæum.**

*Cap. 25.* **I**n illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidā peregrē proficiscens,

vocāuit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talēta, alij autem duo, alij verò vnum. Vnicūque secūndum propriam virtūtem: & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talēta accēperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo talēta accēperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum accēperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam dōmini sui. Post multum verò tēporis venit dōminus seruōrum illōrum, & pōsuit ratiōnem cum eis. Et accēdes qui quinque talēta accēperat, obtulit alia quinque talēta, dicens. Dōmine, quinque talēta tradidisti mihi: ecce, alia quinque superlucratus sum. Ait illi dōminus eius. Euge serue bone & fidēlis: quia in pauca fuisti fidēlis; supra multa te constituam: intra in gāudium dōmini tui. Accēssit autem & qui duo talēta accēperat, & ait. Dōmine, duo talēta tradidisti mihi: ecce, alia duo superlucratus sum. Ait illi dōminus eius. Euge serue bone & fidēlis, quia super pauca fuisti fidēlis, supra multa te constituam, intra in gāudium dōmini tui.

**Offert.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Psal. 88.*



## Secreta.

**S**ANCTIFICA, quæsumus, Dómine Deus, hæc múnera: quæ in sollemnitate sancti antístitis tui Nicolái offerimus: vt per ea, vita nostra inter aduérfa & próspéra vbique dirigatur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

*Psal. 88.* **Communio.** Semel iuravi in sancto meo: semen eius in æternú manebit: & sedes eius sicut sol in conspectu meo: & sicut luna perfecta in æternú, & testis in cælo fidelis.

## Postcommunio.

**S**ACRIFICIA, quæ sumpsimus, Dómine, pro sollemnitate sancti pontíficis tui Nicolái, sempiterna nos protectiōne cōseruent. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spíritus sancti Deus.

## I N F E S T O

*vij. Decemb.* Sancti Ambrosij Episcopi & confessoris ac doctoris Ecclesiæ.

## Introitus. 6.



*Ecl. 15.* **I**N medio ecclesiæ aperuit os eius: & impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus: stolam gloriæ induit eum.

*Psal. 91.* **Psalm.** Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime.

✠. Gloria patri.

## Oratio.

**D**EUS, qui pópulo tuo æternæ salútis beátum Ambrósium ministrum tribuísti: præsta quæsumus: vt, quem doctōrem vitæ habúimus in terris, intercessōrem habere mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

**Epistola.** Testificor coram Deo. *de communi Doctorum, pag. 26.*

**Graduale.** Ecce sacerdos magnus, *Ecl. 44.* qui in diebus suis placuit Deo.

✠. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.

**A**lleluia, alleluia. ✠. Iurauit Dominus, & non pænitebit eum: tu es sacerdos in æternum secúndum ordinem Melchisedech, alleluia. *Ps. 109.*

**Euangelium.** Vos estis sal terræ. *de communi Doctorum, pag. 26.*

Et dicitur Credo.

**Offertor.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Psal. 88.*

## Secreta.

**O**MNÍPOTÉS sempitérne Deus, múnera tuæ maiestáti oblata, per intercessiōnem beáti Ambrósij confessoris tui atque pontíficis, ad perpétuam nobis fac prouenire salútem. Per Dóminum.

**Communio.** Semel iuravi in sancto meo: semen eius in æternum manebit: & sedes eius sicut sol in conspectu meo: & sicut luna perfecta in æternum: & testis in cælo fidelis. *Psal. 88.*



**Postcommunio.**

**S**acramenta salutis nostrae suscipiens, concede, quaesumus omnipotens Deus: ut beati Ambrosij confessoris tui atque pontificis nos ubique oratio adiuuet: in cuius veneratiōne haec tuae obtulimus maiestati. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.

**I N F E S T O****Conceptionis beatæ Mariæ Virginis. Introitus. 2.**vij.  
Decemb.

Sedulius.



Alue sancta parens, enixa puerpera regē: qui cælum terramque regit in sæcula sæculorum.

Psalm. 44.

**Psalm.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. **ψ.** Gloria patri.

**Oratio.**

**F**amulis tuis, quaesumus, Domine, cælestis gratiæ munus impertire: ut, quibus beatæ Virginitatis partus extitit salutis exordium, Conceptionis eius votiuâ sollēmnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dominum.

**Lectio libri Sapientiæ.**

Prov. 8.

**D**ominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex anti-

quis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi: & ego iam concepta eram. Necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes graui mole constiterant. Ante omnes colles ego parturiēbar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando preparabat cælos, aderam. Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos. Quando æthera firmabat sursum: & librabat fontes aquarum. Quando circumdabat mari terminum suum: & legem ponēbat aquis, ne transirēt fines suos. Quando appendēbat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens. Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum: & deliciae meæ, esse cum filiis hominum. Nunc ergo filij audite me. Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes: & nolite abiicere eam. Beatus homo qui audit me: & qui vigilat ad fores meas quotidie: & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.

**Graduale.** Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris, inuenta es mater saluatoris.

**ψ.** Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo.

**A lle-**



**A**lleluia, alleluia. **✠** Felix es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia est te ortus est sol iustitiæ, alleluia.

**Inítium sancti euangélj secundum Matthæum.**

cap. 1.

**L**iber generatiónis Iesu Christi filij Dauid: filij Abraham. **¶** Abraham genuit Isaác: Isaác autē, genuit Iacob: Iacob autem, genuit Iudam & fratres eius: Iudas autē, genuit Phares & Zaram de Thamar. **¶** Phares autem, genuit Efron: Efron autem, genuit Aram: Aram autem, genuit Aminadab: Aminadab autem: genuit Naason. **¶** Naason autem, genuit Salmon: Salmon autem, genuit Booz de Raab: Booz autem, genuit Obeth ex Ruth: Obeth autem, genuit Iesse. **¶** Iesse autem, genuit Dauid regem: Dauid autem rex, genuit Salomōnem ex ea quæ fuit Vriæ. **¶** Salomon autem, genuit Roboám: Roboám autem, genuit Abíam: Abías autem, genuit Afa: Afa autem, genuit Iósaphat. **¶** Iósaphat autem, genuit Ioram: Ioram autē, genuit Ozíam: Ozías autem, genuit Ióathã: Ióathan autē, genuit Achaz. **¶** Achaz autē, genuit Ezechíam: Ezechías autem, genuit Manáffem: Manáffes autem, genuit Amon: Amon autem, genuit Iosiam. **¶** Iosias autem genuit Iechoníam & fratres

eius in transmigratióne Babylōnis. **¶** Et post transmigratiónem Babylōnis, Iechonías genuit Saláthiel: Saláthiel autem, genuit Zorobabél: Zorobabél autē, genuit Abiud: Abiud autē, genuit Eliachím. **¶** Eliachím autem, genuit Azor: Azor autem, genuit Sadoc: Sadoc autem, genuit Achim: Achim autē, genuit Eliud. **¶** Eliud autem, genuit Eleazár: Eleazár autem, genuit Mathan: Mathan autem, genuit Iacob. **¶** Iacob autem, genuit Ioseph virum Mariæ. **¶** De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

**Et dicitur Credo.**

**Offertorium.** **B**eata es virgo Maria, quæ omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit: & in æternum permanes virgo.

**Secreta.**

**V**irginítati tuí, Dómine, nobis succúrrat humanitas: vt, qui natus de vírgine, matris integritatem non mínuit, sed sacráuit: in Conceptiōnis eius sollémniis, nostris nos piáculis éxuens, oblatiōnem nostram sibi faciat accéptam Iesus Christus Dóminus noster. Qui tecum viuít.

**Præfatio de beata Virgine.** **E**t te in Conceptione.

**Communio.** **B**eata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt aterni patris filium.



## Postcommunio.

**S**umpsimus, Dómine, celebri-  
tatis annuæ votîua sacramén-  
ta: præsta, quæsumus: vt temporâ-  
lis vitæ nobis remédia præbeant,  
& æternæ. Per Dóminum.

<sup>x.</sup>  
*Decemb.* PRO COMMEMORATIONE  
**S. Melchiadis Papæ & martyris.**  
Oratio. Infirmi-  
tatem. cum sua  
Secreta, & Postcommunione, de  
communi vnus martyris pontifi-  
cis, pagina 2.

**I N F E S T O**  
**Sancti Damasi Papæ & confess.**  
Introitus. 3.



<sup>Ps. 131.</sup> Sacerdotes tui, Do-  
mine, induant iusti-  
tiâ, & sancti tui exul-  
tent: propter Dauid  
seruum tuum non a-  
uertas faciem Christi

<sup>ibidem.</sup> tui. **Psalm.** Memento Domine Da-  
uid: & omnis mansuetudinis eius,  
v. Gloria patri. Oratio.

**E**Xaudi Dñe preces nostras: &  
intercedente beato Damáso  
confessôre tuo atque pontífice, in-  
dulgentiam nobis tribue placâ-  
tus, & pacem. Per Dóminum.

**Léctio epístolæ beati Pauli**  
**apóstoli ad Hebræos.**

<sup>Cap. 7.</sup> **F**Ratres: Plures facti sunt sa-  
cerdotes secū dum legem, id-  
circo quòd morte prohiberentur

permanère. Iesus autem eo quòd  
máneat in ætérnum, sempitér-  
num habet sacerdotium. Vnde &  
saluâre in perpétuum potest, ac-  
cédens per semetípsum ad Deum,  
semper viuens ad interpellândum  
pro nobis. Talis enim decēbat vt  
nobis esset pón-  
tífex, sanctus, in-  
nocens, impollûtus, segregâ-  
tus à peccatôribus, & excélsior cæ-  
lis factus. Qui non habet quo-  
tidie necessitâtem ( quemâdmo-  
dum sacerdotes ) prius pro suis de-  
lictis hóstias offerre, deinde pro  
pópuli. Hoc enim fecit semel, se  
offeréndo, Dóminus noster Iesus  
Christus.

**Graduale.** Ecce sacerdos magnus, <sup>Ecl. 44.</sup>  
qui in diebus suis placuit Deo.

v. Non est inuentus similis illi, qui  
conseruaret legem excelsi.

**A**lleluia, alleluia. v. Tu es sacerdos <sup>Ps. 109.</sup>  
in ætérnum secundum ordinem Mel-  
chisedech, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélii**  
**secū dum Matthæum.**

**I**N illo tēpore: Dixit Iesus <sup>Cap. 24.</sup>  
discípulis suis: Vigilâte, quia  
nescitis qua hora Dóminus vester  
ventûrus sit. Illud autem scitôte,  
quóniam si sciret paterfamílias  
qua hora fur venîret: vigilâret vti-  
que, & non sineret pērfodi do-  
mum suam. Ideo & vos estôte pa-  
râti, quia nescitis qua hora filius  
hóminis ventûrus sit. Quis, putas,  
est fi-



est fidelis seruus & prudens, quem cōstituit dōminus super familiam suam, vt det illis cibum in tēpore? Beātus ille seruus, quem cūm uenerit dōminus eius, inuenerit sic faciētem. Amen dico uobis, quōniam super omnia bona sua constituet eum.

*Psal. 88.* **Offertor.** Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

**Secreta.**

**A** Ccepta tibi sit, quæsumus Dōmine sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore sanctōrum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxiliū. Per Dōminum nostrum.

*Mat. 25.* **Communio.** Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

**Postcommunio.**

**D**A, quæsumus Dōmine, fidelibus pōpulis, sanctōrum tuorum semper ueneratione lætari: & eorum perpētua supplicatione muniri. Per Dōminū nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate Spīritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculōrum. *R.* Amen.

## I N F E S T O

*xij.  
Decemb.***S. Lucie Virginis & martyris.****Introitus. 8.**

Dilexisti iustitiam, & *Psal. 44.* odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitie, præ confortibus tuis.

**Psal.** Eructauit cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea regi. *ψ.* Gloria patri.

**Oratio.**

**E**Xaudi nos Deus salutaris noster: vt, sicut de beata Lucie uirginis & martyris tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiāmur affectu. Per Dōminum nostrum Iesum Christum.

**Epist.** Qui gloriatur, in Domino gloriatur. *de cōmuni uirg. pag. 36.*

**Graduale.** Dilexisti iustitiam, & *Psal. 44.* odisti iniquitatē. *ψ.* Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitie.

**A**lleluia, alleluia. *ψ.* Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum, alleluia. *ibidem.*

**Euang.** Simile est regnum cælorum thesauro abscondito. *de cōmuni uirg. & mart. pag. 35.*

**Offertor.** Afferentur regi uirgines *Psal. 44.* post eam; proximæ eius afferentur tibi.

**Secreta.**

**A**Ccepta tibi sit, Dōmine, sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore sanctōrum: quorum se me-



se méritis percepisse de tribulatiō-  
ne cognoscit auxiliū. Per Dó-  
minum nostrum.

Psal. 118

**Communio.** Principes persecuti  
sunt me gratis, & à verbis tuis formi-  
davit cor meum: lætabor ego super  
eloquia tua, quasi qui inuenit spolia  
multa. **Postcommunio.**

**S**atiasti, Dómine, famíliam  
tuam munéribus sacris: eius,  
quæsumus, semper interuentiōne  
nos réfove, cuius sollémnia cele-  
brâmus. Per Dóminum nostrum.

xx.  
Decemb.

**IN VIGILIA S. THOMAE**  
dicitur **Missa.** Ego autem sicut oli-  
ua. de **Vigilia vnus apost. pag. 1.**  
cum commemorat. de **Aduentu:**  
& in ea seruetur rubrica in **Vigilia**  
**S. Andreæ** posita. Si autem hæc  
**Vigilia** venerit in **Quatuor tem-**  
**poribus,** de ea fit tantum **com-**  
**memoratio.**

xxi.  
Decemb.

**IN FESTO**  
**Sancti Thomæ apostoli.**  
**Introitus. 2.**

Psal. 138.



Ebdem.

**M**hi autem nimis ho-  
norati sunt amici tui  
Deus: nimis confor-  
tatus est principatus  
eorum. **Psal.** Do-  
mine probasti me, &  
cognouisti me: tu cognouisti sessio-  
nem meam, & resurrectionem meam.  
**Ps.** Gloria patri.

**Oratio.**

**D**A nobis, quæsumus, Dómi-  
ne, beáti apóstoli tui Thomæ  
sollemnitatibus gloriári: vt eius  
semper & patrocíniis subleuê-  
mur, & fidem cóngrua deuotiōne  
sectêmur. Per Dóminum.

**Lectio epístolæ beáti Pauli**  
**apóstoli ad Ephésios.**

**F**Ratres: Iam non estis hóspites <sup>Cap. 2.</sup>  
& aduenæ, sed estis ciues san-  
ctōrum & doméstici Dei, superæ-  
dificáti supra fundaméntum apo-  
stolōrum, & prophetārum, ipso  
summo angulári lápide Christo  
Iesu. In quo omnis edificatio con-  
strúcta, crescit in templum san-  
ctum in Dómino. In quo & vos  
coædificámini in habitaculū Dei,  
in spiritu sancto.

**Graduale.** Nimis honorati sunt <sup>Psal. 138.</sup>  
amici tui Deus: nimis confortatus est  
principatus eorum. **Ps.** Dinumerabo  
eos: & super arenā multiplicabuntur.  
**Alleluia, alleluia.** **Ps.** Gaudete iusti <sup>Psal. 32.</sup>  
in Domino: rectos decet collauda-  
tio, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélij**  
**secúndum Ioánnem.**

**I**N illo tēpore: Thomas vnus <sup>Cap. 20.</sup>  
de duódecim, qui dicitur Dídy-  
mus, non erat cū eis quando venit  
Iesus. Dixérūt ergo ei álij discípu-  
li. Vídimus Dóminum. Ille autem  
dixit eis. Nisi vídero in manibus  
eius fixûram clauōrum, & mittam  
dígi-



digitum meū in locum clauōrum, & mittam manum meam in latus eius: nō credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesus iānuis clausis, & stetit in medio, & dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuā, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidēlis. Respondit Thomas, & dixit ei. Dōminus meus & Deus meus. Dicit ei Iesus. Quia vidisti me, Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt & crediderunt.

Et dicitur **C**redo.

*psal. 18.* **Offertor.** In omnem terram exiit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. **Secreta.**

**D**ebitum tibi, Dōmine, nostre reddimus seruitutis, suppliciter exorantes: vt suffragiis beati Thomæ apōstoli tui, in nobis tua mūnera tueāris: cuius honorānda confessiōne, laudis tibi hōstias immolāmus. Per Dōminum nostrum Iesum Christum.

**Præfatio de Apostolis.**

*1540. 20.* **Communio.** Mitte manum tuam, & cognosce loca clauorum: & noli esse incredulus, sed fidelis.

**Postcommunio.**

**A**desto nobis misericors De⁹: & intercedente pro nobis beato Thoma apōstolo tuo, tua

circa nos propitiatus dona custodi. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuuit & regnat.

## FESTA IANVARIJ.

PRO COMMEMORATIONE xi. Ianuarj.

**S. Higinij Papæ & Mart. Oratio.**

**I**nfirmatē. cum sua Secreta, & Postcommunione, de communi vnus martyris pontificis, pag. 2.

**Tertia Oratio dicitur de sancta Maria. Deus qui salutis.**

IN FESTO S. HILARII xiiij. Ianuarj.

**Episcopi, & Confessoris. Missa. In**

medio ecclesiæ: de communi Doct. pagina 25. & in ea fit sequens commemoratio.

**Pro commemoratione S. Felicis in Pincis. Oratio.**

**C**oncēde, quæsumus, omnipotens Deus: vt ad meliōrem vitam, sanctōrum tuōrum exēpla nos prouocent: quatenus quorum sollēmnia agimus, etiam actus imitemur.

**Tertia Oratio dicitur de S. Maria. Deus qui salutis.**

**Secreta:**

**H**ostias tibi, Dōmine, beati Felicis mārtyris tui dicatas: mēritis benignus assūme: & ad perpētuum nobis tribue prouenire subsidium.

Postcom-



## Postcommunio.

**Q**uæsumus, Dómine, salutáribus repléti mystériis: vt beáti Felícis mártiris tui, cuius sollémnia celebrâmus, oratióibus adiuuémur.

¶ Si contingat festum S. Hilarij transferri in alium diem, non tamen prædicta cōmemoratio S. Felícis transfertur, sed de eâ fit suo die: quod & in alio sequenti festo, & in similibus semper seruatur.

## I N F E S T O

Sancti Pauli primi Eremitæ.

## Introitus. 1.



Vstus, vt palma, florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur: plátatus in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.

**P**salm. Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo altissime.   
 ✠. Gloria patri.

## Oratio.

**D**Eus, qui nos beáti Pauli confessoris tui ánnua sollempnitate lætificas: concède propítius: vt cuius natalitia cõlimus, etiã actiões imitémur. Per Dóminum.

Pro commemoratione S. Mauri Abbatis.

## Oratio.

**I**ntercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Mauri Abbatis comméndet: vt quod nostris mé-

ritis non valémus, eius patrocínio assequámur.

**Tertia de S. Maria.** Deus qui, salutis.

**Epistola.** Quæ mihi fuerunt lucra, de communi Confess. non Pontif. pagina 30.

**Graduale.** Iustus, vt palma, florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Domini.   
 ✠. Ad annunciandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

**Alleluia, alleluia.** ✠ Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in æternum ante Dominum, alleluia.

**Euangelium.** Confiteor tibi pater. de cõmuni plurimorum mártirum, paginazo.

**Offertor.** In virtute tua, Domine, lætabitur iustus: & super salutare tuũ exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei.

## Secreta.

**L**Audis tibi, Dómine, hóstias immolâmus, in tuõrũ commemoratiõne sanctõrum: quibus nos & præsentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dñm.

Pro commemoratione S. Mauri Abbatis. **Secreta.**

**P**Ræsta nobis, quæsumus, omnipotens Deus: vt nostræ humilitatis oblatio, & pro tuõrum tibi grata sit honõre sanctõrum, & nos corpore pariter & mente purificet.

Com-



Psal. 63.

**Communio.** **L**ætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

**Postcommunio.**

**R**efecti cibo potuque cælesti, Deus noster, te supplices exoramus: vt in cuius hæc commemoratione percépimus, eius muniamur & précibus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

**Pro commemoratione S. Mauri Abbatis.** **Postcommunio.**

**P**rotegat nos, Dómine, cum tui perceptiõne sacramenti, beatus Maurus Abbas pro nobis intercedendo: vt & conuersationis eius experiãmur insignia, & intercessiõnis ipsius percipiãmus suffragia.

**I N F E S T O**

**Sancti Marcelli Papæ & Martyris.**

**Introitus.** **I.**

xvi.  
Ianuarij.

Tatait ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum.

**Psal.** Memento

Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. **V.** Gloria patri.

**Oratio.**

**P**reces pópuli tui, quæsumus, Dómine, cleméner exaudi: vt beati Marcelli mártiris tui at-

que pontíficis méritis adiuuémur, cuius passiõne lætãmur. Per Dóminum nostrum.

**Epist.** **B**enedictus Deus. **de communi vnus mart. pont. pag. 4.**

**Graduale.** **I**nueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vixi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

**V.** Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei.

**A**lleluia, alleluia. **V.** Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, alleluia.

**Euangel.** **S**i quis vult venire post me. **de eodem communi, pag. 4.**

**Offertor.** **V**eritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

**Secreta.**

**S**uscipe, quæsumus, Dómine, múnera dignanter oblata: & beati Marcelli suffragantibus méritis, ad nostræ salutis auxiliũ: prouenire concède: Per Dóminum nostrum.

**Communio.** **D**omine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue bone, & fidelis: quia in pauca fúisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

**Postcommunio.**

**S**atiãsti, Dómine, familiã tuam munéribus sacris: eius, quæsumus, semper interuentiõne nos réfove,

Ecl. 45

Psal. 131.



réfoue , cuius sollémnia celebrâ-  
mus. Per Dóminum nostrum Ie-  
sum Christum filium tuum , qui  
tecum viuit & regnat in vnitáte  
Spíritus sancti Deus.

## Oratio.

**D**Eus, qui multitudinem gén-  
tiũ beáti Pauli apóstoli præ-  
dicatióne docuísti : da nobis, quæ-  
sumus: vt, cuius commemoratió-  
nem cólimus, eius apud te patro-  
cínia sentiámus.

xxvij.  
Ianuar.

**IN FESTO S. ANTONII**  
Abbatis. Missa. Os iusti. de côm.  
Abbatum. pag. 31. cum Euang.  
Sint lumbi vestri præcincti. de com-  
muni Confess. non pontif. pag. 28.

Pro commemoratione S. Priscæ  
virginis & martyris.

## Oratio.

**D**A, quæsumus, omnipotens  
Deus: vt, qui beátæ Priscæ  
virginis & mártiris tuæ natalítia  
cólimus, & ánnua sollempnitáte  
latémur, & tantæ fidei proficiã-  
mus exémplo. Per Dóminum.

xxviii.  
Ianuar.

**IN FESTO CATHEDRÆ**  
S. Petri, qua Romæ primum sedit.

## Introitus. 1.

Ecl. 45.



Tatuit ei Dominus  
testamētum pacis, &  
principem fecit eum:  
vt sit illi sacerdotij  
dignitas in æternum.

Ps. 131.

**Psalm.** Memento,  
Domine, Dauid: & omnis mansuetu-  
dinis eius. *v.* Gloria patri.

## Oratio.

**D**Eus, qui beáto Petro apósto-  
lo tuo, colláti cláuib<sup>9</sup> regni  
cæléstis, ánnimas ligánda, atque sol-  
uéndi, pontificium tradidísti: con-  
cède: vt intercessiõnis eius auxílio,  
à peccatõrum nostrõrum nexibus  
liberémur. Qui viuis.

¶ Et fit commemorat. de S. Paulo  
ante quascũque commemoratio-  
nes, etiam Dominicæ: quod & ser-  
uatur in commemorat. S. Petri,  
quæ fit in festo S. Pauli.

Lectio epístolæ beáti Pe-  
tri apóstoli.

**P**etrus Apóstolus Iesu Christi, <sup>cap. 1.</sup>  
Peléctis áduenis dispersiõnis  
Ponti, Galátie, Cappadócie, Asiæ,  
& Bithyniæ: secúndum præsciën-  
tiam Dei patris, in sanctificatiõ-  
nem spíritus, in obediéntiam &  
aspersiõnem ságuinis Iesu Chri-  
sti: grátia vobis, & pax multiplicê-  
tur. Benedíctus Deus & pater Dó-  
mini nostri Iesu Christi, qui se-  
cúndum magnam misericórdiam  
suam regeneráuit nos in spem vi-  
uam, per resurrectiõnẽ Iesu Chri-  
sti ex mórtuis, in hæreditátem in-  
corruptibilem, & incontaminá-  
tam, & immarcescibilem, conser-  
uátam in cælis in vobis, qui in vir-  
tute Dei custodimini per fidem, in  
salútem,



salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis: modicum nunc, si oportet, contristati in variis tentationibus: ut probatio vestrae fidei, multo preciosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelationem Iesu Christi Domini nostri.

*Ps. 106.* **Graduale.** Exaltent eum in ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum. *Ps.* Confiteantur Domino misericordiae eius, & mirabilia eius filiis hominum.

**Si festum Cathedrae venerit ante Septuagesimam, post Graduale**

*Mat. 16* **dicitur Alleluia, alleluia.** *Ps.* Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, alleluia.

**Si autem venerit post Septuagesimam, omisso Alleluia, & Versu,**

*Ibidem.* **dicitur sequens Tractus.** Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. *Ps.* Et portae inferi non praevalent aduersus eam: & tibi dabo claves regni caelorum.

*Ps.* Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis. *Ps.* Et quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis.

**Sequentia sancti euangelij secundum Matthaeum.**

*Cap. 16.* **I**n illo tempore: Venit Iesus in partes Caesareae Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens. Quem dicunt homines esse filium

hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptistam: alij autem Eliam: alij vero Hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus, dixit ei. Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in caelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam: & portae inferi non praevalent aduersus eam. Et tibi dabo claves regni caelorum. Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis. Et quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis.

**Et dicitur Credo.**

**Offertorium.** Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam: & portae inferi non praevalent aduersus eam: & tibi dabo claves regni caelorum. *Mat. 16*

**Secreta.**

**E**cclēsiae tuae, quaesumus Domine, preces & hostias beati apostoli tui Petri commendat oratio: ut, quod pro illius gloria celebramus, nobis proficit ad veniam. Per Dominum.

**Pro sancto Paulo. Secreta.**

**A**postoli tui Pauli precibus, Domine, plebis tuae dona sanctifica: ut, quae tibi tuo grata

b

sunt



sunt instituto, gratiōra fiant patrocīnio supplicantis.

*Pro commemoratione sanctæ Priscæ. Secreta.*

**H**ostiam, quæsumus, Dōmine, quam in sanctōrum tuōrum natalitiis. recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona concīliet. Per Dōminum nostrum.

*Præfatio de Apostolis.*

*2 part. 16.* **Communio.** Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiā meam.

*Postcommunio.*

**L**ætificet nos, Dōmine, munus oblātum: vt sicut in apōstolo tuo Petro te mirabilem prædicāmus, sic per illum tuæ sumāmus indulgentiæ largitatem. Per Dōminum nostrum.

*Pro sancto Paulo.*

*Postcommunio.*

**S**anctificāti, Dōmine, salutāri mystērio, quæsumus: vt pro nobis eius non desit oratio, cuius nos donāsti patrocīnio gubernāri.

*Pro commemoratione S. Priscæ.*

*Postcommunio.*

**Q**uæsumus, Dōmine, salutāribus replēti mystēriis: vt cuius sollēmnia celebrāmus eius, orationibus adiuuēmur. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit.

**SANCTORVM**  
Martyrum Marij, Marthæ, Audifacis, & Abachum.

*xix. Ianuarij.*

*Introitus. 6.*



Vsti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. *psal. 67*

**Psalms.** Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. *ibidem.* *v.* Gloria patri.

*Oratio.*

**E**xaudi, Dōmine, pōpulum tuum, cum sanctōrum martyrum tuōrum patrocīnio supplicāntem: vt & temporālis vitæ nobis tribuas pace gaudere, & æternæ reperire subsidium. Per Dōminum nostrum.

**Epistola.** Rememoramini pristinos dies. de cōmuni plurimorum martyrum, pagina 16.

**Graduale.** Iustorū animæ in manibus Dei sunt: & non tanget illos tormentū malitiæ. *v.* Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.

**Alleluia, alleluia.** *v.* Mirabilis Deus, noster in sanctis suis, alleluia.

**¶** Si hoc festum venerit post Septuagesimam, dicitur Tractus de cōmuni plurimorum martyrum. Quod & seruetur in sequentibus festis venientibus post Septuagesimam vsq; ad Dñicam Palmarum, nisi proprius Tractus assignetur.

*Euan-*



**Euangelium.** Sedente Iesu super montem Oliueti. **de eodem communi, pag. 16.**

**Offert.** Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

**Secreta.**

**P**reces, Domine, tuorum respice, oblationesq; fidelium: ut & tibi gratæ sint pro tuorum festiuitate sanctorum, & nobis conferat tuæ propitiatiõnis auxilium. Per Dominum.

**Communio.** Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur.

**Postcommunio.**

**S**anctorum tuorum, Domine, intercessiõne placatus, præsta, quæsumus: ut, quæ temporali celebramus actiõne, perpétua saluatiõne capiãmus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

acc.  
Ianuarij.

**I N F E S T O**  
**Sanctorum Martyrum Fabiani**  
**& Sebastiani.**

**Introitus. 3.**

Psal. 78.



ibidem.

**I**ntret in conspectu tuo, Domine, gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. **Psalm.** Deus venerunt gentes in

hæreditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.

**ψ.** Gloria patri & filio.

**Oratio.**

**I**nfirmitatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actiõnis grauat: beatorum martyrum tuorum Fabiani, & Sebastiani intercessiõ gloria nos protegat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Hebræos.**

**F**ratres: Sancti per fidem vicē-  
runt regna: operati sunt iustitiam: adepti sunt repromissiones: obturauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt aciem gladij: conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello: castra vertērunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autē distēti sunt: non suscipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alij verò ludibria & verbera experti, in super & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisiõne gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis: egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes in montibus & speluncis, & in cauernis terræ.



Et hi omnes testimonio fidei, probati inuenti sunt. In Christo Iesu Domino nostro.

*Ps. 107.* **Graduale.** Gloriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, facies prodigia. *Ps.* Dexteram tuam, Domine, glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos.

*Ps. 144.* **A**lleluia, alleluia. *Ps.* Sancti tui Domine benedicent te, gloriam regni tui dicent, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.**

*Cap. 6.* **I**n illo tempore: Descendens Iesus de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalém: & Maritima & Tyri & Sidonis, qui venerant ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabatur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat. Beati patres: quoniam vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis: quoniam saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & reprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die &

exultate: ecce enim merces vestra, multa est in celo.

**Offertor.** *Ps. 33.* **L**ætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine, beatorum martyrum tuorum Fabiani & Sebastiani dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidiū. Per Dominum nostrum.

**Communio.** *Luc. 6.* Multitudo languentium, & qui vexabantur à spiritibus immundis, veniebāt ad eum: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

**Postcommunio.**

**R**efecti participatione muneris sacri, quæsumus, Domine Deus noster: ut quorum exequimur cultum, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**I N F E S T O**

**Sanctæ Agnetis virginis & mart.**

**Introitus. 2.**

**M**expectauerunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua, Domine, intellexi; omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. *Ps. 118.*

**Psalms.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. *ibidem.*

*Ps.* Gloria patri.

**Oratio.**



## Oratio.

**O**Mnípotēs sempitérne Deus, qui infirma mundi éligis, vt fórtia queque confúndas: concède propítius: vt, qui beátæ Agnêtis vírginis & mártiris tuæ sollémnia cólimus, eius apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

**Epístola.** Confitebor tibi Domine rex. **de cōmuni virginum & martyrum, pag. 32.**

**Graduale.** Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in ætérnum. **ŷ.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

**Mat. 25** **Alleluia, alleluia.** **ŷ.** Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce, spōsus venit: exite obuiam Christo Domino, alleluia.

**Euangelium.** Simile est regnum cælorum decem virginibus, **de eodem communi, pag. 32.**

**Offertor.** Afferentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia, & exultatione: adducentur in templum regi Domino.

## Secreta.

**H**ostias, Dómine, quas tibi offerimus, propítius súscipe: & intercedente beáta Agnête vírgine & mártire tua, víncula peccatōrum nostrōrum absolue. Per Dóminum.

## Communio. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce, sponsus venit: exite obuiam Christo Domino.

tes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce, sponsus venit: exite obuiam Christo Domino.

## Postcommunio.

**R**efécti cibo pótuque cælesti, Deus noster, te súpplices exorámus: vt in cuius hæc commemoratiōne percépimus, eius muniamur & précibus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

IN FESTO SANCTORVM <sup>xxxij.</sup>  
Ianuar.

**martyrum Vincentij & Anastasij, Missa.** Intret in conspectu tuo. **de cōmuni plur. Martyrum, pag. 13.** **excepta Oratione, quæ dicitur, vt infra.**

## Oratio.

**A**Desto, quæsumus, Dómine, supplicatiōibus nostris: vt, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognóscimus, beatōrum mártirum tuōrum Vincéntij & Anastásij intercessiōne liberémur. Per Dóminum nostrum.

## Secreta.

**M**Vnera tibi, Dómine, nostræ deuotiōnis offerimus: quæ & pro tuōrum tibi grata sint honōre iustōrum, & nobis salutária te miserante reddántur. Per Dóminum nostrum.

## Postcommunio.

**Q**Væsumus, omnípotēs Deus: vt, qui cælestia aliménta percépimus,



cépimus, intercedéntibus beáteis  
martyribus tuis Vincétio & Ana-  
stasio, per hæc contra ómnia ad-  
uérſa muniámur. Per Dóminum.

xxij.  
Ianuarij.

SANCTAE EMERENTIANAE  
virginis & martyris dicitur Missa.  
Me expectauerunt peccatores. vt in  
communi virginũ & martyrum,  
pagina 34.

xxij.  
Ianuarij.

SANCTI TIMOTHEI  
Episcopi & martyris.  
Introitus. I.

Ecl. 45.



Pf. 291.

Tatuit ei Dominus  
testaméntum pacis, &  
principem fecit eum:  
vt sit illi sacerdotij  
dignitas in æternum.

**Psalm.** Memento,  
Domine, Dauid: & omnis mansuetu-  
dinis eius. **ÿ.** Gloria patri.

**Oratio.**

**I**nfirmítatem nostram réspice  
omnípotens Deus: & quia pon-  
dus própriae actiõnis grauat, beáti  
Timóthei mátyris tui, atque pon-  
tíficis intercésſio gloriõsa nos pró-  
tegat. Per Dóminum.

**Léctio epístolæ beáti Pauli  
apóstoli ad Timótheum.**

1. cap. 6.

**C**aríssime: Sectâre iustítiam,  
pietâtem, fidem, charitâtem,  
patiéntiam, máfuetúdinem. Certa  
bonum certâmen fidei: apprehén-  
de vitam ætérnam, in qua vocâtus

es, & confessus bonam confessiõ-  
nem coram multis téstibus. Præcí-  
pio tibi coram Deo, qui viuíficat  
ómnia: & Christo Iesu, qui testi-  
mónium réddidit sub Póntio Pi-  
láto bonam cõfessiõnem: vt serues  
mandátũ sine mácula, irreprehen-  
sibile vsq; in aduéntum Dñi nostri  
Iesu Christi. Quem suis tempõri-  
bus osténdet beátus & solus potēs,  
rex regum & dóminus dominán-  
tiũ: qui solus habet immortalitãtẽ,  
& lucem hábitat inaccessibilem:  
quem nullus hóminum vidit, sed  
nec videre potest: cui honor & im-  
périum sempitérnum, Amen.

**Graduale.** Inueni Dauid seruum psal. 39.  
meum: oleo sancto meo unxi eum:  
manus enim mea auxiliabitur ei: &  
brachium meum confortabit eum.

**ÿ.** Nihil proficiet inimicus in eo: &  
filius iniquitatis non nocebit ei.

**Alleluia, alleluia.** **ÿ.** Tu es sacerdos ps. 109.  
in æternum secundum ordinem Mel-  
chisedech, alleluia.

**Si dicendus sit Tractus, requira-  
tur in communi vnus martyris  
pontif. Desiderium animæ, pag. 3.**

**Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Lucam.**

**I**n illo tẽpore: Dixit Iesus tur- Cap. 14.  
bis. Si quis venit ad me, & non  
odit patrem suum, & matrem, &  
vxõrem & filios, & fratres, & sorõ-  
res, adhuc autem & animã suam:  
non potest meus esse discípulus.

Et qui



Et qui non báiuulat crucem suam, & venit post me: non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificâre, non prius sedēs cõputat sumptus qui necessarij sunt, si hábeat ad perficiendum: ne postquam posuerit fundaméntũ, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipient illũdere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificâre, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellũ aduersus alium regem, non sedens prius cõgitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alióquin, adhuc illo longè agente, legatiõnem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renúnciat omnibus quæ possidet: non potest meus esse discipulus.

*Psal. 88.* **Offert.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Dõmine, beati Timõthei mârtyris tui atque pontificis dicâtas mēritis benignus assũme: & ad perpétuum nobis tríbue prouenire subsidiũ. Per Dõminum nostrum.

*ibidem.* **Communio.** Semel iuravi in sancto meo: semen eius in æternum manebit: & sedes eius sicut sol in conspectu meo: & sicut luna perfecta in

æternum: & testis in cælo fidelis.

**Postcommunio.**

**R**efecti participatiõne múnere sacri, quæsumus, Dõmine Deus noster: vt, beati Timõthei mârtyris tui atque põtificis, cuius exequimur cultum, sentiãmus effectum. Per Dõminum.

**IN CONVERSIONE** xxv. Ianuarij.

**Sancti Pauli Apostoli.**

**Introitus. I.**



Cio: cui credidi: & 2. Tim. 1 certus sum, quia potens est depositum meũ seruare in illum diem, iustus iudex.

**Psalmus.** Domine Ps. 138.

probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. **V.** Gloria.

**Oratio.**

**D**eus, qui vniuersum mũdum beati Pauli apõtoli prædicatione docuisti: da nobis, quæsumus: vt, qui eius hõdie conuersiõnem cõlimus, per eius ad te exempla gradiãmur. Per Dõminum nostrum Iesum Christum.

**Et fit commemor. de sancto Petro.**

**Oratio.**

**D**eus, qui beato Petro apõtolo tuo, collãtis clãuib<sup>9</sup> regni cælëstis, animas ligãndi, atque soluëndi pontificium tradidisti: concède: vt intercessiõnis eius auxiliõ,



à peccatôrum nostrôrum nexibus liberêmur. Qui viuis.

**Lectio Actuum apostolorum.**

Cap. 9.

**I**N diêbus illis : Saulus adhuc spîrans minârum , & cædis in discipulos Dñi , accessit ad principem sacerdotum , & pètiit ab eo epîstolas in Damâscum ad synagogas : vt, si quos inuenisset huius viæ viros, ac mulieres, vincîtos perduceret in Hierusalém . Et cùm iter faceret, còntigit, vt appropinquâret Damâscò : & súbitò circumfúlsit eum lux de cælo : & cadens in terram, audíuit vocem dicentem sibi. Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit. Quis es Dómine? Et ille. Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stímulum calcitrâre. Et tremens ac stupens, dixit. Dómine, quid me vis facere. Et Dóminus ad eum. Surge, & ingredere ciuitatem : & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Viri autê illi, qui comitabantur cum eo, stabât stupefacti, audiéntes quidem vocem, néminem autem vidétes. Surrexit autem Saulus de terra, apértisque óculis nihil vidêbat. Ad manus autem illũ trahéntes, introduxerunt Damâscum. Et erat ibi tribus diêbus non vidês, & non manducâuit, neq; bibit. Erat autem quidam discipulus Damâsci, nómine Ananías : & dixit ad illum in visu

Dóminus. Ananía. At ille ait. Ecce ego, Dómine. Et Dóminus ad illum. Surge, & vade in vicum, qui vocâtur Rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nómine Tharsensem. Ecce enim orat. (Et vidit virum Ananiám nómine, introeuntem, & imponentem sibi manus, vt visum recípiat. ) Respondit autem Ananías. Dómine, audíui à multis de viro hoc, quanta mala sanctis tuis fécerit in Hierusalém. Et hic habet potestâtẽ à principibus sacerdotum alligandi omnes, qui ínucant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dóminus. Vade, quóniam vas electiõnis mihi est iste, vt portet nomẽ meum coram gèntibus & régibus, & filiis Israél. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eũ pro nómine meo pati. Et abiit Ananías ; & introiuit in domum : & imponens ei manus, dixit. Saule frater, Dóminus Iesus misit me, qui apparuit tibi in via, qua veniébas; vt vídeas, & impleâris spîritu sancto. Et confestim ceciderunt ab óculis eius tanquam squamæ: & visum recêpit. Et surgens baptizâtus est. Et cùm accepisset cibum, confortâtus est. Fuit autem cum discipulis, qui erant Damâsci, per dies aliquot. Et còtinuò ingressus in synagogas, prædicâbat Iesum: quóniam hic est filius Dei. Stupébant autem omnes,

qui



qui eum audiébant, & dicébant. Nónne hic est, qui expugnábatur in Hierusalém eos, qui inuocábant nomen istud? & huc ad hoc venit, vt vinctos illos dúceret ad príncipes Sacerdótum? Saulus autem multò magis conualescébat, & confundébat Iudæos, qui habitábant Damásci, affirmás quóniam hic est Christus.

*Gal. 2.* **Graduale.** Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est & mihi inter gétes: & cognouerút gratiam Dei, quæ data est mihi. *ψ.* Gratia Dei in me vacua nō fuit: sed gratia eius semper in me manet.

*Aff. 9.* **A**lleluia, alleluia. *ψ.* Tu es vas electionis, sancte Paule apostole: ora pro nobis, alleluia.

**Sequens Tractus dicitur, si hoc festum venerit post Dominicam Septuagesimæ.** Tu es vas electionis sancte Paule apostole: verè dignè es glorificandus. *ψ.* Prædicator veritatis, & doctor gentium in fide, & veritate. *ψ.* Per te omnes gentes cognouerunt gratiam Dei. *ψ.* Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit.

**Sequéntia sancti euangélj secundum Matthæum.**

*Cap. 10.* **I**n illo tēpore: Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus ómnia, & secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quòd vos, qui secúti estis me, in regene-

ratione cūm séderit filius hóminis in sede maiestátis suæ, sedébitis & vos super sedes duódecim, iudicántes duódecim tribus Israél. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut vxórem, aut filios, aut agros, propter nomen meum: centuplum accípiet, & vitam ætérnam possidébit.

**Et dicitur Credo.**

**Offertor.** Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. *Pf. 138.*

**Secreta.**

**A**postoli tui Pauli précibus, Dñe, plebis tuæ dona sanctifica: vt, quæ tibi tuo grata sunt institúto, gratiòra fiant patrocínio supplicántis. Per Dóminum.

**Pro sancto Petro. Secreta.**

**E**cclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, preces & hóstias beati apóstoli tui Petri commēdet oratio: vt, quòd pro illius glória celebrámus, nobis profit ad véniam. Per Dóminum.

**Præfatio de Apostolis.**

**Communio.** Amen dico vobis: *Matt. 19* quòd vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

**Postcommunio.**

**S**anctificáti, Dómine, salutári mystério, quæsumus: vt pro nobis eius non desit oratio, cuius



nos donâsti patrocínio gubernári.  
Per Dóminum nostrum.

*Pro sancto Petro.*

*Postcommunio.*

**L**ætíficet nos, Dómine, munus  
tuo Petro, te mirábilem prædicâ-  
mus: sic per illum, tuæ sumâmus  
indulgéntiæ largitâtem. Per Dó-  
minum nostrum.

xxvi.  
Ianuarij.

**SANCTI POLYCARPI**  
*Episcopi & martyris.*

*Introitus. 6.*

Dan. 3.



ibidem.

Acerdotes Dei be-  
nedicite Dominû:  
sancti, & humiles  
corde laudate Deû.

*Pfalm.* Benedicite  
omnia opera Do-

mini Domino: laudate, & superexal-  
tate eum in sæcula. *ÿ.* Gloria.

*Oratio.*

**D**Eus, qui nos beati Polycârpi  
martyris tui atque pontífi-  
cis, ánnua sollemnitate lætíficas:  
concède propítius: vt cuius nata-  
lita cólimus, de eíusdem étiam  
protectiõne gaudeâmus. Per Dó-  
minum nostrum.

*Lectio epístolæ beati Ioán-  
nis apóstoli.*

i. cap. 3.

**C**aríssimi: Omnis, qui non est  
iustus, non est ex Deo, & qui  
non diligit fratrem suum. Quóniam  
hæc est annunciatio, quam audí-

stis ab initio: vt diligatis alterutrû.  
Non sicut Cain qui ex maligno  
erat: & occidit fratrem suum. Et  
propter quid occidit eum? Quóniam  
opera eius maligna erant:  
fratris autem eius, iusta. Nolite  
mirari fratres, si odit vos mundus.  
Nos scimus quóniam translati su-  
mus de morte ad vitam: quóniam  
diligimus fratres. Qui non diligit:  
manet in morte. Omnis, qui odit  
fratrem suum: homicida est. Et  
scitis, quóniam omnis homicida  
non habet vitam æternam in se  
manentem. In hoc cognouimus  
charitatem Dei: quóniam ille ani-  
mam suam pro nobis posuit: &  
nos debemus pro fratribus ani-  
mas pónere.

*Graduale.* Gloria & honore coro-  
nasti eum: *ÿ.* Et constituisti eum super  
opera manuum tuarum Domine.

*Alleluia, alleluia.* *ÿ.* Hic est Sa-  
cerdos, quem coronauit Dominus,  
alleluia.

*Tractus si dicendus sit, de com-  
muni vnus martyris pontificis.*

*Beatus vir. pag. 4.*

*Sequencia sancti euangélij  
secundum Matthæum.*

**I**n illo tempore: Dixit Iesus di-  
scípulis suis. Si quis vult venire  
post me, abneget semetipsum, &  
tollat crucem suam, & sequatur  
me. Qui enim voluerit animam  
suam saluam facere, perdet eam.

Qui



Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si uniuersum mundum lucratur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum opera sua.

Psal. 88.

**Offertor.** Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

**Secreta.**

**M**Vnera tibi, Domine, dicata sanctifica: & intercedente beato Polycarpo martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum.

Psal. 20.

**Communio.** Posuisti, Domine, in capite eius coronam de lapide pretioso.

**Postcommunio.**

**H**Æc nos communitio, Domine, purget à crimine: & intercedente beato Polycarpo martyre tuo atque pontifice, cælestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

## I N F E S T O

**S. Ioannis Chrysoptomi Episcopi & conf. Introitus. 6.**



**I**N medio ecclesiæ aperuit os eius: & impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus: stolam gloriæ induit eum.

**Psal.** Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime.

**V.** Gloria patri.

**Oratio.**

**E**Cclésiã tuam, quæsumus, Domine, grãtia cælestis amplificet: quam beati Ioãnis Chrysoptomi confessõris tui atque pontificis, illustrãre uoluisti gloriõsis mæritis, & doctrinis. Per Dominum nostrum.

**Epistola.** Testificor coram Deo de communi Doctorum, pag. 26.

**Graduale.** Ecce sacerdos magnus, Ecl. 4.4. qui in diebus suis placuit Deo.

**V.** Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.

**A**lleluia, alleluia. **V.** Beatus uir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, alleluia. Iacob. 1.

**Post Septuagesimam. Tractus.** Beatus uir, qui timet Dominum. de communi Doctorum, pag. 26.

**Euangelium.** Vos estis sal terræ. de eodem communi, pag. 26.

Et dicitur **C**redo.

**Offertor.** Iustus, ut palma, florebit: Psal. 92. sicut



sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur.

**Secreta.**

**S**Ancti pontificis tui Ioannis Chrysostomi nobis Dómine pia non desit oratio: quæ & múnera nostra concíliet, & tuam nobis indulgētiā semper obtíneat. Per Dóminum nostrum.

**Communio.** Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram.

**Postcommunio.**

**V**T nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem: beátus Ioannes Chrysostomus, pónitex tuus, & doctor egrégius, quæsumus, precátor accédât. Per Dóminum nostrum.

xxviij.  
Ianuar.

**SANCTÆ AGNETIS**  
**secundo. Introitus. 2.**

Psal. 44



Vltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, adducuntur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi in lætitia,

ibidem.

& exultatione. **Psal.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. **Ps.** Gloria patri.

**Oratio.**

**D**Eus, qui nos ánnua beátæ Agnētis vírginis & mártiris tuæ sollempnitáte lætíficas: da, quæsumus: vt, quam venerámur offi-

cio, etiã piæ conuersatiōnis sequámur exémplo. Per Dóminum.

**Epistola.** Qui gloriatur. **de communi virginum, pag. 36.**

**Graduale.** Specie tua & pulchritudine tua: intende, prosperè procede, & regna. **Ps.** Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

**Alleluia, alleluia.** **Ps.** Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia, alleluia.

**Post Septuagesimam Tractus.**

**Audi filia. de communi virg. 36.**

**Euangelium.** Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. **de eodem communi, pag. 35.**

**Offertor.** Diffusa est gratia in laeibus tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi.

**Secreta.**

**S**Vper has quæsumus, Dómine, hóstias, benedictio copiōsa descēdat: quæ & sanctificatiōnem nobis clemēter operētur: & de mártirum nos sollempnitáte lætíficet. Per Dóminum.

**Communio.** Simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam.

**Postcommunio.**

**S**Vmpsimus, Dómine, celebritatis ánnuæ votíua sacramenta: præsta quæsumus: vt & temporális



râlis vitæ nobis remédia præbeant,  
& æternæ. Per Dóminum no-  
strum Iesum Christum.

## FESTA FEBRUARII.

## I N F E S T O

S. Ignatij Episcopi &amp; martyris.

Introitus. 2.

Die 1.  
Februarj.

Galat. 5.



Ihi auté absit gloriari,  
nisi in cruce Domini  
nostri Iesu Christi: per  
quem mihi mundus  
crucifixus est, & ego

mundus. *Psal.* Memento Domine  
Dauid, & omnis mansuetudinis eius.

̄. Gloria patri. *Oratio.*

**D**Eus, qui nos beati Ignatij  
martyris tui, atq; pontificis  
annua sollempnitâte lætificas: con-  
cède propitius: vt cuius natalitia  
columus, de eiusdem etiã prote-  
ctiõne gaudeamus. Per Dñm.

*Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Romanos.*

**F**Ratres: Quis nos separabit à  
charitate Christi? Tribulatio,  
an angustia, an fames, an nuditas,  
an periculum, an persecutio, an gla-  
dius? (Sicut scriptum est: Quia pro-  
pter te mortificamur tota die; æsti-  
mati sumus, sicut oves occisionis.)  
Sed in his omnibus superamus pro-  
pter eum, qui dilexit nos. Certus  
sum enim: quia neq; mors, neque  
vita, neq; angeli, neq; principatus,

neque virtutes, neque instantia,  
neque futura, neque fortitudo, ne-  
que altitudo, neque profundum,  
neque creatura alia poterit nos se-  
parare à charitate Dei, quæ est in  
Christo Iesu Domino nostro.

*Graduale.* Ecce sacerdos magnus, *Ecl. 44.*  
qui in diebus suis placuit Deo.

̄. Non est inuentus similis illi, qui  
conseruaret legem excelsi.

*Alleluia, alleluia.* ̄. Christo confixus  
sum cruci: viuo ego, iam non ego; vi-  
uit verò in me Christus, alleluia.

*Post Septuagesimam, Tractus.*

*Desiderium animæ eius. vt in com-  
muni martyris pontificis, pag. 3.*

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.*

**I**N illo tempore: Dixit Iesus disci- *Cap. 12.*  
pulis suis. Amen, amen dico vo-  
bis. Nisi granum frumenti cadens  
in terram, mortuum fuerit: ipsum  
solum manet. Si autem mortuum  
fuerit: multum fructum affert. Qui  
amat animam suam, perdet eam:  
& qui odit animam suam in hoc  
mundo, in vitam æternam custodit  
eam. Si quis mihi ministrat, me  
sequatur: & vbi ego sum, illic &  
minister meus erit. Si quis mihi  
ministrauerit, honorificabit eum:  
pater meus, qui est in cælis.

*Offertor.* Gloria & honore coro- *psal. 82.*  
nasti eum: & constituisti eum super  
opera manuum tuarum Domine.

Secre-



## Secreta.

**M**Vnera tibi, Dómine, dicata sanctífica : & intercedente beato Ignatio mártire tuo , atque pontífice per éadem nos placatus inténde. Per Dóminum.

**Communio.** Frumentum Christi sum , dentibus bestiarum molar , vt panis mundus inueniar.

## Postcommunio.

**H**Æc nos commúnio , Dñe , purget à crimine : & intercedente beato Ignatio mártire tuo , atque pótífice , cæléstis remédij faciát esse confórtes. Per Dóminum.

## I N F E S T O

## Purificationis beatæ Mariæ.

¶ Si hoc festum venerit in Dominicis Septuagesimæ , Sexagesimæ , & Quinquagesimæ , fiat tantum candelarum benedictio , distributio , & processio : & dicitur Missa de Dominica : Missa verò festi transfertur in sequentem diem.

¶ Finita Tertia , Sacerdos indutus pluuiali violaceo , vel sine casula , cum ministris indutis procedit ad benedicendum candelas in medio ante altare positas , dicendo in tono quo dicuntur Orationes per horas diei , Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.*

**D**omine sancte , pater omnipotens , éterne Deus , qui ómnia ex nihilo creásti : & iussu tuo

per ópera apum , hunc liquorem ad perfectiõnem cerei euenire fecísti : & qui hodierna die petitiõne iusti Simeõnis implèsti : te humiliter deprecámur : vt has candelas ad vsus hóminum , & sanitatem corporum & animarum , siue in terra , siue in aquis , per inuocatiõne tui sanctíssimi nóminis , & per intercessiõnem beatæ Mariæ semper virginis , cuius hodie festa deuotè celebrátur : & per preces ómnium sanctórum tuórum , bene ✠ dicere , & sancti ✠ ficare dignèris : & huius plebis tuæ , quæ illas honoríficè in mánibus desiderat portare , teque cantando laudare : exaudias voces de cælo sancto tuo , & de sede maiestatis tuæ : & propítius sis ómnibus clamántibus ad te : quos redemísti precioso sanguine filij tui . Qui tecum viuit & regnat in vnitáte spíritus sancti , Deus : per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

*Oremus.* *Oratio.*

**O**Mnípotés sempitérne Deus : qui hodierna die vnigenitú tuú vlnis sancti Simeõnis in templo sancto tuo suscipiendum præsentásti : tuá súpplices deprecámur cleméntiam : vt has candelas , quas nos tui famuli , in tui nóminis magnificéntia suscipiéntes , gestare cúpimus luce accénstas : bene ✠ dicere , & sancti ✠ ficare , atque lumine supérnæ benedictiõnis accéndere :



céndere dignêris: quâtenus eas tibi Dómino Deo nostro offerendo, digni, & sancto igne dulcissimæ charitatis tuæ succénsi, in templo sancto glóriæ tuæ repræsentâri mereâmur. Per eúndem Dóminum nostrum. *R.* Amen.

O remus.

**D**omine Iesu Christe, lux vera; qui illúminas omnem hóminem veniéntem in hunc mundum: effúnde bene ✠ dictionem tuam super hos céreos: & sancti ✠ifica eos lúmine grátia tuæ: & concède propítius: vt sicut hæc luminária igne visibili accénsa, noctúrnas depéllunt ténebras: ita corda nostra inuisibili igne, id est, sancti spíritus splendóre illustrâta, ómnium vitiórum cæcitate cáreant: vt purgátio mentis óculo, ea cernere possimus, quæ tibi sunt plácita, & nostræ salutí sunt vtilia: quâtenus post huius sæculi caliginósa discrimina, ad lucem indeficientem perueníre mereâmur: Per te Christe Iesu saluátor mundi, qui in Trinitâte perfécta viuis & regnas, Deus: per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

O remus.

**O**Mnípotés sempitérne Deus, qui per Móysen famulum tuum, puríssimum ólei liquórem ad luminária ante cospéctum tuum iúgiter cócinnânda præparâri ius-

sisti: bene ✠ dictionis tuæ grátiam super hos céreos benignus infúnde: quâtenus sic adminístrent lumen extérius, vt te donante, lumen spíritus tui, nostris non desit mētibus intérius. Per Dóminum. in vnitâte eiúsdem. *R.* Amen.

O remus.

**D**omine Iesu Christe: qui hodiérna die in nostræ carnis substántia inter hómines apparés, à parētibus in templo es præsentâtus: quem Símeon venerábilis senex, lúmine spíritus tui irradiátus, agnôuit, fuscêpit, & benedixit: præsta propítius: vt, eiúsdé spíritus sancti grátia illuminâti atque edócti, te veráciter agnoscamus, & fideliter diligâmus: Qui cum Deo patre in vnitâte eiúsdem spíritus sancti viuis & regnas, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

**¶ Completa benedictione, Celebrans aspergit candelas aqua benedicta, & adolet incenso: deinde dignior ex clero accedit ad altare, & ab eo Celebrans accipit candelam accensam non genuflectens, nec osculans manum illius. Postea Celebrans distribuit candelas accensas: primum digniori à quo ipse acceperat: deinde Diacono & Subdiacono paratis, & aliis per ordinem: omnibus genuflectētibus, & manum Celebrantis osculanti-bus, exceptis Prælatis, vbi aderunt,**

Et cum



Et cum incœperit distribuere, à choro cantatur Añã. **L**umen ad reuelationem gētium: & gloriam plebis tuæ Israel. **Canticum.** **N**unc dimittis. Ita quòd post quemlibet versum Cantici, & post Gloria patri, & Sicut erat, repetatur tota Añã, **L**umen ad reuelationem.

**His expletis cantatur Añã.**

**E**xurge Domine, adiuua nos: & libera nos, propter nomē tuum.

*Psal. 43.* **P**salm. Deus auribus nostris audiui-  
mus: patres nostri annunciauerunt  
nobis. **V.** Gloria patri. **Et repetitur**  
**E**xurge Domine. **Deinde dicat Sa-**  
**cerdos, O** remus. **Et Diaconus** (si  
tamen infra Septuagesimam eue-  
nerit,) dicat, **F**lectamus genua. **Sub-**  
**diaconus, Leuate. Oratio.**

**E**xaudi, quæsumus, Dómine,  
plebem tuam: & quæ extrín-  
secus annua tribuis deuotiõne ve-  
nerári, intérius ássequi grátia tuæ  
luce concède. **Per Christum Dó-**  
**minum nostrum. R.** Amen.

**Deinde fit processio: posito in**  
**thuribulo incenso per Celebran-**  
**tem, præcedit thuriferarius cum**  
**thuribulo fumigãte, deinde defe-**  
**rens crucē medius inter duos aco-**  
**luthos cum candelabris accensis:**  
**sequitur clerus per ordinem, vlti-**  
**mo Celebrans cum ministris in**  
**paramentis violaceis, omnes cum**  
**candelis accensis: & interim can-**  
**tantur Antiphonæ sequentes.**

### Antiphona.

**A**dorna thalamum tuum Sion, & suscipe regem Christum: amplectere Mariam, quæ est cælestis porta: ipsa enim portat regem gloriæ noui lumi- nis: subsistit virgo, adducens manibus filium, ante Luciferum genitū: quem accipiens Simeon in vlnas suas, præ- Luc. 2. dicauit populis, Dominum eum esse vitæ & mortis, & saluatorem mundi.

### Alia Antiphona.


**R**esponsum accepit Simeon à Spi- ibidem.  
ritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini: & cum inducerent puerum in templum, accepit eum in vlnas suas: & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum, Domine, in pace. **V.** Cum inducerent puerum Iesum parêtes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: ipse accepit eum in vlnas suas.

**Et ingrediendo Ecclesiam, can-**  
**tatur R.** **O**btulerunt pro eo Domi- ibidem.  
no par turturum: aut duos pullos col-  
lumbarum. Sicut scriptum est in lege  
Domini. **V.** Postquam impleti sunt  
dies purgationis Mariæ, secundum le-  
gem Moyfi, tulerunt illum in Hieru- Leui. 12.  
salem: vt sifterent eum Domino. Sicut  
scriptum. **V.** Gloria patri, & filio, &  
spiritui sancto. Sicut scriptum.

**Finita processione, Celebrans &**  
**ministri depositis violaceis, acci-**  
**piunt paramenta alba pro Missa.**



IN FESTO PURIFICATIONIS  
B. MARIÆ AD MISSAM.



## Introitus. I.

## Oratio.



Vscipimus, Deus,  
misericordiam tuam,  
in medio templi tui:  
secūdm nomen tuū,  
Deus; ita & laus tua  
in fines terræ: iustitia  
plena est dextera tua.

*Psal.* Magni Dominus & lau-  
dabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in  
monte sancto eius. *V.* Gloria.

**O**Mnipotēs sempitērne Deus,  
maiestātem tuam sūpplices  
exorāmus, vt, sicut vnigēnitus fi-  
lius tuus hodiērna die cum nostræ  
carnis substātia in templo est præ-  
sentātus; ita nos faciās purificātis  
tibi mētibus præsentāri. Per eūnd.

## Lectio Malachie prophete.

**H**Æc dicit Dōminus Deus. *cap. 3.*  
Ecce, ego mitto angelum  
meum:



meum : & præparabit viam ante faciem meam . Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis : & angelus testaménti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dóminus exercítuum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad vidéndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullónum. Et sedébit conflans, & emúndans argéntum: & purgábit filios Leui: & colábit eos quasi aurum, & quasi argéntum: & erunt Dómino offerentes sacrificia in iustitia. Et placébit Dómino sacrificium Iuda & Hierusalém, sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui. Dicit Dóminus omnipotens.

*Psal. 47.* **Graduale.** **S**uscipimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ. **V.** Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.

**A**lleluia, alleluia. **V.** Senex puerum portabat, puer autem senem regebat, alleluia.

**Sequens Tractus dicitur, si hoc festum venerit post Dominicam Septuagesimæ. Tractus.** **N**unc dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace. **V.** Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

**V.** Quod parasti ante faciem omnium populorum. **V.** Lumen ad re-

uelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

**Sequéntia sancti euangélj  
secúndum Lucam.**

**I**n illo tempore: Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Móysi: tulérunt Iesum in Hierusalém, vt sisterent eum Dómino (sicut scriptum est in lege Dñi, Quia omne masculinum adaperiēs vuluam, sanctum Dómino vocabitur.) Et vt darent hóstiam, secundum quod dictum est in lege Dómini, partúrturum, aut duos pullos columbárum. Et ecce, homo erat in Hierusalém, cui nomen Símeon: & homo iste iustus & timorátus, expéctans consolatióem Israél: & Spíritus sanctus erat in eo. Et respónsum accéperat à Spíritu sancto, nō visúrurum se mortem, nisi prius vidéret Christum Dómini. Et venit in spiritu in templū. Et cum inducerét puerum Iesum paréntes eius, vt facerent secundum cōsuetúdinem legis pro eo: & ipse accépit eum in vlnas suas: & benedixit Deum, & dixit. Nūc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum, in pace. Quia viderunt óculi mei, salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populórum. Lumen ad reuelationem géntium, & glóriam plebis tuæ Israél.

**Et dicitur C**redo.

**Offer-**



Psal. 44

**Offertor.** Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi.

**Secreta.**

**E**Xaudi, Dómine, preces nostras: & vt digna sint múnera, quæ óculis tuæ maiestátis offerimus, subsidium nobis tuæ maiestátis impénde. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit.

**Præfatio de Natiuitate Domini.**

**Q**uia per incarnati verbi.

Luc. 2.

**Communio.** Responsum accepit Simeon à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus, Dómine Deus noster: vt sacrosancta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munimine contulisti, intercedente beata Maria semper vírgine, & præsens nobis remédium esse facias, & futúrum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum.

**R.** Amen.

19.  
Febru.

**SANCTI BLASII EPISCOPI & martyris, Missa.** Sacerdotes Dei. vt in cõmuni vnus martyris pontificis, pag. 3.

I N F E S T O

**S. Agathæ virginis & martyris.**

**Introitus.** 1.



Audeamus omnes in Domino, diē festum celebrantes, sub honore beatæ Agathæ martyris: de cui<sup>9</sup> passione gaudent angeli,

& collaudant filium Dei.

**Psal.** Eructauit cor meum verbum Psal. 44 bonum: dico ego opera mea regi.

**ψ.** Gloria patri.

**Oratio.**

**D**Eus, qui inter cætera potentia tuæ miracula, étiam in sexu frágili victóriam martyrij cõtulisti: concède propítius: vt, qui beatæ Agathæ vírginis & mártiris tuæ natalitia cõlimus, per eius ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum.

**Lectio epístolæ beati Pauli apóstoli ad Corinthios.**

**F**Ratres: Videte vocatiõnẽ 1. cap. 2. vestram: quia non multi sapientes secúndum carnem, non multi potentes: non multi nóbiles: sed quæ stulta sunt mûdi, elêgit Deus, vt confundat fórtia: & ignobília mundi, & contemptibília elêgit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrúeret: vt non gloriêtur omnis caro in cõspéctu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu: qui factus est nobis sapiéntia, & iustítia, & sanctificatio,

c 2

& re-



& redemptio: vt, quem admodum scriptum est, qui gloriatur, in Domino gloriatur.

*Psal. 45.* **Graduale.** **A** diuuabit eam Deus vultu suo: Deus in medio eius non commouebitur. *Idem.* **V.** Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.

**Si venerit ante Septuagesimam.**

**A**lleluia, alleluia. **V.** Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar, alleluia.

**Post Septuagesimam Tractus.**

*Ps. 125.* **Q**ui feminant in lachrymis, in gaudio metent. **V.** Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua. **V.** Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.**

*Cap. 19.* **I**n illo tempore: Accesserunt ad Iesum Pharisei, tentantes eum, & dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam ex quacunque causa? Qui respondens, ait eis. Non legistis: quia qui fecit hominem ab initio, masculinum & foeminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc, dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij, & dimittere? Ait illis. Quoniam

Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis: quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, moechatur: & qui dimissam duxerit, moechatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum istud: sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipso castrauerunt propter regnum caelorum. Qui potest capere, capiat.

**Offertor.** **A**dducentur regi virgines *Psal. 44.* post eam: proximæ eius afferentur tibi.

**Secreta.**

**S**uscipe, Domine, munera, quæ in beatæ Agathæ virginis & martyris tuæ sollempnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

**Communio.** Qui me dignatus est ab omni plaga curare, & mammillam meo pectori restituere: ipsum inuoco Deum viuum.

**Postcommunio.** **A**uxilientur nobis, Domine, sumpta mysteria: & intercedente beata Agatha virgine & martyre tua, sempiterna protectione confirmet. Per Dominum.



<sup>vi.</sup>  
Februat. **SANCTAE DOROTHEAE** virginis & mart. Missa. **M**e expectauerunt. vt in communi virg. & mart. pag. 34.

**SANCTORVM MARTYRVVM** Faustini & Iouitæ, Missa. **S**alus autem iustorum. vt in cōmuni plurimorum martyrum, pag. 16.

<sup>xv.</sup>  
Februat.

<sup>ix.</sup>  
Februat. **SANCTAE APOLLONIAE** virg. & mart. Missa. **L**oquebar de testimoniis tuis. vt in communi virg. & mart. pag. 32.

**SANCTI SIMEONIS** Episcopi & mart. Missa. **S**tatuit ei Dominus. de cōmuni vnus mart. pontificis, pag. 2.

<sup>xviij.</sup>  
Februat.

<sup>xiiij.</sup>  
Februat. **SANCTI VALENTINI** presbyteri & martyris, Missa. **I**n virtute tua Domine. de communi vnus mart. pag. 5. præter Orationem, quæ dicitur vt infra.

**IN CATHEDRA ANTI-CHENA** S. Petri Apostoli, omnia dicuntur sicut in festo Cathedræ Romanæ, vt supra. 16.

<sup>xxij.</sup>  
Februat.

**Oratio.**

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt, qui beāti Valentini mārtyris tui natalitia cōlimus, à cunctis malis imminētibus, eius intercessiōne liberēmur. Per Dōminum nostrum Iesum.

**IN VIGILIA S. MATTHIAE,** Missa. **E**go autem sicut oliua. vt in communi Apostolorum, pag. 1.

<sup>xxij vel xxiiij.</sup>  
Februat.

¶ Si hæc Vigilia venerit in Quadragesima, fit de ea tantum commemoratio.

**Secreta.**

**O**Blátis, quæsumus, Dōmine, placâre munēribus: & intercedēte beāto Valentīno mārtyre tuo, à cunctis nos defende periculis. Per Dōminum.

**IN F E S T O**  
**Sancti Matthiæ Apostoli.**

<sup>xxiiij.</sup>  
vel xxv.  
Februat.

**Introitus. 2.**

**P**ostcommunio.  
**S**it nobis Dōmine, reparatio mentis & cōporis cēlēste mysteriū: vt, cuius exequimur actiōnem, sentiāmus effectum. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum.



Ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Ps. 138.

**Psalms.** Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ¶ Gloria patri.

<sup>ibidem.</sup>



## Oratio.

**D**Eus, qui beatum Matthiam apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue, quaesumus: ut eius interuentione, tuae circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per Dominum nostrum.

## Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 1.

**I**N diebus illis: Exurgens Petrus in medio fratrum, dixit. (Erat autem turba hominum simul, ferè cetum viginti.) Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam praedixit Spiritus sanctus per os Dauid, de Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehendèrunt Iesum: qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercède iniquitatis: & suspensus crepuit medius; & diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalèm: ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum, Haceldema, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum. Fiat commoratio eius deserta: & non sit qui habitet in ea; & episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore, quo intravit & exiit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptisinate Ioannis usque in diem qua assumptus est à nobis, testem

resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus: & Matthiam. Et orantes dixerunt. Tu Domine, qui nosti corda omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius & apostolatus, de quo preuaricatus est Iudas: ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis: & cecidit sort super Matthiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis.

**Graduale.** Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

¶ Dinumerabo eos: & super arenam multiplicabuntur.

**Tractus.** Desiderium animæ eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

¶ Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis.

¶ Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

## Sequencia sancti euangelij secundum Matthæum.

**I**N illo tempore: Respondens Iesus dixit. Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium,



filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: & discite a me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

Et dicitur **C**redo.

**Psalm. 44.** **Offertorium.** **C**onstitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine, in omni progenie & generatione.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, sancti Matthiae prosequatur oratio: per quam nos expiari facias, & defendi. Per Dominum.

**Præfatio de Apostolis.**

**Mat. 19** **Communio.** **V**os, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Israel.

**Postcommunio.**

**P**raesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut per haec sancta, quaesumus, interueniente beato Matthia apostolo tuo, veniam consequamur, & pacem. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus. Per omnia saecula.

## FESTA MARTII.

### IN FESTO

Sancti Thomae de Aquino.

Introitus. 6.



**Ecl. 15.** **N** medio ecclesiae aperuit os eius: & impleuit eum Dominus spiritu sapientiae & intellectus: stolam gloriae induit eum.

**Psalm.** Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. **Psalm. 91**  
**Gloria patri.**

**Oratio.**

**D**eus, qui ecclesiam tuam beati Thomae confessoris tui miranda eruditione clarificas, & sancta operatione fecundas: da nobis, quaesumus, & qua docuit intellecta conspiceret, & qua egit, imitatione complere. Per Dominum.

**Si celebretur in Quadragesima, secunda Oratio dicitur de Feria: tertia, ut sequitur.**

**Pro commemoratione sanctarum martyrum Perpetuae & Felicitatis.**

**Oratio.**

**D**a nobis, quaesumus, Domine, sanctarum martyrum tuarum Perpetuae & Felicitatis palmas incessabili ueneratione uenerari: ut, quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum nostrum.



**Epist.** Iustus cor suum tradet, de  
communi Doctorum, pag. 27.

*Psal. 36.* **Graduale.** Os iusti meditabitur sa-  
pientiam: & lingua eius loquetur iu-  
diciū. *ψ.* Lex Dei eius in corde ipsius:  
& non supplantabuntur gressus eius.

*Psal. 111.* **Tractus.** Beatus vir, qui timet Do-  
minum: in mandatis eius cupit nimis.  
*ψ.* Potens in terra erit semen eius: ge-  
neratio rectorū benedicetur. *ψ.* Glo-  
ria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia  
eius manet in sæculum sæculi.

**Euangelium.** Vos estis sal terræ:  
de eodem communi, pag. 26.

Et dicitur **C**redo.

*Psal. 91.* **Offertorium.** Iustus, vt palma, flo-  
rebit: sicut cedrus, quæ in Libano est,  
multiplicabitur.

**Secreta.**

**S**ancti Thomæ confessoris tui  
atque doctoris nobis, Dómi-  
ne, pia non desit oratio: quæ &  
múnera nostra concíliet, & tuam  
nobis indulgéntiam semper obtí-  
neat. Per Dóminum.

**Pro cōmemoratione sanctarum  
martyrum Perpetuæ & Felicitatis.**

**Secreta.**

**I**nténde, quæsumus, Dómine,  
múnera altáribus tuis pro san-  
ctárum mártýrum tuárum Perpé-  
tuæ & Felicitátis festiuitáte pro-  
pósita: vt, sic, ut per hæc beáta my-  
stéria illis glóriam contulísti; ita  
nobis indulgéntiam largiáris. Per  
Dóminum nostrum.

**Communio.** Fidelis seruus & pru- *Maf. 24*  
dens, quem constituit dominus super  
familiam suam: vt det illis in tempore  
tritici mensuram.

**Postcommunio.**

**V**T nobis, Dómine, tua sacri-  
ficia dent salútem: beátus  
Thomas confessor tuus, & doctor  
egrégius, quæsumus, precátor ac-  
cédât. Per Dóminum.

**Pro cōmemoratione sanctarum  
martyrum Perpetuæ & Felicitatis.**

**Postcommunio.**

**P**ræsta nobis, quæsumus, Dó-  
mine, intercedéntibus sanctis  
martyribus tuis Perpétua & Feli-  
citate: vt quod ore contíngimus,  
pura mente capiámus. Per Dómi-  
num nostrum.

**I N F E S T O**

**Sanctorum Quadraginta marty-  
rum. Introitus. 2:**



*Psal. 33.* Lamauerunt iusti, &  
Dominus exaudiuit  
eos: & ex omnibus  
tribulationibus eo-  
rum liberauit eos.

**Psal.** Benedicam *Ibidem.*

Dominum in omni tempore: semper  
laus eius in ore meo. *ψ.* Gloria.

**Oratio.**

**P**ræsta, quæsumus, omni-  
potens Deus: vt, qui gloriófos  
mártýres, fortes in sua confessiōe  
cognouimus, pios apud te in  
nostra



nostra intercessiōne sentiāmus.  
Per Dóminum.

Epist. Sancti per fidem. de com-  
muni plurimorum mart. pag. 19.

Psal. 132.

**Graduale.** Ecce quā bonum, &  
quā iucundum habitare fratres in  
vnum: *ψ.* Sicut vnguentum in capite:  
quod descendit in barbā, barbā  
Aaron.

Psal. 125.

**Tractus.** Qui seminant in lachry-  
mis, in gaudio metēt. *ψ.* Euntes ibāt,  
& flebant: mittētes semina sua. *ψ.* Ve-  
nientes autem venient cum exultatio-  
ne, portantes manipulos suos.

**Euang.** Descendens Iesus de mon-  
te. de eodem communi, pag. 16.

Psal. 126.

**Offert.** Lætamini in Domino, &  
exultate iusti: & glóriamini omnes  
recti corde. **Secreta.**

**S**acrificiis præsētibus, quāsu-  
mus, Dñe, intēde, placātus: vt  
intercedētibus sanctis martyri-  
bus tuis, & deuotiōni nostræ pro-  
ficiant, & salutī. Per Dóminum.

Mat. 12.

**Communio.** Quicumque fecerit  
voluntatem patris mei, qui in cælis  
est, ipse meus frater, & soror, & mater  
est, dicit Dominus.

### Postcommunio.

**Q**væsumus, omnípotēs Deus:  
vt illius salutāris capiāmus  
effēctum: cuius per hęc mystéria  
pignus accēpimus. Per Dóminum  
nostrum Iesum Christum filium  
tuum, qui tecum viuít.

## I N F E S T O

Sancti Gregorij Papæ & confesso-  
ris, & doctoris Ecclesiæ.

Introitus. 6.



Acerdotes Dei bene-<sup>Dan. 3.</sup>  
dicite Dominū: san-  
cti & humiles corde  
laudate Deū.

**Psal.** Benedicite <sup>Ibidem.</sup>  
omnia opera Domi-  
ni Domino: laudate & superexaltate  
eum in sæcula, *ψ.* Gloria patri.

### Oratio.

**D**eus, qui animæ famuli tui  
Gregorij, æternæ beatitudi-  
nis præmia contulisti: cōcēde pro-  
pitiū: vt, qui peccatōrum nostrō-  
rum pōdere prēmimur, eius apud  
te prēcibus subleuēmur. Per Dó-  
minum nostrum.

### Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Timótheum.

**C**aríssime: Testíficor coram <sup>2. cap. 4.</sup>  
Deo & Christo Iesu, qui iu-  
dicatūrus est viuos & mórtuos,  
per aduētum ipsius, & regnum  
eius: prædica verbum: insta oppor-  
tūne, importūne: argue, óbsecra,  
íncrepa in omni paciētia & do-  
ctrína. Erit enim tempus, cum sa-  
nam doctrinam non sustinébunt:  
sed ad sua desidéria coaceruábunt  
sibi magístros, pruriētes áuribus:  
& à veritáte quidem audítum  
auértent: ad fabulās autem con-  
uertentur. Tu verò vígila, in óm-



nibus labóra, opus fac euāgelistæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim iam delíbor: & tempus resolutiōnis meæ instat. Bonum certámen certáui, cursum consummáui, fidem seruáui. In réliquo, repóstita est mihi coróna iustitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, iustus iudex: non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduētum eius.

*Pf. 109.* **Graduale.** Iurauit Dominus, & non pænitebit eum: tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. *ŷ.* Dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis.

*Pf. 111.* **Tractus.** B eatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. *ŷ.* Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. *ŷ.* Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

**Sequentia sancti euangélj  
secúndum Matthæum.**

*Cap. 5.* **I** n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terræ. Quod si sal euanúerit, in quo salietur? Ad níhilum valet vltra, nisi vt mittâtur foras, & conculcêtur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem pósita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.

Sic luceat lux vestra coram homínibus: vt vídeant ópera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Nolíte putâre quóniam veni sôluere legem aut prophétas: non veni sôluere, sed adimplêre. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec ómnia fiant. Qui ergo sôluerit vnum de mandátis istis mínimis, & docúerit sic homínibus: mínimus vocábitur in regno cælórum. Qui autem fécerit & docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.

**Et dicitur C** redo.

**Offertor.** V eritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabit cornú eius. *Pfal. 118.*

**Sécréta.**

**A** n nue nobis, quæsumus, Dómine: vt intercessiōne beati Gregórii hæc nobis profit oblatio, quam immolándo totius mundi tribuísti relaxári delicta. Per Dóminum nostrum.

**Communio.** F idelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensúram. *Mat. 24*

**Postcommunio.**

**D** eus, qui beatú Gregorium pontíficem tuum, sanctorum tuorum méritis coæquásti: concêde propítius: vt, qui commemo-



memoratiōnis eius festa recōli-  
mus, vitæ quoq; imitēmur exēp-  
pla. Per Dōminum nostrum Ie-  
sum Christum filium tuum, qui  
tecum viuit & regnat in vnitāte  
Spīritus sancti Deus.

lenitāte ipsius sanctum fecit illum,  
& elēgit eum ex omni carne. Au-  
dīuit enim vocem ipsius, & indū-  
xit illum in nubem. Et dedit illi  
coram præcepta, & legem vitæ &  
disciplinæ.

xix.  
Martij.

## I N F E S T O Sancti Ioseph confessoris.

Introitus. r.

psal. 91.



Vltus, vt palma, flo-  
rebit : sicut cedrus  
Libani multiplicabi-  
tur : plantatus in do-  
mo Domini, in atris  
domus Dei nostri.

ibidem.

**Psalm.** Bonum est confiteri Domi-  
no : & psallere nomini tuo altissime.

ŷ. Gloria patri & filio.

Oratio.

**S**anctissime genitricis tuæ spō-  
si, quæsumus, Dōmine, mēritis  
adiuuēmur : vt, quod possibilitas  
nostra non obtinet, eius nobis in-  
tercessiōne donētur. Qui viuis  
& regnas.

Lectio libri Sapiētiæ.

Ecc. 45.

**D**ilectus Deo & hominibus,  
Deius memōria in benedi-  
ctiōne est. Similem illum fecit in  
glōria sanctōrum, & magnificāuit  
eum in timōre inimicōrum : & in  
verbis suis monstra placāuit. Glo-  
rificāuit eum in conspēctu regum,  
& iussit illi coram pōpulo suo, &  
ostēdit illi glōriā suam. In fide &

**Graduale.** Domine præuenisti psal. 20.  
eum in benedictionibus dulcedinis :  
posuisti in capite eius coronam de la-  
pide pretioso. ŷ. Vitam petiit à te, &  
tribuisti ei longitudinem dierum, in  
sæculum sæculi.

**Tractus.** Beatus vir, qui timet Do- ps. 111.  
minum : in mandatis eius cupit nimis.  
ŷ. Potens in terra erit semen eius : ge-  
neratio rectorum benedicetur.

ŷ. Gloria & diuitiæ in domo eius : &  
iustitia eius manet in sæculum sæculi.

**Post Pascha.** Alleluia, alleluia. Ecc. 45.

ŷ. Amrauit eum Dominus, & ornauit  
eum : stolam gloriæ induit eum.

**Alleluia.** ŷ. Iustus germinabit sicut osea 14  
lilium : & florebit in æternum ante  
Dominum, alleluia.

Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Matthæum.

**I**n illo tempore : Cū esset de- cap. 1.  
sponsata mater Iesu Maria, Ioseph :  
antequam conuenirent, in-  
uenta est in utero habens de spī-  
ritu sancto. Ioseph autem vir eius  
cū esset iustus, & nollet eam tra-  
dūcere : voluit occultè dimitte-  
re eam. Hæc autem eo cogitante,  
ecce angelus Dōmini in somnis  
apparuit ei, dicens. Ioseph fili  
Dauid,



Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

Psal. 88.

**Offertor.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

**Secreta.**

**D**ebitum tibi, Domine, nostrę reddimus seruitutis, suppliciter exorantes: vt suffragiis beati Ioseph sponsi genitricis filij tui Iesu Christi Domini nostri, in nobis tua munera tuearis: ob cuius venerandam festiuitatem, laudis tibi hostias immolamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.

Mat. 1.

**Communio.** Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.

**Postcommunio.**

**A**desto nobis quęsumus, misericors Deus: & interceden-

te pro nobis beato Ioseph confessorę tuo, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. *R.* Amen.

I N F E S T O

Sancti Benedicti Abbatis. Missa. Os iusti. de communi Abbatum, pagina 31.


xxi.  
Martij.

**¶** De festis duplicibus & semiduplicibus, quę veniunt a Dominica Palmarum vsq; ad Octauam Paschę, nihil fit: sed post Octauam celebrantur: & tunc in fine Introitus ante Psalmum, dicuntur duo Alleluia. in fine Offertorij, & Communionis, vnum Alleluia. Post Epistolam non dicitur Graduale, sed tantum Alleluia. dicuntur cū suis Versibus. & hoc idem obseruatur in omnibus festis, quę celebrantur inter Pascha & Pentecosten.



xv.  
Martij.

IN FESTO ANNUNCIATIONIS  
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.



Introitus. 2.

Psal. 44.



Vltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducetur regi virgines post eam: proximam eius afferentur tibi in lætitia, & exultatione.

**Psal.** Eructauit cor meum: verbum bonum: dico ego opera mea regi. **V.** Gloria. **Oratio.**

**D**eus, qui de beatæ Mariæ virginis utero, verbum tuum,

Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt qui verè eam Dei genitricem credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem Dòminum.

Lectio Isaïæ prophætæ.

**I**N dièbus illis: Locutus est Dòminus ad Achaz, dicens: Petecap. 7. tibi signum à Dòmino Deo tuo, in profundum inferni: siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam,



petam, & non tētābo Dóminum. Et dixit. Audíte ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis est, moléstos esse homínibus, quia molésti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce, virgo concípíet, & páriet filium:& vocábitur nomen eius Emmanuél. Butyrum & mel cómedet: vt sciat reprobāre malum, & eligere bonum.

*Psal. 44.* **Graduale.** Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

**V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

*Ibidem.* **Tractus.** Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam.

**V.** Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filia regum in honore tuo.

**V.** Adducétur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi.

**V.** Adducentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.

**Post Pascha, dimissis Graduali & Tractu, dicitur Alleluia, alleluia.**

*Luc. 1.* **V.** Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.

**Alleluia.** **V.** Virga Iesse floruit, virgo Deum & hominem genuit: pacem Deus reddidit, in se reconcilians inimicis, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Lucam.**

**I**n illo tēpore: Missus est ángelus Gabriel à Deo, in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis, Maria. Et ingressus ángelus, ad eam dixit. Ave gratia plena: Dóminus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ, cum audisset, turbata est in fermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait ángelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce, concipies in vtero: & páries filium: & vocábis nomen eius Iesum. Hic erit magnus: & filius altissimi vocábitur: & dabit illi Dóminus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in ætérnum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad ángelum. Quómodo fiet istud: quóniam virum non cognosco? Et respondens ángelus, dixit ei. Spíritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod nascétur ex te sanctum, vocábitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: & ipsa concépit filium in senectute sua. Et hic mensis, est sextus illi, quæ vocátur stérilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

Dixit



Dixit autem Maria. Ecce ancilla  
Dómini: fiat mihi secundum ver-  
bum tuum.

Et dicitur **C**redo.

**Offertorium.** **A**ue Maria, gratia  
plena, Dominus tecum: benedicta  
tu in mulieribus: & benedictus fru-  
ctus ventris tui.

**Secreta.**

**I**N méntibus nostris, quæsu-  
mus, Dómine, veræ fidei sacra-  
ménta confirma: vt, qui concé-  
ptum de vírgine Deum verum &  
hóminem confitémur, per eíus-  
dem salutíferæ resurrectiõnis po-  
téntiam, ad ætérnam mereámur  
peruenire lætítiam. Per eúndem  
Dóminum nostrum Iesum Chri-  
stum filium tuum.

**Præfatio.** **E**cce in annunciatione.

**Communio.** **E**cce, virgo concipiet,  
& pariet filium: & vocabitur no-  
men eius Emmanuel.

**Postcommunio.**

**G**Rátiam tuam, Dómine, mé-  
tibus nostris infúnde: vt, qui  
ángelo nunciante, Christi filij tui  
incarnatiõnem cognouimus, per  
passiõnem eius & crucem, ad re-  
surrectiõnis glóriam perducámur.  
Per eúndem Dóminum nostrum  
Iesum Christum filium tuum, qui  
tecum viuit & regnat in vnitáte  
Spíritus sancti Deus. Per ómnia  
sæcula sæculórum. **Ry.** Amen.

FESTA APRILIS.

INFESTO

Sancti Leonis Papæ & confess.

Introitus. **I.**



Tatuit ei Dominus Ecl. 45.  
testamétum pacis, &  
principem fecit eum:  
vt sit illi sacerdotij  
dignitas in æternum.

**Psal.** Memento, Ps. 131.

Domine, Dauid: & omnis mansuetu-  
dinis eius. **v.** Gloria patri.

**Oratio.**

**E**Xaudi, quæsumus, Dómine;  
preces nostras, quas in beati  
Leónis confessõris tui atque pon-  
tificis sollemnitate deférimus: &  
qui tibi dignè méruit famulári,  
eius intercedéntibus méritis, ab  
ómnibus nos absolue peccátis. Per  
Dóminum nostrum.

**Epist.** **E**cce sacerdos magnus. de Ecl. 44.  
**de communi confess. pont. pag. 21.**

**Graduale.** **E**cce sacerdos magnus,  
qui in diebus suis placuit Deo.  
**v.** Non est inuentus similis illi, qui  
conseruaret legem excelsi.

**Tractus.** **B**eatus vir, qui timet Do-  
minum. **de communi confessoris**  
**pontificis, pagina 22.**

**Post Pascha.** **A**lleluia, alleluia.  
**v.** Tú es sacerdos in æternum secun- Ps. 109.  
dum ordiné Melchisedech. **A**lleluia.  
**v.** Hic est Sacerdos, quem coronauit  
Dominus, alleluia.

**Euan-**



**Euang.** Venit Ies<sup>us</sup> in partes Cæsareæ. vt supra in Cathedra, pag. 17.

**Psal. 88.** **Offertor.** Inueni David seruuum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

**Secreta.**

**S**ancti Leonis confessoris tui atque pontificis, quæsumus, Domine, annua sollemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt per hæc piæ placationis officia, & illud beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona cõciliet. Per Dominum.

**Mat. 24.** **Communio.** Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

**Postcommunio.**

**D**eus, fidelium remunerator animarum, præsta: vt, beati Leonis confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum Dominum.

xiii.  
Aprilis.

**SANCTORVM**  
Martyrum Tiburtij, Valeriani, & Maximi.

**¶** Si veneriat ante Pascha, & voluerit quis de eis Missam celebrare, omnia dicantur de communi plurimorum martyrum extra tempus Paschale.

**Si autem venerint post Pascha, dicitur sequens Missa. Quod & in similibus seruatur.**

**Introitus. 3.**



**Psal. 144.** Sancti tui, Domine, benedicent te: gloriam regni tui dicet, alleluia, alleluia.

**Psalm.** Exaltabo te, Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi. **✠.** Gloria.

**Oratio.**

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt, qui sanctorum martyrum tuorum Tiburtij, Valeriani, & Maximi sollemnia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per Dominum.

**Epistola.** Stabunt iusti. **de communi martyrum tempore Paschali, pagina 9.**

**Alleluia, alleluia. ✠.** Sancti tui, Domine, floreunt, sicut lilium; & sicut odor balsami erunt ante te.

**Alleluia. ✠.** Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, alleluia. **Ps. 115.**

**Euangelium.** Ego sum vitis vera. **de eodem communi, pag. 10.**

**Offertorium.** Letamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. **Psal. 32.**

**Secreta.**

**H**æc hostia, quæsumus, Domine, quam in sanctorum tuorum natalitiis recedentes offerimus,



rimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat: & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitâte.

*Psal. 12.* **Communio.** Gaudete iusti in Domino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia.

**Postcommunio.**

**S**acro múnere satiâti, supplices te, Dómine, deprecâmur: vt, quod debitæ seruitutis celebrâmus officio, saluatiônis tuę sentiâmus augméntum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitâte spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

*xxij. Aprilis.* **SANCTI ANICETI Papæ & martyris, Missa de communi vnus martyris tempore Paschali, cum Oratione, Deus qui nos beati. 9. Et Euang. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, pag. 13.**

*xxij. Aprilis.* **INFESTO SANCTORVM martyrum & pontificum Soteris & Caij, Missa de communi plurimorum martyrum tempore Paschali, cum Oratione, Beatorum martyrum tuorum, pariterque pontificum, pag. 11. Et Epist. Post hæc ego Ioannes, pag. 13.**

# INFESTO

## Sancti Georgij martyris.

**Introitus. 7.**

Rotexisti me Deus à *Psal. 63* conuentu malignantiũ, alleluia: à multitudine operantium iniquitatẽ, alleluia, alleluia.

**Psal.** Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. *ibidem.* **Gloria.**

**Oratio.**

**D**eus, qui nos beati Georgij mátyris tui méritis & intercessiõne lætíficas: concède propítius: vt qui tua per eum beneficia póscimus, dono tuæ grátix consequámur. Per Dóminum.

**Epist.** Memore esto. de cõm. vnus mart. extra tẽpus Paschale, pag. 6.

**A**lleluia, allel. *Psal. 86.* Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

**A**lleluia. *Psal. 20.* Posuisti Dñe super caput eius coronam de lapide pretioso, allel.

**Euang.** Ego sum vitis: vos palmites. de cõmu. tẽpore Paschali, pag. 12.

**Offert.** Confitebuntur cæli mirabilia tua Dñe: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, allel. allel. *Psal. 86.* **Secreta.**

**M**vnera, Dómine, oblâta sanctífica: & intercedente beato Georgio mátyre tuo, nos per hæc à peccatõrum nostrõrum máculis emúnda. Per Dóminum.



Psal. 63.

**Communio.** Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, allel. allel.

**Postcommunio.**

**S**upplices te rogâmus, omnipotens Deus: vt, quos tuis réficis sacraméntis, intercedente beato Geórgio mártire tuo, tibi étiâ placitis móribus dignanter tribuas deseruîre. Per Dóminum.

xxxv.  
Aprilis.

I N F E S T O  
Sancti Marci euangelistæ.

**Introitus. 7.**

Psal. 63



Rotexisti me Deus à conuentu malignantium, alleluia: à multitudine operantium iniquitatem, alleluia, alleluia.

ibidem.

**Psal.** Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. V. Gloria.

**Oratio.**

**D**eus, qui beatum Marcum euangelistam tuum, euangélicæ prædicatiônis grátia sublimásti: tribue, quæsumus: eius nos semper & eruditiône proficere, & oratiône deféndi. Per Dóminum.

**Lectio Ezechiélis prophætæ.**

Cap. 1.

**S**imilitúdo vultus quatuor animalium, facies hóminis: & facies leónis à dextris ipsórum quatuor: facies autem bouis, à sinistris ipsórum quatuor: & facies áquilæ

désuper ipsórum quatuor. Et facies eórum, & pennæ eórum exténtæ désuper: duæ pennæ singulórum iungebantur, & duæ tegébant corpora eórum. Et vnumquódq; eórum coram facie sua ambulábat. Vbi erat ímpetus spíritus, illuc gradiebántur: nec reuertebántur cum ambularent. Et similitúdo animalium, & aspéctus eórum, quasi carbónum ignis ardéntium, & quasi aspéctus lampadárum. Hæc erat visio discúrrens in médio animalium: splendor ignis, & de igne fulgur egrédiens. Et animalia ibant & reuertebántur in similitudinem fulguris coruscántis.

**Alleluia, alleluia. V.** Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuâ in ecclesia sanctorum.

**Alleluia. V.** Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Lucam.**

**I**n illo témpore: Designâuit Dóminus & álios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitâtem & locum, quò erat ipse ventûrus. Et dicébat illis. Messis quidém multa: operárii autem, pauci. Rogâte ergo dóminum messis, vt mittat operários in messem suâ. Ite. Ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portâre sacculum, neq; peram,



peram, neque calceamenta: & neminem per viam salutaueritis. In quamcunque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos: manducate, quæ apponuntur vobis: & curate infirmos, qui in illa sunt: & dicite illis. Appropinquauit in vos regnum Dei.

Et dicitur **C**redo.

*3. fol. 58.* **Offert.** Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia.

**Secreta.**

**B**Eati Marci euangelistæ tui solemnitate, tibi munera deferentes, quæsumus, Domine: vt, sicut illum prædicatio euangelica fecit gloriolum: ita nos eius intercessione, & verbo & opere, tibi reddat acceptos. Per Dominum.

**Præfatio de Apostolis.**

*3. fol. 63.* **Communio.** Lætabitur iustus in Dño, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia.

**Postcommunio.**

**T**Ribuant nobis, quæsumus, Domine, cõtinuum tua san-

cta præsidium: quo beati Marci euangelistæ tui præcibus, nos ab omnibus semper tueantur aduersis. Per Dominum.

**I N F E S T O**

**Sanctorum Cleti & Marcellini pontificum & mart. Missa. Sancti tui, Dñe, benedicent te, de communi plur. mart. tempore Paschali, excepta Oratione, quæ dicitur vt infra.**

**Oratio.**

**B**Eatorum martyrum pariterque põtificum Cleti & Marcellini nos, Dñe, foueat pretiosa confessio: & pia iugiter intercessio tueatur. Per Dominum.

**Secreta.**

**A**Desto, Domine, supplicatio- nibus nostris, quas in sanctorum tuorum commemoratiõne deferimus: vt, qui nostræ iustitiæ fiduciam nõ habemus: eorum qui tibi placuerunt, meritis adiuuemur. Per Dominum.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus, Dñe, salutaribus replenti mysteriis: vt quorum sollèmnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per Dñm.

**S A N C T I V I T A L I S**  
**martyris, Missa de communi vnus**  
**martyris tempore Paschali, pag. 9.**

**Oratio.** Præsta quæsumus, vt qui.



## FESTA MAII.

Die i.  
May.IN FESTO SANCTORVM  
APOSTOLORVM PHILIPPI ET IACOBI.**Introitus.** I.

Lamauerūt ad te Domine, in tempore afflictionis suæ: & tu de cælo exaudisti eos, alleluia, alleluia.

**Psalm.** Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. **V.** Gloria.

**Oratio.**

**D**Eus, qui nos annua apostolorum tuorum Philippi & Iacobi sollēnitāte lætificas: præsta quæsumus: vt, quorum gaudēmus

mēritis, instruāmur exēmplis. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Lectio libri Sapiētiæ.**

**S**Tabant iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitacione insperatæ salutis, dicentes intra se, pænitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos aliquando



quándo habúimus in derísu[m], & in similitúdinem impropérij. Nos insensáti, vitam illórum æstima-  
bámus insániam: & finem illórum sine honóre. Ecce, quómodo com-  
putáti sunt inter filios Dei, & inter  
sanctos fors illórum est.

*Psal. 88.* **A**lleluia, allel. *v.* Confitebuntur cæli  
mirabilia tua Domine: etenim verita-  
tem tuam in ecclesia sanctorum.

*Ioan. 14.* **A**lleluia. *v.* Tanto tempore vobis-  
cum sum, & non cognouistis me? Phi-  
lippe, qui videt me, videt & patrem  
meum, alleluia.

### Sequéntia sancti euangélij secúndum Ioánnem.

*Cap. 14.* **I**n illo témpore: Dixit Iesus Di-  
scípulis suis. Non turbétur cor  
vestrum. Créditis in Deum: & in  
me crédate. In domo patris mei,  
mansiónes multæ sunt. Si quò mi-  
nus: dixíssem vobis, quia vado pa-  
râre vobis locum. Et si abíero, &  
præparávero vobis locum: íterum  
véniam, & accípiam vos ad me-  
ípsu[m]: vt vbi ego sum, & vos sitis.  
Et quò ego vado, scitis, & viam  
scitis. Dicit ei Thomas. Dómine,  
nescímus quò vadis: & quómodo  
póssumus viam scire? Dicit ei Ie-  
sus. Ego sum via, véritas, & vita.  
Nemo venit ad patrem, nisi per  
me. Si cognouissétis me, & patrem  
meum vtique cognouissétis: &  
ámmodo cognoscétis eum, & vidí-  
stis eum. Dicit ei Philíppus. Dó-

mine osténde nobis patrem: &  
súfficit nobis. Dicit ei Iesus. Tanto  
témpore vobíscum sum, & non  
cognouístis me? Philíppe, qui vi-  
det me, videt & patrem. Et quó-  
modo tu dicis: osténde nobis pa-  
trem? Non credis quia ego in pa-  
tre: & pater in me est? Verba quæ  
ego loquor vobis, à meípso non  
loquor. Pater autem in me manēs,  
ipse facit ópera. Non créditis quia  
ego in patre: & pater in me est?  
Aliòquin propter ópera ipsa cré-  
dite. Amen, amen dico vobis: qui  
credit in me, ópera, quæ ego fácio,  
& ipse fáciat: & maióra horum fá-  
ciat, quia ego ad patrem vado. Et  
quodcúnque petierítis patrem in  
nómine meo: hoc fáciam.

**Et dicitur Credo.**

**Offertor.** Confitebuntur cæli mi-  
rabilia tua Domine: & veritaté tuam  
in ecclesia sanctorum, alleluia, allel. *Psal. 88.*

**Secreta.**

**M**Vnera, Dómine, quæ pro  
apostolórum tuórum Phi-  
líppi & Iacóbi sollemnitate defé-  
rimus, propítius súscipe: & mala  
ómnia quæ merémur, auérte. Per  
Dóminum nostrum.

**Præfatio de Apostolis.**

**Communio.** Tanto tempore vo-  
biscum sum, & non cognouistis me?  
Philippe, qui videt me, videt & patrē  
meum, alleluia: non credis quia ego in  
patre, & pater in me est? alleluia, allel. *Ioan. 14.*



## Postcommunio.

**Q**uæsumus, Dómine, salutáribus repléti mystériis: vt, quorum sollémnia celebrâmus, eorum orationibus adiuuémur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum.

## I N F E S T O

*7. Maij.* S. Athanasij Episcopi & Confess.

## Introitus. 6.



**I**n medio ecclesię aperuit os eius: & impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus: stolam gloriæ induit eum, alle-

*Psalm. 91.* luia, alleluia. **Psalm.** Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo altissime. **V.** Gloria patri.

## Oratio.

**E**Xaudi, quæsumus, Dómine, preces nostras: quas in beati Athanasij confessôris tui atq; pontificis sollempnitâte deférimus: & qui tibi dignè méruit famulâri, eius intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absolue peccátis. Per Dóminum nostrum.

## Léctio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Corinthios.

*2. cap. 4.* **F**Ratres: Non nosmetipsos prædicâmus, sed Iesum Christum Dóminum nostrum: nos autem seruos vestros per Iesum: quóniam

Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminatiônem sciëntiæ claritâti Dei, in facie Christi Iesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtûtis Dei, & non ex nobis. In ómnibus tribulatiônem pátimur, sed non angustiâmur: aperiâmur, sed non destitúimur: persecutiônem pátimur, sed non derelinquimur: humiliâmur, sed non confundimur: deiciimur, sed non perimur: semper mortificatiônem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corpóribus nostris. Semper enim nos qui víuimus, in mortem tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortáli. Ergo mors in nobis operâtur: vita autem in vobis. Habentes autem eúndem spíritum fidei, sicut scriptum est, Crédidi, propter quod locútus sum: & nos crédimus, propter quod & loquimur: sciéntes quóniam qui suscitâuit Iesum, & nos cum Iesu suscitâbit, & constituet vobíscum.

**A**lleluia, alleluia. **V.** Tu es sacerdos. *ps. 109.* in æternum, secundum ordinem Melchisedech. **A**lleluia. **V.** Beatus vir, *Iacob. 1.* qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, alleluia.

Sequén-



Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Matthæum.

**Cap. 10.** **I**N illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Cūm persequētur vos in ciuitate ista: fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummābitis ciuitates Israēl, donec veniat filius hōminis. Non est discipulus super magīstrum: nec seruus super dōminū suum. Sūfficit discipulo, vt sit sicut magīster eius: & seruo sicut dōminus eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt: quanto magis domēsticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opērtum, quod non reuelētur: & occultum, quod non sciātur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicāte super tecta. Et nolite timēre eos, qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. Sed pōtius timēte eū, qui potest & animam, & corpus pērdere in gehēnnam.

Et dicitur **C**redo.

**Psal. 33.** **O**ffertor. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum, allel.

Secreta.

**S**ancti Athanasij cōfessōris tui atque pontificis, quæsumus, Dōmine, annua sollēmnitas pietati tuę nos reddat accēptos: vt per hęc pię placatiōnis officia, & illum beāta retribūtio comitētur, & nobis grātię tuę dona conciliet. Per Dōminū nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitāte Spīritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculōrum. **R.** Amen.


**Communio.** Quod dico vobis in <sup>Mat. 10</sup> tenebris, dicite in lumine, dicit Dominus: & quod in aure auditis, prædicare super tecta, alleluia.

Postcommunio.

**D**eus, fidēlium remunerātor animārum, præsta: vt, beati Athanasij cōfessōris tui atq; pontificis, cuius venerādam celebrāmus festiuitātem, præcibus indulgētiā consequāmur. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitāte Spīritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculōrum. **R.** Amen.



IN FESTO INVENTIONIS  
SANCTÆ CRVCIS.



**Introitus.** 4.

Os autē gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati & liberati sumus, alleluia, alleluia.



Galat. 6.

psal. 66.

**Psalm.** Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.  
✠. Gloria patri & filio.

**Oratio.**

**D**eus, qui in præclara salutiferæ Crucis Inuentione, Passionis tuæ miracula suscitasti, con-

cède: vt vitæ ligni precio, æternæ vitæ suffrâgia consequamur. Qui viuis & regnas.

**Pro commemoratione Sanctorum martyrum Alexandri, Euentij, Theoduli, atque Iuuenalis.**

**Oratio.**

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt, qui sanctôrum tuorū Alexandri, Euentij, Theoduli atque Iuuenalis natalitia cõlimus: à cunctis malis imminentibus, eorū intercessionibus liberemur. Per Dõminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.

**Lectio.**



*Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Philippenses.*

**Cap. 2.** **F**Ratres: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Qui cum in forma Dei esset: non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Sed semetipsum exinanivit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum: & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Et omnis lingua confiteatur: quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.

**Psal. 95.** **A**lleluia, alleluia. *ψ.* Dicite in gentibus: quia Dominus regnavit à ligno.

**A**lleluia. *ψ.* Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quæ sola fuisti digna sustinere regem cælorum, & dominum, alleluia.

*Sequentia sancti euangélij  
secundum Ioannem.*

**Cap. 3.** **I**n illo tempore: Erat homo ex Phariseis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad Iesum nocte: & dixit ei. Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei.

Amen, amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci? Respondit Iesus. Amen, amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris, quia ego dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis unde veniat, aut quò vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei. Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei. Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Amen, amen dico tibi, quia quod scimus, loquimur: & quod vidimus, testamur: & testimonium nostrum non accipitis. Si terræna dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixerò vobis cælestia, credetis? Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Et sicut Moyses exaltavit serpentes in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

**Et dicitur Credo.**



Pf. 117.

**Offertor.** Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini, alleluia. **Secreta.**

**S**acrificium, Dómine, quod tibi immolâmus, placâtus intéde: vt ab omni nos éruat bellôrum nequítia: & per vexillum sanctæ Crucis filij tui, ad conteréndas aduersariôrum insidias, nos in tuæ protectiônis securitatē constituat. Per eúndem.

**Pro commemoratione sanctorum martyrum Alexandri, Euentij, Theoduli, atque Iuuenalis.**

**Secreta.**

**S**uper has hóstias, quæsumus, Dómine, benedictio copiôsa descédat: quæ & sanctificatióem nobis cleménter operétur, & de sanctôrum nos sollempnitáte lætíficet. Per Dóminum.

**Præfatio de Cruce.** Qui salutem humani generis.

**Communio.** Per signum Crucis, de inimicis nostris libera nos Deus noster, alleluia.

**Postcommunio.**

**R**epléti alimónia cælesti, & spiritali poculo recreati, quæsumus, omnipotens Deus: vt ab hoste maligno nos deféndas: quos per lignum sanctæ Crucis filij tui armis iustitiæ, pro salúte mundi triumphâre iussisti. Per eúndem.

**Pro commemoratione sanctorum martyrum Alexandri, Euentij, Theoduli, atque Iuuenalis.**

**Postcommunio.**

**R**efécti participatióne múnieris sacri, quæsumus, Dómine Deus noster: vt quorum exequimur cultum, sentiâmus effectum. Per Dóminum.

SANCTAE MONICAE

iiij.  
Maij.

**Vidua. Introitus. 3.**



Ognoui, Domine, Pf. 118.

quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me: cōfinge timore tuo carnes meas: à mandatis enim tuis timui, alleluia, alleluia.

**Psalms.** Beati immaculati in via, qui <sup>ibidem.</sup> ambulant in lege Domini. **ψ.** Gloria.

**Oratio.**

**E**xaudi nos, Deus salutâris noster: vt, sicut de beatæ Monicæ festiuitate gaudêmus: ita piæ deuotiônis erudiâmur affectu. Per Dóminum nostrum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Timótheum.**

**C**arissime: Viduas honóra: <sup>i. cap. 8.</sup> quæ verè viduæ sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet: discat primùm domum suam régere, & mútuam vicem réddere paréntibus. Hoc enim accéptum est coram Deo. Quæ autem verè vidua



vidua est & desolata : speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die. Nam quæ in deliciis est : viuens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum, & maximè domesticorum curam non habet : fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnus viri vxor, in operibus bonis testimonium habes : si filios educauit, si hospitio recëpit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrãuit: si omne opus bonum subsecuta est.

*Psal. 44.* **A**lleluia, alleluia. *Ps.* Specie tua & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. **A**lleluia. *Ps.* Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam : & deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia.

### Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

*Cap. 7.* **I**n illo tempore: Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cū illo discipuli eius & turba copiosa. Cum autē appropinquaret portæ ciuitatis: ecce, defunctus efferebatur, filius vnicus matri suæ: & hæc, vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cū vidisset Dominus, misericordia motus super eã, dixit illi. Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, ste-

tērunt. Et ait. Adolēscēs, tibi dico, surge. Et resēdit, qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accēpit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.

**Offertorium.** Diffusa est gratia in labiis tuis : propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi, alleluia. *Psal. 44.*

### Secreta.

**A**ccēpta tibi sit, Dōmine, sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum : quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuut & regnat in vnitatē.

**Communio.** Dilexisti iustitiam, *videre.* & odisti iniquitatem: propterea vinxit te Deus, Deus tuus oleo lætitię præconfortibus tuis, alleluia.

### Postcommunio.

**S**atiasti, Dōmine, familiam tuam munēribus sacris : eius quæsumus semper interuentiōne nos refoue : cuius sollēnnia celebrāmus. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuut & regnat in vnitatē spīritus sancti Deus. Per omnia sæculorum. *R.* Amen.



vi.  
Maij.

## I N F E S T O

S. Ioannis ante portam Latinam.

Introitus. 7.

Psal. 63.



Rotexisti me Deus à  
conuentu malignan-  
tium, alleluia: à mul-  
titudine operantium  
iniquitatem, alleluia,  
alleluia.

Ibidem.

**Pfalm.** Exaudi Deus orationem  
meam, cum deprecor: à timore inimi-  
ci eripe animam meam. ✠. Gloria.

Oratio

**D**Eus, qui cōspicis, quia nos  
vndique mala nostra per-  
turbant: præsta, quæsumus: vt  
beati Ioannis apóstoli tui inter-  
cessio gloriōsa nos protégat. Per  
Dóminum nostrum.

Lectio libri Sapientia.

Cap. 5.

**S**Tabant iusti in magna con-  
stantia aduersus eos qui se an-  
gustiauerunt, & qui abstulerunt  
labores eorum. Videntes turba-  
buntur timore horribili, & mira-  
buntur in subitacione insperatæ  
salutis, dicentes intra se, pæniten-  
tiam agentes, & præ angustia spíri-  
tus gementes: Hi sunt quos ali-  
quando habuimus in derisum, &  
in similitudinem improperij. Nos  
insensati, vitam illorum aestima-  
bamus insaniam: & finem illorum  
sine honore. Ecce, quomodo com-  
putati sunt inter filios Dei, & inter  
sanctos sors illorum est.

**A**lleluia, alleluia. ✠. Iustus vt palma <sup>Psal. 92.</sup>  
florebit: sicut cedrus Libani multipli-  
cabitur. Alleluia. ✠. Iustus germi- <sup>Ofa 14</sup>  
nabit sicut lilium: & florebit in æter-  
num ante Dominum, alleluia.

**Sequētia sancti euangélj  
secundum Matthæum.**

**I**N illo tēpore: Accessit ad Iesum <sup>Cap. 23</sup>  
mater filiōrū Zebedei cum filiis  
suis, adorans, & petens aliquid ab  
eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi.  
Dic, vt sedeat hi duo filij mei, vnus  
ad dexteram tuam, & vnus ad siní-  
stram in regno tuo. Respōdēs au-  
tem Iesus, dixit: Nescitis, quid pe-  
tatis. Potestis biberere calicē, quem  
ego bibiturus sum? Dicunt ei. Pōs-  
sumus. Ait illis. Calicem quidem  
meum bibētis: sedēre autem ad  
dexteram meam, & sinístram, non  
est meum dare vobis; sed quibus  
paratum est à patre meo.

Et dicitur Credo.

**Offert.** Confitebuntur cæli mira- <sup>Psal. 88.</sup>  
bilia tua, Domine: & veritatem tuam  
in ecclesia sanctorum, alleluia, allel.

Secreta.

**M**Vneribus nostris, quæsu-  
mus, Domine, precibusque  
susceptis: & cælestibus nos munda  
mysteriis: & clementer exaudi.  
Per Dóminum.

Præfatio de Apostolis.

**Communio.** Lætabitur iustus in <sup>Psal. 63.</sup>  
Domino, & sperabit in eo: & lauda-  
buntur omnes recti corde, alleluia.

Post-



## Postcommunio.

**R**efecti, Dómine, pane cęlésti:  
rad vitam, quęsumus, nutriamur  
ęternam. Per Dóminum.

## I N F E S T O

Apparitionis S. Michaelis Arch-  
angeli. Introitus. 3.

**B**enedicite Dominũ  
omnes angeli eius:  
potentes virtute, qui  
facitis verbum eius,  
ad audiendam vocem  
sermonum eius, al-

leluia, alleluia. **Psalm.** Benedic anima  
mea Domino, & omnia quę intra me  
sunt, nomini sancto eius. **ŷ.** Gloria.

## Oratio.

**D**eus, qui miro ordine, ange-  
lõrũ ministéria, hominũ-  
que dispensas: concęde propitius:  
vt quibus tibi ministrantibus in  
cælo semper assistitur, ab his in  
terra vita nostra muniatur. Per  
Dóminum nostrum.

Lectio libri Apocalypsis beati  
Ioannis apóstoli.

**I**n diẽb<sup>9</sup> illis: Significauit Deus,  
quę opórtet fieri citò, loquens  
per angelum suũ seruo suo Ioanni:  
qui testimónium perhibuit verbo  
Dei, & testimónium Iesu Christi  
quęcúnque vidit. Beatus, qui le-  
git, & qui audit verba prophetiæ  
huius: & seruat ea, quę in ea scri-  
pta sunt. Tempus enim prope est.

Ioannes septem ecclésiis, quę sunt  
in Asia, grátia vobis & pax ab eo  
qui est, & qui erat, & qui ventũrus  
est: & à septem spiritibus, qui in  
conspéctu throni eius sunt: & à Ie-  
su Christo, qui est testis fidelis, pri-  
mogénitus mortuõrum, & prin-  
ceps regum terrę: qui diléxit nos,  
& lauit nos à peccatis nostris in  
sanguine suo.

**A**lleluia, alleluia. **ŷ.** Sancte Michael  
archangele, defende nos in prælio: vt  
non pereamus in tremendo iudicio.

**A**lleluia. **ŷ.** Concussum est mare, &  
contremuit terra, vbi archangelus  
Michael descendit de cælo, alleluia.

Sequéntia sancti euangélj  
secundum Matthæum.

**I**n illò témpore: Accesserunt di-  
scípuli ad Iesum, dicentes. **Cap. 18.**  
Quis putas, maior est in regno cęlõrum?  
Et aduocans Iesus paruulum, stá-  
tuit eum in médio eõrum, & dixit:  
Amen dico vobis: nisi conuerti-  
fueritis, & efficiamini sicut paru-  
li: non intrabitis in regnum cęlõ-  
rum. Quicúnq; ergo humiliauerit  
se, sicut paruulus iste: hic maior est  
in regno cęlõrum. Et qui suscépe-  
rit vnum paruulum talem in nó-  
mine meo: me suscipit. Qui autem  
scandalizauerit vnum de pusillis  
istis, qui in me credunt: expedit ei,  
vt suspendatur mola asinaria in  
collo eius, & demergatur in pro-  
fundum maris. Væ mundo à scán-  
dalis.



dalis. Necesse est enim vt veniant scándala: verúntamen væ hómini illi per quem scándalum venit. Si autē manus tua vel pes tuus scándalízat te: abscínde eum, & próiice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi débilem vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem ætérnum. Et, si óculus tuus scándalízat te: érue eum, & próiice abs te. Bonum est tibi cum vno óculo in vitam intráre, quàm duos óculos habentem mitti in gehénnam ignis. Vidēte ne contemnátis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis: quia ángeli eórum semper vident faciē patris mei, qui in cælis est.

Et dicitur **C**redo.

*Apor. 8.* **Offertor.** Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua: & data sunt ei incensa multa: & ascendit fumus aromatum in conspectu Dei, alleluia.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Dómine, laudis offerimus, suppliciter deprecántes; vt eásdem angélico pro nobis intercedente suffrágio, & placátus accípias, & ad salútem nostram prouenire concédas. Per Dóminum nostrum.

*Dan. 3.* **Communio.** Benedicite omnes angeli Domini Dominum: hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula, alleluia.

**Postcommunio.**

**B**Eati archángeli tui Michaélis intercessiōne suffúlti, supplices te, Dómine, deprecámur: vt, quod ore proféquimur, contingámus & mente. Per Dóminum.

**I N F E S T O S A N C T I**

*ix. Maij.*

**Gregorij Nazianzeni Episcopi & confess. Missa.** In medio ecclesiæ. de communi **Doctōris**, pagina 25. **Epist.** Iustus cor suū tradet. pag. 27. Et dicitur **C**redo.

**S A N C T O R V M**

*x. Maij.*

**Gordiani & Epimachi martyrum.**

**Introitus. 3.**



*Pf. 144.* Ancti tui, Domine, benedicēt te: gloriam regni tui dicent, alleluia, alleluia.

**Psalm.** Exaltabo te *ibidem.* Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi. **γ.** Gloria patri.

**Oratio.**

**D**A, quæsumus, omnipotens Deus: vt qui beatórum mártýrum tuórum Gordiáni, & Epímachi sollémnia cólimus, eórum apud te intercessiōnibus adiuuémur. Per Dóminum.

**Epistola.** Post hæc ego Ioannes. de communi **martyris tempore Paschali**, pagina 13.

**A**lleluia, alleluia. Sancti tui, Domine,



mine, florebut sicut lilium, & sicut odor balsami erunt ante te.

*Psal. 115.* Alleluia. *Ps.* Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, allel.

**Euangel.** Ego sum vitis, vos palmites. *de eodem communi, pag. 12.*

*Psal. 31.* **Offert.** Letamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. **Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine, sanctorum martyrum tuorum Gordiani, & Epimachi dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dominum nostrum.

*Psal. 32.* **Communio.** Gaudete iusti in Domino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus, omnipotens Deus: ut, qui cælestia alimenta percipimus, intercedentibus sanctis tuis Gordiano, & Epimacho, per hæc contra omnia adversa muniamur. Per Dominum.

**SANCTORVM Nerei, Archillei, atque Pancratij martyrum. Introitus.** *3.*



*Psal. 32.* Ecce oculi Domini super timentes eum, sperantes in misericordia eius, alleluia: ut eripiat à morte animas eorum: quoniam adiuutor & protector noster est,

alleluia, alleluia. **Psal.** Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. *Ps.* Gloria. **Oratio.**

**S**emper nos, Domine, sanctorum martyrum tuorum Nerei, Archillei, atque Pancratij foueat, quæsumus, beata sollempnitas: & tuo dignos reddat obsequio. Per Dominum nostrum.

**Epist.** Stabant iusti. *de communi mart. tempore Paschali, pag. 9.*

**A**lleluia, alleluia. *Ps.* Hæc est vera fraternitas, quæ vicat mundi crimina: Christum secuta est, inclita tenens regna cælestia. **Alleluia.** *Ps.* Te martyrum candidatus laudat exercitus Domine, alleluia.

**Euangelium.** Amen amen dico vobis, quia plorabitis. *de eodem communi, pag. 13.*

**Offert.** Confitebuntur cæli mirabilia tua, Dñe: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, allel. allel. **Secreta.**

**S**anctorum martyrum tuorum, quæsumus, Domine, Nerei, Archillei, atque Pancratij: sit tibi grata confessio: quæ & muneribus nostra commendet: & tuam nobis indulgentiam semper impleret. Per Dominum.

**Communio.** Gaudete iusti in Domino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia. *Psal. 32.*

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus, Domine, ut beatorum martyrum tuorum Nerei,

**Domitilla**



Domitilla

Nerei, Archillei, atque Pancratiij  
deprecationibus, sacramenta san-  
cta, quæ sumpsimus, ad tuæ nobis  
proficiant placationis augmentum.  
Per Dominum nostrum.

**SANCTI BONIFACII**  
martyris, **Missa.** Protexisti me Deus.  
de communi temporis Paschalis,  
pag 9. **Oratio.**

**D**A, quæsumus, omnipotens  
Deus: vt qui beati Bonifacii  
martyris tui natalitia colimus,  
eius apud te intercessionibus ad-  
iuuemur. Per Dominum.

**Secreta.**

**M**Vneribus nostris, quæsu-  
mus Domine, precibusque  
susceptis: & cælestibus nos munda  
mysteriis, & clementer exaudi.  
Per Dominum nostrum.

**Postcommunio.**

**R**Efecti participatiõne mune-  
ris sacri, quæsumus, Domi-  
ne: vt cuius exequimur cultum,  
intercedete beato Bonifacio mar-  
tyre tuo, sentiãmus effectum. Per  
Dominum nostrum.

**SANCTAE POTENTIANAE**  
virginis, **Missa.** Dilexisti iustitiam.  
de communi virginum, pag. 36.

¶ Si aliquod festum ex sequen-  
tibus venerit tempore Paschali,  
Missa dicitur vt in communi tem-

poris Paschalis. Si autem venerit  
post Octauam Pentecostes, dici-  
tur vt infra assignatur.

**SANCTI VRBANI**

xxx.  
Maij.

**Papæ & martyris.**

**Introitus. 3.**



Acerdotes tui, Do-  
mine, induant iusti-  
tiam; & sancti tui ex-  
ultent: propter Da-  
uid seruum tuum nõ  
auertas faciem Chri-  
sti tui. **Psalm.** Memento Domine

Dauid: & omnis mansuetudinis eius.  
v. Gloria patri. **Oratio.**

**D**A, quæsumus, omnipotens  
Deus: vt qui beati Urbani  
martyris tui atque pontificis sol-  
lemnia colimus: eius apud te in-  
tercessionibus adiuuemur. Per  
Dominum nostrum.

**Epist.** Benedictus Deus. de com-  
muni vnus martyris pont. pag. 4.

**Graduale.** I nueni Dauid seruum  
meum: oleo sancto meo unxi eum:  
manus enim mea auxiliabitur ei: &  
brachium meum confortabit eum.  
v. Nihil proficiet inimicus in eo: &  
filius iniquitatis non nocebit ei.

**A**lleluia, alleluia. v. Memento Do-  
mine, Dauid, & omnis mansuetudinis  
eius, alleluia.

**E**uangelium. Homo quidam pe-  
regre. de communi vnus confes-  
soris pont. pag. 22.

**Offert.**



**Offertor.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

**H**Æc hóstia, quæsumus, Dómine, emúndet nostra delicta: & ad sacrificium celebrádum, subditórum tibi córpora, méntesque sanctíficet. Per Dóminum.

**Mat. 24** **Communio.** Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

**R**efécti participatióne múnerris sacri, quæsumus, Dómine Deus noster: vt cuius exequimur cultum, sentiámus effectum. Per Dóminum nostrum.

**xxvi. Maij.** **SANCTI ELEVTHERII** Papæ & martyris, Missa. Statuit ei Dominus. vt in communi vnus martyris pontificis. 2. nisi venerit tempore Paschali.

**xxvii. Maij.** **SANCTI IOANNIS** Papæ & martyris. Missa. Sacerdotes Dei. vt in communi vnus martyris pontif. pag. 3.

**xxx. Maij.** **SANCTI FELICIS PAPAE** & martyris, Missa. Statuit ei Dominus. vt in communi vnus martyris pont. pag. 2.

**SANCTAE PETRONILLAE** virginis, Missa. Vultum tuum. de communi virg. non mart. pag. 37.

FESTA IUNII.

**SANCTORVM** Martyrum, Marcellini, Petri, atque Erasmi. Introitus. 2.



Clamauerunt iusti, & Dñs exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. *Psal. 38.*

**Psal.** Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. *ibidem.* **ꝰ.** Gloria patri.

Oratio.

**D**Eus, qui nos ánnua beatórum mártýrú tuórum Marcellini, Petri, atque Erasmi sollemnitate lætíficas: præsta, quæsumus: vt quorum gaudémus méritis, prouocémur exémpis. Per Dóminum nostrum.

**Epistola.** Non sunt condignæ. de communi plurimorú martyrum, pagina 18.

**Graduale.** Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. *Psal. 38.* **ꝰ.** Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Alleluia, allel. **ꝰ.** Ego vos elegi de mundo: vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, all.

e

Euang.



**Euangel.** Cùm audieritis praelia.  
de eodem communi, pag. 14.

Psal. 32.

**Offertorium.** Latamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

**Secreta.**

**H**Æc hóstia, quæsumus, Dómine, quam in sanctórum mártirum tuórum natalítiis recensentes offerimus, & víncula nostræ prauitátis absoluat, & tuæ nobis misericórdiæ dona cōciliet. Per Dóminum nostrum.

149.3.

**Communio.** Iustorum animæ in manu Dei sunt, & nō tanget illos tormentum malitiæ: visi sunt oculis impiétium mori: illi autem sunt in pace.

**Postcommunio.**

**S**acro múnere satiáti, súpplices, te, Dómine, deprecámur: vt quod débitæ seruitútis celebrámus officio, saluatiónis tuæ sentiámus augméntum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

ix.  
Iunij.

**SANCTORVM**  
Martyrum, Primi, & Feliciani.

**Introitus I.**

Ecl. 44.



Apiétiam sanctórum narrét populi, & laudes eorum nūtiat ecclesia: nomina autem eorum viuent in sæculum sæculi.

Psal. 32.

**Psal.** Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. **Gl.** Gloria.

**Oratio.**

**F**Ac nos, quæsumus, Dómine, sanctórum mártirú tuórum Primi & Feliciáni semper festa sectári: quorum suffrágiis protectiōnis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum nostrum.

**Epistola.** Iusti autem in perpetuum. de communi plurimorum martyrum, pag. 15.

**Graduale.** Confitebuntur cæli mirabilia tua, Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctórum. **V.** Misericordias tuas, Domine, in æternum cantabo, in generatione, & progenie. **Alleluia, alleluia.** **V.** Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, inelyta tenens regna cælestia, alleluia.

**Euangelium.** Confiteor tibi pater. de eodem communi, pag. 20.

**Offertorium.** Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus, alleluia.

**Secreta.**

**F**iat tibi, quæsumus, Dómine, hóstia sacráda placábilis, preciósi celebritáte martyrij: quæ & peccáta nostra puríficet, & tuórum tibi vota concíliet famulórum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Communio.** Ego vos elegi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.

**Post-**



## Postcommunio.

**Q**uæsumus, omnipotēs Deus: vt sanctōrum mārtyrū tuōrum Primi & Feliciāni cælestibus mystēriis celebrāta sollemnitas indulgētiā nobis tuæ propitiatiōnis acquirat. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in vnitāte.

**I N F E S T O**  
**Sancti Barnabæ Apostoli.**

## Introitus. 2.

xi.  
Iunij.

Ps. 138.



Ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

Ibidem.

**Psalms.** Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. **V.** Gloria patri.

## Oratio.

**D**eus, qui nos beāti Barnabæ apostoli tui mēritis & intercessiōne lætificas: concēde propitiū: vt, qui tua per eum beneficia pōscimus, dono tuæ grātiæ consequāmur. Per Dōminum.

## Lectio Actuum apostolorum.

**I**n diēbus illis: Multus nūmērus credētiū, Antiōchiæ cōuērsus est ad Dōminum. Peruēnit autem sermo ad aures ecclēsię, quę erat Hierosōlymis, super istis: &

misērunt Bārnabam vsq; ad Antiōchiam. Qui cūm peruenisset, & vidisset grātiā Dei: gauisus est. Et hortabātur omnes in proposito cordis manēre in Dōmino: quia erat vir bonus, & plenus spīritu sancto & fide. Et appōsita est multa turba Dōmino. Profēctus est autem Tharsum, vt quæreret Saulum: quem cūm inuenisset, perdūxit Antiōchiam. Et annum totum conuersāti sunt ibi in ecclēsia: & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarētur primūm Antiōchię discipuli, Christiāni. Erant autem in ecclēsia, quę erat Antiōchię, prophēte, & doctōres: in quibus Bārnabas, & Simon, qui vocabātur Niger, & Lūcius Cyrenēnsis, & Manahen, qui erat Herōdis tetrārchæ collactāneus, & Saulus. Ministrāntibus autem illis Dōmino, & ieiunāntibus: dixit illis Spīritus sanctus. Segregāte mihi Saulum, & Bārnabam in opus ad quod assūpsi eos. Tunc ieiunāntes & orāntes, imponēntesque eis manus, dimiserunt illos.

Cap. 13.

**Graduale.** In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terrę verba eorum. **V.** Cæli enarrant gloriā Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Psal. 18.

Ibidem.

**Alleluia, alleluia.** **V.** Ego vos elegi de mundo: vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, alleluia.

Ios. 15.



Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.

**I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Hoc est preceptum meum: ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio vobis. Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quaecunque audiui a patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: & posui vos: ut eatis, & fructum afferatis; & fructus vester maneat: ut quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis.

Et dicitur Credo.

**Offertor.** Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine, in omni progenie & generatione.

Secreta.

**M**Vnera, Domine, oblata sanctifica: & intercedente beato Barnaba apostolo tuo; nos per haec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat.

Præfatio de Apostolis.

**Communio.** Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Israel.

Postcommunio.

**S**Vpplices te rogamus, omnipotens Deus: ut, quos tuis reficis sacramentis, intercedente beato Barnaba apostolo tuo, tibi etiam placitis moribus dignater tribuas deseruire. Per Dominum.

SANCTORVM  
Martyrum, Basilidis, Cyrini,  
Naboris, & Nazarij.

Introitus. 3.



**I**ntret in conspectu tuo, Domine, gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est.

**Psalm.** Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.

Gl. Gloria patri. Oratio.

**S**anctorum martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Nabôris, atq; Nazarij, quæsumus, Domine, natalitia nobis votiuâ resplendeant: & quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostræ deuotionis accrescat. Per Dñm.

**Epistola.** Rememoramini pristinos dies. de communi plurimorum martyrum, pag. 16.

**Graduale.** Vindica, Dñe, sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est.

Po-



¶ Posuerunt mortalia seruatorum tuorum, escas volatilibus celi, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

*Eccl. 44.* Alleluia, alleluia. ¶ Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & nomina eorum uiuent in generatione, & generationem, alleluia.

**Euangelium.** Sedente Iesu super montem Oliueti. *de eodem communi, pag. 17.*

*Pf. 149.* **Offertor.** Exultabunt sancti in gloria; lætabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum.

**Secreta.**

**P**ro sanctorum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij sanguine venerando, hostias tibi, Domine, sollempniter immolamus, tua mirabilia pertractantes: per quem talis est perfecta victoria. Per Dominum.

*Pfal. 78.* **Communio.** Posuerunt mortalia seruatorum tuorum, Domine, escas volatilibus celi, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum.

**Postcommunio.**

**S**emper, Domine, sanctorum martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij sollempnia celebrantes, presta, quesumus: ut eorum patrocinia iugiter sentiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**I N F E S T O**

**S. Basilij Episcopi & confessoris.**

**Introitus. 6.**



*Eccl. 15.* **I**n medio ecclesie aperuit os eius: & impleuit eum Dominus spiritu sapientie, & intellectus: stolam glorie induit eum.

**Psalm.** Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo altissime. *Pfal. 91.*

¶ Gloria patri & filio.

**Oratio.**

**E**xaudi, quæsumus, Domine, preces nostras: quas in beati Basilij confessoris tui atque pontificis sollempnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dominum nostrum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Timotheum.**

**C**arissime: Testificor coram *2. cap. 4.* Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius: prædica verbum: in sta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinébunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurièntes auribus: & à veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Tu



verò vigila, in ómnibus labóra, opus fac euangelístæ, ministérium tuū imple. Sóbrius esto. Ego enim iam delíbor: & tempus resolutiōnis meæ instat. Bonum certámen certáui, cursum consummáui, fidē seruáui. In réliquo, repóstita est mihi coróna iustitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, iustus iudex: non solùm autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius.

*Psal. 36.* **Graduale.** Os iusti meditabitur sapiētiā: & lingua eius loquetur iudicium. *ψ.* Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

*Psal. 88.* **Alleluia, alleluia.** *ψ.* Inueni David seruum meum: oleo sancto meo unxi eum, alleluia.

**Sequētia sancti euangélj  
secúndum Lucam.**

*Cap. 14.* **I**n illo tēpore: Dixit Iesus turbis. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & vxórem & filios, & fratres, & soróres, adhuc autem & animam suam: non potest meus esse discipulus. Et qui non báiuat crucem suam, & venit post me: non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificāre, non prius sedens, cómputat sumptus, qui necessarij sunt, si hábeat ad perficiéndū: ne, postquam posúerit fundamētum, & non potúerit perficere, omnes qui vident, incípiant illúdere ei, dicētes: quia

hic homo cœpit ædificāre, & non pótuit consummāre? Aut quis rex itúrus committere bellum aduersus álium regem, non sedens prius cógitat, si possit cum decem míllibus occurrere ei, qui cum viginti míllibus venit ad se? Alióquin adhuc illo longè agente, legatiōnem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo, omnis ex vobis, qui non renúnciat ómnibus quæ pössidet: non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal quoque euanúerit: in quo condiētur? Neque in terram, neque in sterquilínium vtile est, sed foras mittētur. Qui habet aures audiēdi, aúdiat.

**Et dicitur Credo.**

**Offertor.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Psal. 83.*

**Secreta.**

**S**ancti Basilij confessóris tui atque pontíficis, quęsumus, Dómine, ánnua sollémnitas pietáti tuæ nos reddat accéptos: vt, per hæc piæ placatiōnis officia, & illum beáta retribútió comitētur, & nobis grátia tuæ dona cóciliet. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Communio.** Fidelis seruus & prudens, quem constituit dōminus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. *Matt. 24*



## Postcommunio.

**D**Eus, fidélium remunerátor animârum, præsta: vt beati Basilij confessôris tui atque pontificis, cuius venerândam celebrâmus festiuitâtem, précibus indulgéntiam consequâmur. Per Dóminum nostrum.

Alleluia, alleluia. *ψ.* Sancti tui, Domine, benedicent te: gloriam regni tui dicent, alleluia. *Ps. 144.*

**Euangelium.** Qui vos audit. *de eodem communi, pag. 20.*

**Offertor.** Mirabilis Deus in sanctis *Ps. 67.* suis: Deus Israel ipse dabit virtutem, fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.

## Secreta.

**S**icut glóriam diuinæ poténtiæ múnera pro sanctis oblâta testántur: sic nobis effectû, Dñe, tuæ saluatiônis impendant. Per Dñm.

**Communio.** Iustorum animæ in manu Dei sunt: & nō tanget illos tormentum malitiæ: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. *sc. 3.*

## Postcommunio.

**R**efecti, Dómine, benedictiône ne sollémni, quæsumus: vt, per intercessiônem sanctôrû martyrum tuôrum Viti, Modésti, & Crescéntiæ, medicîna sacraménti, & corpóribus nostris profit, & méntibus. Per Dóminum.

**SANCTORVM**  
Martyrum, Marci, & Marcelliani.

## Introitus. 1.

**S**alus iustorum à Domino: & protector eorum est in tempore tribulationis. *Ps. 36.*

**Psalm.** Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. *ibidem.* Gloria patri.

xvi.  
Iunij.

**SANCTORVM**  
Martyrum Viti, Modesti, atque  
Crescentiæ. Introitus. 2.

Ps. 33



Vltæ tribulationes iustorum: & de his omnib<sup>9</sup> liberauit eos Dominus: Dominus custodit omnia ossa eorum: vnum ex his non

ibidem.

conteretur. **Psalm.** Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. *ψ.* Gloria patri.

## Oratio.

**D**A ecclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, sanctis martyribus tuis Vito, Modésto, atq; Crescéntia intercedéntibus, supérbè non sâpere, sed tibi plácita humilitâte proficere: vt protérua despiciens, quæcúnque matûra sunt, libéra exerceat charitâte. Per Dñm.

**Epist.** Iustificati ex fide. *de communi plurimorum mart. pag. 18.*

Ps. 149

**Graduale.** Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

*ψ.* Cantate Domino canticû nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.



## Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt qui sanctórum mártýrum tuórum Marci & Marcelliani natalítia cólimus: à cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum nostrum.

Epist. Iustorum animæ. de communi plurimorum mart. pag. 14.

*Sap. 3.* **Graduale.** Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non táget illos torméntum malitiæ. *ψ.* Visi sunt oculis impiétium mori: illi autem sunt in pace. **A**lleluia, alleluia. *ψ.* Hæc est vera fraternitas, quæ nunquam potuit violari certamine: qui effuso sanguine secuti sunt Dominum, alleluia.

**Euang.** Væ vobis, quæ ædificatis. de eodem communi, pag. 20.

*Ps. 123.* **Offert.** Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantiú: laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

## Secreta.

**M**Vnera tibi, Dómine, dicâta sanctífica: & intercedéntibus sanctis mártýribus tuis Marco, & Marcelliano, per eadem nos placâtus inténde. Per Dóminum.

*Matt. 19.* **Communio.** Amen dico vobis: quòd vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me: centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

## Postcommunio.

**S**alutâris tui, Dómine, múnere satiâti, súpplices exorâmus: vt

quorum lætâmur gustu, renouémur effectû. Per Dóminum nostrû Iesum Christû filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vni-tate Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

SANCTORVM  
Martyrum, Geruasij & Protasij.

xix.  
Iunij.

## Introitus. 3.



*Psal. 84.* Oquetur Dñs pacem in plebem suam, & super sanctos suos: & in eos, qui conuertuntur ad ipsum.

*Psalm.* Benedixisti Domine terram tuam; auertisti captiuitatem Iacob. *ψ.* Gloria patri.

## Oratio.

**D**Eus, qui nos ánnua sanctórum mártýrú tuórum Geruasij & Protasij sollemnitâte lætíficas: cócède propítius: vt, quorum gaudémus méritis, accendâmur extrémis. Per Dóminum.

**Epistola.** Communicantes Christi. de communi vnus mart. pag. 8.

*Exo. 15.* **Graduale.** Gloriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciès prodigia. *ψ.* Dexterâ tua, Domine, glorificata est in virtute: dexterâ manus tua confregit inimicos.

**A**lleluia, alleluia. *ψ.* Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cælestia, alleluia.

Euan-



**Euangelium.** Descendens Iesus de monte, de communi plurimorum mart. pag. 16.

**Psal. 31.** Offertorium. **L**ætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. **Secreta.**

**O**blatis, quæsumus, Domine, placare munéribus: & intercedéntibus sanctis tuis, à cunctis nos defende periculis. Per Dóminum nostrum.

**Psal. 78.** **Communio.** Posuerunt mortalia seruorum tuorum, Domine, escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum.

**Postcommunio.**

**H**æc nos commúnio, Domine, purget à crimine: & intercedéntibus sanctis martyribus tuis Geruásio & Protásio, cælestis remédij faciat esse consortes. Per Dóminum nostrum.

**xx.**  
**1007.** **SANCTI SILVERII**  
**Papæ & Martyris.**

**Introitus. I.**

**Ecc. 45.**



Tatuit ei Dominus testamētum pacis, & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum.

**Ps. 131.**

**Psalm.** Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. **ÿ.** Gloria patri.

**Oratio.**

**I**nfirmiãtẽ nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actiõnis grauat, beati Silucrij mártiris tui, atque pontificis intercæssio gloriõsa nos protegat. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.

**Lectio epístolæ beati Iudæ apóstoli.**

**C**aríssimi: Mémores estote verbõrum, quæ prædicta sunt ab apóstolis Dómini nostri Iesu Christi: qui dicébant vobis. Quóniam in nouíssimis temporibus venient illusõres, secundum desidéria sua ambulantes in impietátibus. Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales; spíritum non habentes. Vos autem caríssimi superædificantes vosmetipsos sanctíssimæ nostræ fidei, in Spíritu sancto orántes, vosmetipsos in dilectiõne Dei seruâte: expectántes misericórdiam Dómini nostri Iesu Christi in vitam æternam.

**Graduale.** Inueni Dauid seruum **Psal. 38.** meum: oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

**ÿ.** Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei.

**Alleluia, alleluia.** **ÿ.** Tu es sacerdos **Ps. 109.** in æternum, secundum ordinem Melchisedech, alleluia.



Sequentia sancti euangélj  
secúndum Lucam.

**I**n illo tēpore: Dixit Iesus tur-  
bis. Si quis venit ad me, & non  
odit patrem suum & matrem, &  
uxôrem & filios, & fratres, & so-  
rôres, adhuc autem & animam  
suam: non potest meus esse disci-  
pulus. Et qui non báiulat crucem  
suam, & venit post me: non po-  
test meus esse discipulus. Quis e-  
nim ex vobis volens turrim ædifi-  
câre, non prius sedens, cômputat  
sumptus, qui necessarij sunt, si há-  
beat ad perficiéndum: ne, post-  
quam posuerit fundaméntum, &  
non potúerit perficere, omnes qui  
vident, incípiant illúdere ei, di-  
cētes: quia hic homo cœpit ædifi-  
câre, & non pótuit consummâ-  
re? Aut quis rex itúrus commít-  
tere bellum aduérsum álium re-  
gem, non sedens prius cógitat, si  
possit cum decem míllibus occúr-  
rere ei, qui cum vigínti míllibus  
venit ad se? Aliôquin, adhuc illo  
longè agente, legatiônem mittens,  
rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo,  
omnis ex vobis, qui non renúnciat  
ómnibus quæ pössidet: non potest  
meus esse discipulus.

*Psal. 32.* **Offert.** Veritas mea, & misericor-  
dia mea cum ipso: & in nomine meo  
exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

**H**ostias tibi, Dómine, beáti  
Siluérij mártiris tui atque

pótificis dicatas méritis benignus  
assúme: & ad perpétuum nobis  
tribue prouenire subsidium. Per  
Dóminum nostrum.

**Communio.** Semel iuravi in san- *ibidem.*  
cto meo: semen eius in æternum ma-  
nebit: & sedes eius sicut sol in conspe-  
ctu meo: & sicut luna perfecta in æ-  
ternum, & testis in cælo fidelis.

**Postcommunio.**

**R**efécti participatióne mún-  
eris sacri, quæsumus, Dómi-  
ne Deus noster: vt, cuius exéqui-  
mur cultum, sentiámus efféctum.  
Per Dóminum nostrum Iesum  
Christum filium tuum.

SANCTI PAVLINI *xxij.*  
Episcopi & Confessoris. *Iunij.*

**Introitus. I.**



Tatuit ei Dominus *Ecl. 45.*  
testamētum pacis, &  
principem fecit eum:  
vt sit illi sacerdotij di-  
gnitas in æternum.

**Psalm.** Memento, *Ps. 132.*

Domine, Dauid: & omnis mansuetu-  
dinis eius. *ψ.* Gloria patri.

**Oratio.**

**D**A, quæsumus, omnípotens  
Deus: vt beáti Paulíni con-  
fessôris tui atque pontíficis vene-  
ránda sollémnitas, & deuotiônem  
nobis aúgeat, & salûtem. Per Dó-  
minum nostrum Iesum Christum  
filium tuum.

Lectio



Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Corinthios.

**F**ratres: Scitis gratiam Dñi nostri Iesu Christi: quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues: ut illius inopia vos diuites essetis. Et consilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile est: qui non solum facere, sed & velle coepistis ab anno priore. Nunc verò, & facto perficite: ut quemadmodum promptus est animus voluntatis: ita sit & perficiendi ex eo, quod habetis. Si enim voluntas prompta est: secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim, ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio: sed ex æqualitate. In presenti tempore, vestra abundantia illorum inopiam suppleat: ut & illorum abundantia vestrae inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est. Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.

**Graduale.** Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.

ŷ. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.

**Ps. 109.** Alleluia, alleluia. ŷ. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, alleluia.

Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.

**Cep. 12.** **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Nolite timere pu-

illus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis: quod fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

**Offertor.** Inueni David seruum <sup>Psal. 88.</sup> meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

## Secreta.

**S**ancti tui, quaesumus, Domine, nos ubique lætificent: ut dum eorum merita recolimus, patrocina sentiamus. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. <sup>Mat. 24</sup>

## Postcommunio.

**P**raesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Paulino confessore tuo atque pontifice beneficia potiora sumamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitæte Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.



xxij.  
Iunij.

# IN VIGILIA

## Sancti Ioannis Baptistæ.

### Introitus.

Luc. I.



**N**E timeas Zacharia: exaudita est oratio tua, & Elisabeth vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomē eius Ioannem: & erit magnus coram Domino: & Spiritu sancto replebitur, adhuc ex utero matris suæ: & multi in natiuitate eius gaudebunt.

**Psal. 20** **P**salm. Domine, in virtute tua lætabitur rex; & super salutare tuum exultabit vehementer. **V.** Gloria.

### Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt familia tua per viam salutis incēdat: & beati Ioannis præcurfōris hortamēta sectādo, ad eum, quem prædixit, secūra perueniat Dōminum nostrum.

**Secunda Oratio de sancta Maria. Concede. tertia Ecclesiæ, vel pro Papa: Deus omnium.**

### Lectio Hieremiæ prophætæ.

Cap. I.

**I**N diēbus illis: Factum est verbum Dōmini ad me, dicens. Priusquam te formārem in utero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificāui te: & prophētā in gēntibus dedi te. Et dixi, a, a, a, Dōmine Deus: ecce, nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dōminus ad me. Noli dicere, puer sum: quōniam ad omnia, quæ mit-

tam te, ibis: & vniuersa, quæ mandāuero tibi, loquēris. Ne timeas à facie eōrum: quia ego tecum sum, vt eruam te, dicit Dōminus. Et misit Dōminus manum suam, & tētigit os meum: & dixit Dōminus ad me. Ecce, dedi verba mea in ore tuo: Ecce, constitui te hōdie super gentes, & super regna: vt euēllas, vt destruas, & dispērdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Dicit Dōminus omnipotens.

**Graduale.** Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. **V.** Hic venit vt testimoniū perhiberet de lumine, parare Domino plebem perfectam. Ican. 2.

### Initium sancti euangēlij secundum Lucam.

**F**Vit in diēbus Herōdis regis Iudææ, sacerdos quidam, nomine Zachariās, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen illius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incēdentes in omnibus mandātis, & iustificatiōnib⁹ Dōmini sine querēla: & non erat illis filius: eò quòd Elisabeth esset stērilis, & ambo processissent in diēb⁹ suis. Factum est autem: cū sacerdotio fungerētur Zachariās in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetūdinem sacerdotij, sorte exiit, vt incēsum pōneret, ingressus in templum Dōmini. Et omnis multitūdo pōpuli erat

orans



orans foris, hora incénsi. Appáruit autem illi ángelus Dómini, stans à dextris altáris incénsi. Et Zacharías turbátus est, videns: & timor irruiit super eum. Ait autem ad illum ángelus. Ne tíneas, Zacharíá: quóniam exaudíta est deprecátio tua. Et vxor tua Elisabéth páriet tibi filium: & vocábis nomen eius Ioánnem. Et erit tibi gáudium & exultátio: & multi in natiuitáte eius gaudébunt. Erit enim magnus coram Dómino: vinum & siceram non bibet. Et Spírítu sancto replébitur, adhuc ex vtero matris suæ: & multos filiôrum Israél conuértet ad Dóminum Deum ipsôrum. Et ipse præcédet ante illum in spírítu & virtúte Eliæ: vt conuértat corda patrum in filios: & incredulos ad prudentíam iustôrum, parâre Dómino plebem perfectam.

*Esai. 40.* **Offertor.** G loria & honore coronasti eum, & constituisti eum super

opera manuum tuarum Domine.

**Secreta.**

**M**Vnera, Dómine, oblâta sanctífica: & intercedente beáto Ioáanne Baptísta, nos per hæc à peccatôrum nostrôrum máculis emúnda. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spírítus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculôrum.

*R.* Amen.

**Communio.** M agna est gloria *Esai. 20.* eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum Domine.

**Postcommunio.**

**B**Eáti Ioánnis Baptístæ nos, Dómine, præclára comitêtur orátio: & quem ventûrum esse prædixit, poscat nobis fore placátum Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum: qui tecum viuit & regnat. *R.* Amen.



# I N N A T I V I T A T E S. I O A N N I S B A P T I S T A E.



**Introitus.** I.

**Et dicitur G**loria in excelsis.  
**Oratio.**

*Psal. 49.*



**D**E ventre matris meae  
vocavit me Dominus  
nomine meo: & po-  
suit os meum, ut gla-  
dium acutum: & sub  
tegumēto manus suae  
protexit me: & posuit me quasi sagit-  
tam electam.

*Psal. 91.*

**Psalm.** Bonum est confiteri Domi-  
no, & psallere nomini tuo altissime.  
**† Gloria patri.**

**D**EUS, qui praesentem diem  
honorabilem nobis in beati  
Ioannis Natiuitate fecisti: da po-  
pulis tuis spirituāliū grātiām gau-  
diōrū: & omnium fideliū men-  
tes dirige in viam salutis aeternae.  
Per Dominum nostrum.

**Lectio** Iaiæ prophetae.

**H**AEC dicit Dominus. Audite Cap. 49  
insulae, & attendite populi  
de lon-



de longe. Dóminus ab vtero vocáuit me: de ventre matris meæ, recordátus est nóminis mei. Et pósuit os meum quasi gládium acútum. In ymbra manus suæ protéxit me: & pósuit me quasi sagítam eléctam. In pháretra sua abscondit me: & dixit mihi. Seruus meus es tu, Israél: quia in te gloriabor. Et nunc hæc dicit Dóminus, formans me ex vtero seruum sibi. Dedi te in lucem géntium: vt sis salus mea vsque ad extrémum terræ. Reges vidébunt, & consurgent príncipes, & adorábunt Dóminum Deum tuum, & sanctum Israél qui elégit te.

*Hier. I.* **Graduale.** Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de ventre, sanctificaui te.

*Y.* Misit Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit mihi.

*Luc. I.* **Alleluia, alleluia.** *Y.* Tu puer propheta altissimi vocaberis: præbis ante Dominum parare vias eius, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélj secundum Lucam.**

*59. I.* **E**Lisabéth implétum est tempus pariéudi: & péperit filiū. Et audiérunt vicíni, & cognáti eius, quia magnificáuit Dóminus misericórdiam suam cum illa: & congratulábantur ei. Et factum est: in die octáuo venérunt circumcidere púerum: & vocábant eum nómine patris sui, Zachariám. Et

respóndens mater eius, dixit. Nequâquam: sed vocábitur Ioánes. Et dixérunt ad illam: quia nemo est in cognatióne tua, qui vocétur hoc nómine. Innuébant autem patri eius, quem vellet vocári eum. Et póstulans pugillárem, scripsit, dicens. Ioánes est nomen eius. Et miráti sunt vniuersi. Apértum est autem sílico os eius, & lingua eius: & loquebátur, benedícens Deum. Et factus est timor super omnes vicínos eórū: & super ómnia móntána Iudææ diuulgábantur ómnia verba hæc. Et posuérunt omnes, qui audierant, in corde suo, dicentes. Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Dómini erat cum illo. Et Zachariás pater eius replétus est Spíritu sancto: & prophetauit, dicés. Benedíctus Dóminus Deus Israél: quia visitáuit & fecit redemptionem plebis suæ.

**Non dicitur Credo, nisi venerit in Dominica: aut infra octauam Corporis Christi: vel in Ecclesia propria: sed in octaua dicitur, propter octauam Apostolorum.**

**Offertorium.** Iustus, vt palma, florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur. *Psal. 92.*

**Secreta.**

**T**Va, Dómine, munéribus altária cumulámus: illius natiuitátem honóre débito celebrátes: qui saluatórem mundi, & cécinit



cécinit affutûrum, & adesse mon-  
strâuit, Dóminum nostrum.

*Luc. 1.* **Communio.** Tu puer, propheta  
altissimi vocaberis: præibis enim ante  
faciem Domini parare vias eius.

**Postcommunio.**

**S**umat Ecclésia tua Deus beati  
Ioánnis Baptístæ generatióne  
lætítiam: per quem suæ regenera-  
tiónis cognôuit auctórem Dómi-  
num nostrum.

**I**nfra octauam Sancti Ioannis  
Baptístæ, & ipso die octauæ, fit  
idem officium, quod in die. Sed  
infra octauam post Orationem  
diei, dicitur secunda Oratio de  
sancta Maria. **Concede:** Tertia,  
contra persecutores Ecclesiæ, vel  
pro Papa.

**I N F E S T O**

**Sanctorum martyrum Ioannis  
& Pauli. Introitus. 2.**

*Psal. 33* **M**ultæ tribulationes iu-  
storum: & de his om-  
nibus liberauit eos  
Dominus: Dominus  
custodit omnia ossa  
eorum: vnum ex his  
non conteretur. **Psalm.** Benedicam  
Dominum in omni tempore: semper  
laus eius in ore meo. **v.** Gloria.

**Oratio.**

**Q**uæsumus, omnipotês Deus:  
vt nos geminata lætítia ho-  
diernæ festiuitatis excípiat, quæ de

beatórum mártýrum Ioánnis, &  
Pauli glorificatióne procêdit: quos  
eádem fides & pássio verè fecit esse  
germános. Per Dóminum.

**Secunda Oratio de sancto Ioan-  
né: tertia de sancta Maria, Cōcede.**

**Lectio libri Sapiéntiæ.**

**H**I sunt viri misericórdiæ, *Eccl. 44.*  
quorû iustítia obliuionem  
non accepérunt: Cum semine eô-  
rum périment bona: hæreditas  
sancta nepótes eorum. Et in testa-  
mētis stetit semen eorum: & filij  
eorum propter eos in ætérnum  
manent. Generatió eorum: & gló-  
ria eorum, nō derelinquétur. Cór-  
pora eorum in pace sepulta sunt:  
& nómína eorum viuēt in sæcula.  
Sapiéntiam eorum narrent omnes  
pópuli: & laudem eorum pronún-  
ciet omnis ecclésia sanctórum.

**Graduale.** Ecce quàm bonum & *Ps. 132.*  
quàm iucundum, habitare fratres in  
vnum. **v.** Sicut vnguentum in ca-  
pite, quod descendit in barbam, bar-  
bam Aaron. **Alleluia, allel. v.** Hæc  
est vera fraternitas, quæ vicit mundi  
crimina: Christum secuta est, inclyta  
tenens regna cælestia, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélj  
secúndum Lucam.**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus di- *Cap. 11.*  
scípulis suis. Atténdite à fer-  
mento Phariseórum, quod est hy-  
pócrisis. Nihil autem opértum,  
quod non reuelétur: neq; abscon-  
ditum,



ditum, quod nō sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, predicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habet amplius quid faciāt. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timeate eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timeate. Nonne quinque passerēs veniunt dipondio: & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis: omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus: & filius hominis confitebitur eum coram angelis Dei.

*Psal. 9.* **Offert. G**loriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu Dñe benedices iusto: Dñe, vt scuto bonæ voluntatis tuæ, coronasti nos.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Dōmine, sanctorum martyrum tuorum Ioannis & Pauli dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Per Dōminum nostrum.

*Sap. 3.* **Communio. E**t si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tētauit

eos: tanquā aurū in fornace probauit eos: & quasi holocausta accepit eos.

**Postcommunio.**

**S**umpsimus, Dōmine, sanctorum martyrum tuorum Ioannis & Pauli sollēnnia celebrātes, sacramenta cælestia: præsta, quæsumus: vt, quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis cōsequāmur. Per Dōminum nostrum.

**Si sequens festum sancti Leonis venerit in Dominica, transfertur post octauam Apostolorum: & Missa dicitur de Dominica, cum commemoratione sancti Ioannis: & Vigilia apostolorum fit in sabatho. Quocunque verò alio die venerit, fit de festo, cum commemoratione sancti Ioannis, & Vigiliæ. In ecclesiis autem collegiatis dicantur duæ Missæ, vna de Festo, cum commem. sancti Ioannis, & sanctæ Mariæ: alia de Vigilia, cum commemorat. S. Mariæ: C oncede, & E cclesiæ, vel pro Papa.**

**IN FESTO S. LEONIS PAPAE,** *xxvii. Iunij.*  
& confess. Missa. **S**acerdotes tui. de communi, pag. 23. præter Orationem, quæ dicitur vt infra.

**Oratio.**

**D**eus, qui beatum Leōnem pōtificem tuum, sanctorum tuorum meritis cōsequāsti: concēde propitius: vt, qui commemora-

f tiōnis



tionis eius festa percólimus, vitæ quoque imitêmur exêpla. Per Dóminum nostrum.

*Secreta.*

**A** Nnue nobis, quæsumus, Dómine: vt intercessiône beáti Leónis hæc nobis profit oblátio: quam immolándo totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum nostrum.

*Postcommunio.*

**D** EUS, qui ánimæ fámuli tui Leónis æternæ beatitúdinis præmia contulísti: concêde propítius: vt, qui peccatôrum nostrôrum pōdere prémimur, eius apud te précibus subleuêmur. Per Dóminum nostrum.

**I N V I G I L I A**  
**Apostolorum Petri & Pauli.**

*Introitus.*



**D** icit Dominus Petro: Cùm esses iunior, cingebas te, & ambulabas, vbi volebas: cùm autem senueris, extēdes manus tuas, & a-

lius te cinget, & ducet quò tu non vis: hoc autem dixit, significans, qua morte clarificaturus esset Deum.

Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum. *ψ*. Gloria patri.

**Non dicitur** Gloria in excelsis Deo.

*Oratio.*

**P** Ræsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt nullis nos permittas perturbatióibus cōcuti: quos in apostólicæ confessiōnis petra solidásti. Per Dóminum.

**Secunda Oratio de sancta Maria, C** oncede. **tertia, E** cclesiæ. **vel pro Papa.**

*Lectio Actuum apostolorum.*

**I** N diēbus illis: Petrus & Ioán-<sup>Cap. 3.</sup> nes ascendebant in templum, ad horá oratiōnis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciōsa, vt pēteret eleemósynam ab introeúntibus in templum. Is cùm vidisset Petrum & Ioánnem incipientes introire in templum: rogábat, vt eleemósynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioáinne, dixit. Réspice in nos. At ille intendēbat in eos, sperans se aliquid acceptúrum ab eis. Petrus autem dixit. Argéntum & aurum non est mihi: quod autem hábeo, hoc tibi do. In nómine Iesu Christi Nazaréni surge, & ámbula. Et apprehénsa manu eius dextra, alleuáuit eum: & prótinus consolidatæ sunt basēs eius & plantæ. Et exiliens stetit, & ambulabat: & intráuit cum illis in templum ámbulans, & exiliens, & laudans

Deum.



Deum. Et vidit omnis pópulus eum ambulátem, & laudántem Deum. Cognoscébant autem illum, quóniam ipse erat, qui ad eleemósynam sedébat ad Speciósam portam templi: & repléti sunt omnes stupóre & éxtasi, in eo quod contigerat illi.

*Psal. 118.* **Graduale.** In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. *V.* Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.

**Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Ioánnem.**

*Cap. 21.* **I**n illo témpore: Dixit Iesus Simóni Petro. Simon Ioánnis díligis me plus his? Dicit ei. Etiam Dómine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei íterum. Simon Ioánnis díligis me? Ait illi. Etiam Dómine: tu scis: quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tértiò. Simon Ioánnis amas me? Contristátus est Petrus, quia dixit ei tértiò, amas me: & dixit ei. Dómine, tu ómnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen, amen di-

co tibi: cùm esses iúnior, cingébas te, & ambulábas vbi volébas. Cùm autem sentieris, extédes manus tuas, & álius te cinget, & ducet, quo tu non vis. Hoc autem dixit, signíficans, qua morte esset clarificaturus Deum.

**Offertor.** Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. *Ps. 138.*

**Secreta.**

**M**Vnus pópuli tui, quæsumus, Dómine, apostólica intercessiône sanctífica: nósque à peccatôrum nostrôrum máculis emúnda. Per Dóminum.

**Communio.** Simon Ioánnis díligis me plus his? Domine, tu omnia nosti: tu scis Domine, quia amo te. *Ioan. 22.*

**Postcommunio.**

**Q**Vos cælésti, Dómine, aliménto satiásti: apostólicis intercessiônibus ab omni aduersitate custódi. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculôrum. *R.* Amen.



# IN FESTO APOSTOLORVM PETRI ET PAULI.



## Introitus. 3:

Vnc scio verè, quia  
misit Dominus ange-  
lum suum: & eripuit  
me de manu Hero-  
dis, & de omni ex-  
pectatione plebis Iu-  
daeorum.



*Psalm.* Domine probasti  
me, & cognouisti me: tu cognouisti  
sessionem meam, & resurrectionem  
meam. *ψ.* Gloria patri.

## Oratio.

**D**EUS, qui hodièrnam diem  
apostolorum tuorum Petri  
& Pauli martyrio consecrasti: da  
ecclesiæ tuæ, eorum in omnibus  
sequi præceptum: per quos reli-  
giõnis sumpsit exordium. Per Dõ-  
minum nostrum.

*Et non fit commemoratio de  
S. Paulo: quia Oratio est cõmunis;  
nec Octauæ S. Ioannis Baptistæ.*

Lectio



## Lectio Actuum apostolorum.

**I**N diēbus illis: Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdā de ecclēsia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioānnis gladio. Videns autem quia placēret Iudæis, appōsuit, vt apprehēderet & Petrum. (Erant autem dies azymōrum.) Quem cū apprehēdisset, misit in cárcerem: tradens quatuor quaterniōibus militum custodiendum: volens post Pascha producere eū pōpulo. Et Petrus quidem seruabatur in cárcere. Oratio autem fiēbat sine intermissiōe ab Ecclēsia ad Deum pro eo. Cū autem productūrus eum esset Herodes: in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catēnis duābus: & custōdes ante ostiū custodiēbant cárcerem. Et ecce, angelus Dōmini āstitit: & lumen refūlfit in habitaculo. Percussioque latere Petri, excitauit eū, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catēnæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Præcingere, & calcea te caligas tuas: & fecit sic. Et dixit illi. Circūda tibi vestimētum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum: & nesciēbat, quia verum est, quod fiēbat per angelum. Existimabat autem se visum vidēre. Transēntes autem primā & secūdam custodiam, venērūt ad portam ferream,

quæ ducit ad ciuitatem: quæ vltro aperta est eis. Et exeūntes, processerunt vicum vnum: & continuò discēssit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuērsus, dixit. Nunc scio verè, quia misit Dōminus angelum suum: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatiōe plebis Iudæorum.

**Graduale.** Constitues eos principes <sup>psal. 46.</sup> super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine. **V.** Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi.

**A**lleluia, alleluia. **V.** Tu es Petrus: & <sup>Mat. 16</sup> super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, alleluia.

Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Matthæum.

**I**N illo tēpore: Venit Iesus in <sup>cap. 16.</sup> partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens. Quem dicunt hōmines esse filium hōminis? At illi dixerunt. Alij Ioānnem Baptistam: alij autem Eliam: alij verò Hieremiam: aut vnum ex prophētis. Dicit illis Iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus, dixit ei. Beātus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ec-



clésiā meam: & portæ inferi non præualēbunt aduersus eam. Et tibi dabo clauēs regni cælōrum. Et quodcūque ligaueris super terram, erit ligātum & in cælis: & quodcūque solueris super terram, erit solūtum & in cælis.

Et dicitur **C**redo.

*Mat. 16.* **Offertor.** **C**onstitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine, in omni progenie & generatione.

**Secreta.**

**H**ostias Dōmine, quas nōmini tuo sacrādas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, & defendi. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate Spīritus sancti Deus.

**Præfatio de Apostolis, & dicitur per totam octauam.**

*Mat. 16.* **Communio.** Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

**Postcommunio.**

**Q**uos cælesti, Dōmine, alimēto satiasti: apostolicis intercessiōibus ab omni aduersitate custodi. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filiū tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate Spīritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculōrum. Amen.

**IN COMMEMORATIONE S. Pauli.**

**Introitus. I.**



Cio, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meū seruare in illum diem, iustus iudex.

**Psal.** Dñe pro-

basti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. **ꝰ.** Gloria patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui multitudinem gentium, beāti Pauli apostoli prædicatiōne docuisti: da nobis, quæsumus: ut cuius natalitia cōlimus, eius apud te patrocīnia sentiāmus. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Et fit commemoratio de B. Petro.**

**Oratio.**

**D**eus, qui beāto Petro apostolo tuo, collatis clāuibus regni cælestis, animas ligandi, atque soluēdi pontificium tradidisti: concede, ut intercessiōnis eius auxiliō, à peccatōrum nostrōrum nexibus liberēmur. Qui uiuis & regnas.

**Deinde fit cōmemoratio S. Iohannis, præterquam in ecclesia propria S. Pauli. Oratio.** Deus qui præsentem diem. 78.

**Lectio epistolæ beāti Pauli apostoli ad Galatas.**

**F**ratres: Notum vobis facio euangélium, quod euangelizatum



zatum est à me: quia nõ est secun-  
 dum hómìnem. Neque enim ego  
 ab hómìne accépi illud, neque dí-  
 dici: sed per reuelatiõnẽ Iesu Chri-  
 sti. Audistis enim conuersatiõnem  
 meã aliquãdo in Iudaísimo: quõ-  
 niam supra modum perfequẽbar  
 ecclésiã Dei: & expugnãbam il-  
 lam: & proficiẽbam in Iudaísimo  
 supra multos coætãneos meos, in  
 genere meo: abundãntius æmulã-  
 tor exístens paternãrum meãrum  
 traditiõnum. Cũ autem placuit  
 ei qui me segregãuit ex vtero ma-  
 tris meæ; & vocãuit per grãtiam  
 suam, vt reuelãret filium suum in  
 me, vt euangelizãrem illum in  
 gẽntibus: continuò non acquiẽui  
 carni & sanguini. Neque veni  
 Hierosólymam ad antecessóres  
 meos Apóstolos: sed abij in Arã-  
 biam, & iterum reuérsum sum Da-  
 máscum. Deinde post annos tres  
 veni Hierosólymam vidẽre Pe-  
 trum: & mansi apud eum diẽbus  
 quíndecim. Alium autem apo-  
 stolõrum vidi nẽminem: nisi Ia-  
 cõbum fratrem Dõmini. Quæ  
 autem scribo vobis: ecce coram  
 Deo, quia non mẽntior.

*Galat. 5.* **Graduale.** Qui operatus est Petro  
 in apostolatu, operatus est & mihi in-  
 ter gentes: & cognouerunt gratiam  
*2. Co. 15* Dei, quæ data est mihi. **V.** Gratia Dei  
 in me vacua non fuit: sed gratia eius  
 semper in me manet.

Alleluia, alleluia. **V.** Sancte Paule  
 apostole, prædicator veritatis, &  
 doctor gentium: intercede pro no-  
 bis, alleluia.

**Sequẽntia sancti euangélij  
 secũndum Matthæum.**

**I**n illo tẽpore: Dixit Iesus di- Cap. 10.  
 scípulis suis. Ecce, ego mitto  
 vos, sicut oves in medio lupõrum.  
 Estote ergo prudentes sicut serpen-  
 tes: & simplices sicut colũbæ.  
 Cauete autẽ ab homínibus. Tra-  
 dent enim vos in concíliis, & in  
 synagógis suis flagellábunt vos: &  
 ad præsides & reges ducẽmini pro-  
 pter me, in testimónium illis &  
 gẽntibus. Cũ autem tradent  
 vos, nolite cogitare quõmodo, aut  
 quid loquãmini. Dãbitur enim  
 vobis in illa hora, quid loquãmi-  
 ni. Non enim vos estis qui loquí-  
 mini: sed spíritus patris vestri, qui  
 loquitur in vobis. Tradet autem  
 frater fratrem in mortem: & pater  
 filium. Et insũrgent filij in parẽ-  
 tes: & morte eos afficient. Et eritis  
 ódio ómnibus homínibus propter  
 nomen meum. Qui autem perse-  
 uerãuerit vsque in finem: hic sal-  
 uus erit. **Et dicitur Credo.**

**Offertor.** Mihi autem nimis ho- Ps. 136.  
 norificati sunt amici tui Deus: nimis  
 confortatus est principatus eorum.

**Secreta.**

**A** Póstoli tui Pauli præcibus,  
 Dñe, plebis tuæ dona san-  
 ctifica:



etífica: vt, quæ tibi tuo grata sunt instituto, gratiôra fiant patrocínio supplicantis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

**Pro beato Petro. Secreta.**

**E**cclesiæ tuæ, quæsumus, Dómine, preces & hóstias beati Petri apóstoli tui. cômendet oratio: vt, quod pro illius glória celebrâmus, nobis profit ad véniam. Per Dóminum.

**Pro S. Ioanne, Secreta. T**ua Domine.

**Præfatio de Apostolis.**

**Mat. 19** **Communio.** Amen dico vobis: quòd vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me: centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

**Postcommunio.**

**P**ercéptis, Dómine, sacramentis, beatis apóstolis interueniéntibus deprecâmur: vt, quæ pro illorum celebrâta sunt glória,

nobis proficiant ad medêlam. Per Dóminum nostrum.

**Pro beato Petro.**

**Postcommunio.**

**L**ætíficet nos, Dómine, munus oblâatum: vt, sicut in apóstolo tuo Petro, te mirabilem prædicâmus: sic per illum, tuæ sumâmus indulgéntiæ largitâtem. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitâte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

**Pro S. Ioanne, Postcommunio.**  
**S**umat ecclesiæ.

---

## FESTA IULII.

---

**I**N OCTAVA SANCTI Ioannis Baptistæ, dicitur Missa, vt in die, cum commem. Apost. vt supra, & in ea dicitur **C**redo.

---

Die 1.  
Iulij.



IN FESTO VISITATIONIS  
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.



## Introitus. 2.

Alue sancta parens,  
enixa puerpera regē:  
qui cælum terramque  
regit in sæcula sæcu-  
lorum. **Psal.** Eru-

ctavit cor meum ver-  
bum bonum: dico ego opera mea re-  
gi. **Ps.** Gloria patri.

## Oratio.

**F**amulis tuis, quæsumus, Dô-  
mine, cælestis gratiæ munus

impertire: vt, quibus beatae Virgi-  
nis partus extitit salutis exordium,  
Visitationis eius votiuua sollémni-  
tas, pacis tribuat incrementum.  
Per Dóminum.

**Pro commemoratione sancto-  
rum Apostolorum Petri & Pauli.**

## Oratio.

**D**eus, qui hodiernam diem  
apostolorum tuorum Petri  
& Pauli martyrio consecrasti: da  
ecclesiæ tuæ, eorum in omnibus

f. 5. sequi

Sedlin.



Psal. 44



sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordium.

**Pro commemoratione SS. Martirum Processi & Martiniani.**

**Oratio.**

**D**Eus, qui nos sanctorum martyrum tuorum Processi & Martiniani gloriosis confessionibus circumdandas & protegis: da nobis, & eorum imitatione proficere, & intercessionem gaudere. Per Dominum.

**Lectio libri Sapientie.**

**E**Cce iste venit saliens in montibus, transfiliens colles. Similis est dilectus meus caprea, hinnuloque ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestram, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge, propra amica mea, columba mea, formosa mea: & veni. Iam enim hiems transiit: imber abiit, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vinee florentes dederunt odorem suum. Surge, propra amica mea, speciosa mea: & veni. Columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceriae, ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

**Graduale.** Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quae sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris.

✠ Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

Alleluia, allel. ✠ Felix es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est Sol iustitiae, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.**

**I**N illo tempore: Exurgens Maria, abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariae: & salutauit Elizabeth: Et factum est: ut audiuit salutationem Mariae Elizabeth: exultauit infans in utero eius. Et repleta est Spiritu sancto Elizabeth: & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus uteris tui. Et vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim, ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis: exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata, quae credidisti: quonia perficiuntur ea, quae dicta sunt tibi a Domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

**Et dicitur Credo.**

**Offert.** Beata es virgo Maria, quae omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit, & in aeternum permanes virgo.

**Secreta.**

**V**Nigeniti tui, Domine, nobis succurrat humanitas: ut, qui natus



natus de virgine, matris integritatem non minuit, sed sacravit, in Visitationis eius sollémniis nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram sibi faciat acceptam Iesus Christus Dñs noster. Qui tecum.

*Pro commemoratione sanctorum apostolorum Petri & Pauli.*

*Secreta.*

**H**ostias, Dñe, quas nómini tuo sacradas offerimus, apostólica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, & defendi.

*Pro cōmemoratione sanctorum martyrum Processi & Martiniani.*

*Secreta.*

**S**uscipe, Dómine, preces & múnera: quæ, vt tuo sint digna cōspéctu, sanctorum tuorum precibus adiuuémur. Per Dóminum.

*Præfatio de beata Virgine. Et te in Visitatione &c.*

*Communio.* Beata viscera Mariæ virginis: quæ porrauerunt æterni patris filium.

*Postcommunio.*

**S**umpsimus, Dómine, celebritatis annuæ votiuā sacramenta: præsta, quæsumus: vt temporâlis vitæ nobis remédia præbeant, & æternæ. Per Dóminum.

*Pro commemoratione sanctorum apostolorum Petri & Pauli.*

*Postcommunio.*

**Q**vos cælesti, Dómine, aliménto satiasti: apostólicis

intercessiõnibus ab omni aduersitate custodi.

*Pro commem. sanctorum martyrum Processi & Martiniani.*

*Postcommunio.*

**C**orporis sacri, & pretiosi sanguinis repléti libamine, quæsumus, Dómine Deus noster: vt, quod pia deuotiõne gérimus, certa redemptione capiámus. Per eundem Dóminum.

**I N F R A O C T A V A M**  
**SS. Apostolorum Petri & Pauli.**

*Introitus. 2.*



Ihi autem nimis honorati sunt amici tui ps. 138.

Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

*Psalm.* Dómine ibid. m.

probasti me, &

cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

*v. Gloria patri.*

*Oratio.*

**D**eus, qui hodiernam diem apostolorum tuorum Petri & Pauli martyrio consecrasti: da ecclesiæ tuæ, eorum in omnibus sequi præceptum: per quos religionis sumpsit exordium. Per Dóminum.

*Secunda Oratio de S. Maria,*

*Concede. tertia, E. ecclesiæ. vel pro Papa.*

*Lectio Actuum apostolorum.*

**I**n diæbus illis: Per manus apostolorum cap. 5. fiebant signa. & prodigia

multa



multa in plebe. Et erant vnanímiter omnes in pórticu Salomônis. Cæterórum autem nemo audébat se coniúgere illis: sed magnificábat eos pópulus. Magis autem augebátur credéntium in Dño multitúdo virórú ac mulierum: ita vt in platéis eiicerét infirmos, & pónerét in léctulis, & grabátis: vt veniénte Petro, saltem vmbra illíus obumbráret quenquam illórum: & liberaréntur ab infirmitátibus suis. Conourrêbat autem & multitúdo vicinârum ciuitátum, Hierúsalem: afferéntes ægros, & vexátos à spirítibus immúndis: qui cûrabántur omnes.

psal. 44.

**Graduale.** Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine. *ŷ.* Pro patribus tujs nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi.

**Alleluia, alleluia.** *ŷ.* Rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Matthæum.**

cap. 19.

**I**N illo témpore: Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce nos reliquimus ómnia, & secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quòd vos qui secúti estis me, in regeneratióne cum sèderit filius hóminis in sede maiestátis suæ, sedébitis &

vos super sedes duódecim, iudicántes duódecim tribus Israél. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut vxórem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accípiet, & vitam æternam possidébit.

**Et dicitur Credo.**

**Offertorium.** In omnem terram *psal. 18.*

exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. **Secreta.**

**H**Ostias, Dómine, quas nómini tuo sacrándas offerimus, apostólica prosequátur oratio: per quam nos expiári tríbuas, & defendi. Per Dóminum.

**Secunda Secreta.** Tua Domine. **tertia Protege. vel Oblatis.**

**Præfatio de Apostolis.**

**Communio.** Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Israel.

**Postcommunio.**

**Q**Vos cælésti, Dómine, alimento satiásti, apostólicis intercessiónibus ab omni aduersitate custódi. Per Dóminum nostrú Iesum Christú filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. *Bl.* Amen.

**Secunda Postcommunio.** Sumptis Domine. **tertia, Quæsumus, vel Hæc nos.**



**I N O C T A V A**  
apostolorum Petri & Pauli.

**Introitus. r.**

Apietiam sanctorum  
narrēt populi, & lau-  
des eorum nūtiēt ec-  
clesia: nomina autem  
eorum viuent in sæ-  
culum sæculi.



Ecl. 44.

**Psal. Exultate iusti in Dño: rectos  
deceat collaudatio. y. Gloria patri:**

**Oratio.**

**D**Eus, cuius dextera beatum  
Petrum ambulāntem in flū-  
ctibus, ne mergerētur, erexit: &  
coapostolum eius Paulum tertio  
nafragāntem, de profundo péla-  
gi liberāuit: exaudi nos propitius,  
& concēde: vt ambōrum méritis,  
æternitātis glóriam consequāmur.  
Qui viuis.

**Lectio libri Sapientia.**

**H**I sunt viri misericordiæ,  
quorū iustitiæ obliuionem  
non accepērunt. Cum semine eō-  
rum pēmanent bona: hæreditas  
sancta nepotes eōrum. Et in testa-  
mētis stetit semen eōrum: & filij  
eōrum propter eos in ætēnum  
manent. Generatio eōrum: & glō-  
ria eōrum, nō derelinquētur. Cōr-  
pora eōrum in pace sepulta sunt:  
& nōmina eōrum viuēt in sæcula.  
Sapientiam eōrum narrent omnes  
populi: & laudem eōrum pronū-  
ciet omnis ecclēsia sanctorum.

Ecl. 44.

**Graduale.** Iustorum animæ in ma-  
nu Dei sunt, & non tāget illos tormē-  
tum malitiæ. y. Visi sunt oculis insi-  
piētium mori: illi autem sunt in pace.

**Alleluia, alleluia. y.** Vos estis, qui  
permanistis mecum in tentationibus  
meis: & ego dispono vobis regnum,  
vt sedeat super thronos, iudicantes  
duodecim tribus Israel, alleluia.

**Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Matthæum.**

**I**N illo tempore: Iussit Iesus di-  
scipulos ascendere in nauiculā,  
& præcedere eum trans fretū, do-  
nec dimitteret turbas. Et dimissa  
turba, ascendit in montē solus orā-  
re. Vespere autem facto, solus erat  
ibi. Nauicula autē in medio mari  
iactabatur fluctibus. Erat enim  
contrarius ventus. Quarta autem  
vigilia noctis, venit ad eos, ambu-  
lans super mare. Et videntes eum  
supra mare ambulāntem, turbati  
sunt, dicentes: quia phantasma est.  
Et præ timōre clamauerunt. Stā-  
timque locutus est eis Iesus, dicēs.  
Habete fiduciam: ego sum: nolite  
timere. Respondens autem Petrus:  
dixit. Dōmine, si tu es, iube me ve-  
nire ad te super aquas. At ipse ait.  
Veni. Et descendens Petrus de na-  
uicula, ambulabat super aquam,  
vt veniret ad Iesum. Videns verō  
ventum validum, timuit. Et cū  
cœpisset mergi, clamauit, dicens:  
Dōmine, saluū me fac. Et cōtinuō

exten-



exténdens Iesus manum, apprehéndit eum: & ait illi. Mòdicæ fidei, quare dubitâsti? Et cum ascendisset in nauículam, cessauit ventus. Qui autem in nauícula erant, venérunt, & adorauerunt eum dicentes. Verè filius Dei es.

**Et dicitur Credo.**

*Ps. 149.* **Offertor.** Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum.

**Secreta.**

**O**fferimus tibi, Dòmine, preces & múnera: quæ, vt tuo sint digna còspéctu, apostolòrum tuòrum Petri & Pauli précibus adiuuémur. Per Dòminum nostrum Iesum Christù filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitàte Spíritus sancti Deus.

**Præfatio de Apostolis.**

*5. p. 3.* **Communio.** Iustorum animæ in manu Dei sunt, & nō tanget illos tormentum malitiæ: visi sunt oculis impietium mori: illi autem sunt in pace.

**Postcommunio.**

**P**rótege, Dòmine, pópulum tuum: & apostolòrum tuòrum Petri & Pauli patrocínio còfidéntem, perpétua defensiòne còsèrua. Per Dòminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitàte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculòrum. *R.* Amen.

**I N F E S T O**  
**SS. Mart. Septem fratrum, ac Rufinæ & Secundæ virg. & mart.**

**Introitus. I.**



*Ps. 112.* Audate pueri Domini, laudate nomen Domini: qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

**Psalm.** Sit nomen Domini benedictum, ex hoc, nunc, & vsque in sæculum. *V.* Gloria patri.

**Oratio.**

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt qui gloriòsos mârtyres fortes in sua confessiòne cognouimus, pios apud te in nostra intercessiòne sentiâmus. Per Dòminum nostrum.

**Lectio libri Sapientiæ.**

*Prou. 31.* **M**ulierem fortem quis inueniet? Procul, & de vltimis finibus pretium eius. Còfidit in eam cor viri sui: & spóliis non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, ómnibus dièbus vitæ suæ. Quæsiuit lanam & linum: & operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi nauis institòris de lógè portans panè suù. Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis: & cibária ancillis suis. Còsiderâuit agrum, & emit eum: de fructu manuum suarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lum-



lumbos suos: & roborauit brachiū suum. Gustauit & vidit, quia bona est negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia: & digiti eius apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi: & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suae à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terrae. Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chanaanæ. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientiae: & lex clementiae in lingua eius. Considerauit semitas domus suae: & panem otiosa non comedit. Surrexerunt filij eius, & beatissimam praedicauerunt: vir eius, & laudauit eam. Multae filiae congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eam in portis opera eius.

*Pf. 123.* **Graduale.** A nima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: & nos liberati sumus: adiutorium nostrum in no-

mine Dñi, qui fecit caelum & terram. **A**lleluia, alleluia. *v.* Haec est vera fraternitas, quae vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna caelestia, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthaeum.**

**I**n illo tempore: Loquente Iesu *Cap. 12.* ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quaerentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quaerentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait. Quae est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum suam in discipulos suos, dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.

**Offert.** A nima nostra, sicut passer, *Pf. 123.* erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

**Secreta.**

**S**acrificiis praesentibus, quaesumus, Domine, intende placatus: & intercedentibus sanctis tuis, deuotioni nostrae proficiant, & saluti. Per Dominum.

**Communio.** Quicumque fecerit *Mat. 12.* voluntatem patris mei, qui in caelis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit Dñs. **Postcommunio.**

**Q**uesumus, omnipotens Deus: vt intercedentibus sanctis tuis, illius salutaris capiamus effectum, cuius.



cuius per hæc mystéria pignus ac-  
cepimus. Per Dóminum.

<sup>xi.</sup>  
<sup>Iulij.</sup> S. PII PAPAE ET MARTYRIS  
Missa. Statuit ei Dominus. vt in  
communi vnus martyris pontifi-  
cis, pagina 2.

<sup>xxij.</sup>  
<sup>Iulij.</sup> SS. MART. NABORIS ET  
Felicis dicitur Missa. Intret in con-  
spectu tuo. de communi plurimo-  
rum martyrum, pagina 13. præter  
Orationem, quæ dicitur vt infra.

Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, Dómine:  
vt, sicut nos sanctórum már-  
tyrum tuórum Nabôris & Felícis  
natalítia celebránda non deserút:  
ita iúgiter suffrágiis comitentur.  
Per Dóminum nostrum.

Secreta.

**M**Vnera plebis tuæ, quæsu-  
mus, Dómine, sanctórum  
martyrum tuórum Nabôris & Felícis  
fiant grata suffrágiis: & quo-  
rum triúmphis tuo nómini offe-  
rúntur, ipsórum digna perficián-  
tur & méritis. Per Dóminum.

Postcommunio.

**N**atalítis sanctórum tuórum,  
quæsumus, Dómine, vt sa-  
craménti múnere vegetáti: bonis,  
quibus per tuam grátiam nunc  
fouémur, perfruámur ætérnis. Per  
Dóminum nostrum.

IN FESTO S. ANACLETI  
Papæ & mart. Missa. Sacerdotes  
Dei. de communi vnus martyris  
pont. pag. 3.

IN FESTO  
S. Bonauenturæ Episcopi & conf.  
Introitus. 3.



Acerdotes tui, Domi-  
ne, induant iustitiam:  
& sancti tui exultent:  
propter Dauid seruú  
tuum, non auertas fa-  
ciem Christi tui.

**Psalm.** Memento, Domine, Da-  
uid, & omnis mansuetudinis eius.

ψ. Gloria patri & filio.

Oratio.

**E**Xaudi, quæsumus, Dómine,  
preces nostras: quas in beáti  
Bonauenturæ cōfessóris tui atque  
pontíficis sollempnitáte deférimus:  
& qui tibi dignè méruit famulári,  
eius intercedéntibus méritis, ab  
ómnibus nos absolue peccátis. Per  
Dóminum nostrum.

**Epist.** Testificor coram Deo. de  
communi Doctorum, pag. 26.

**Graduale.** Os iusti meditabitur  
sapientiam, & lingua eius loquetur  
iudicium. ψ. Lex Dei eius in corde  
ipsi: & nō supplátabútur gressus eius.  
Alleluia, alleluia. ψ. Iurauit Domi-  
nus, & non pœnitebit eum: tu es Sa-  
cerdos in æternum secundum ordi-  
nem Melchisedech, alleluia.

Euang.



**Euangel.** Homo quidam peregrè.  
de communi confess. pont. pag. 22.

Psal. 88.

**Offert.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

**Secreta.**

**S**ancti Bonaventuræ confessoris tui atque pontificis, quæsumus, Domine, annua sollemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt per hæc piæ placatiõnis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum.

Mat. 24

**Communio.** Beatus seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: Amen dico vobis: super omnia bona constituet eum.

**Postcommunio.**

**D**eus, fideliũ remunerator animarum, præsta: vt beati Bonaventuræ confessoris tui atq; pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem: præcibus indulgentiam consequamur. Per Dominum nostrum.

1007.  
Iulij.

**SANCTI ALEXII**  
confessoris. **Introitus.** 6.

Psal. 36.



**Q**ui iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius.

Ibidem.

**Pſalm.** Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. **̄.** Gloria patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui nos beati Alexij confessoris tui annua sollemnitate lætificas: concède propitius: vt cuius natalitia colimus, etiã actiones imitemur. Per Dominum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Timotheum.**

**C**arissime: Est questus magnus: <sup>1. cap. 6.</sup> pietas cum sufficiẽtia. Nihil enim intulimus in hũc mundum: haud dubiũ quia nec auferre quid possumus. Habẽtes autẽ alimẽta, & quibus tegamur: his cõtenti simus. Nam qui volunt diuites fieri: incidunt in tentatiõnem, & in laqueum diaboli, & desidẽria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum, est cupiditas. Quam quidam appetentes, errauerunt à fide: & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem ô homo Dei, hæc fuge: sectare verò iustitiam, pietatẽ, fidem, charitatẽ, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehẽde vitam æternam.

**Graduale.** Iustus, vt palma, florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Domini. **̄.** Ad annũciandum manẽ misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

**Alleluia, allel. ̄.** Beatus vir, qui suffert tentationẽ: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, allel. <sup>Iacob. 1.</sup>



Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.

S. SYMPHOROSÆ <sup>xxvij.</sup>  
cum septem filiis martyribus. <sup>lviij.</sup>

<sup>Cap. 29.</sup> **I**N illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

<sup>Psal. 28.</sup> **Offert.** Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

**L**Audisti tibi, Domine, hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos & presentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dominum.

<sup>Mat. 24</sup> **Communio.** Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilatem: Amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. **Postcommunio.**

**R**Efecti cibo, potuque cælesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut in cuius hæc commemoratione percipimus, eius muniamur & precibus. Per Dominum.

Introitus. 2.



Lamauerunt iusti, & <sup>Psal. 35.</sup>  
Dominus exaudiuit  
eos: & ex omnibus  
tribulationibus eorum  
liberauit eos.

**Psalin.** Benedicam <sup>ibidem.</sup>

Dominum in omni tempore: semper  
laus eius in ore meo. **V.** Gloria.

Oratio.

**D**Eus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum, Symphorose & filiorum natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

**Epistola.** Sancti per fidem vicerunt  
regna. **de communi plurimorum  
mart. pag. 19.**

**Graduale.** Ecce quam bonum, & <sup>Psal. 132.</sup>  
quam iucundum habitare fratres in  
vnum. **V.** Sicut unguentum in capite,  
quod descendit in barbam, barbam  
Aaron. **A**lleluia, alleluia. **V.** Hæc est  
vera fraternitas, quæ vicit mundi cri-  
mina: Christum secuta est, inclyta te-  
nens regna cælestia, alleluia.

**Euangelium.** Attendite à fermento Pharisæorum. **de eodem com-  
muni, pag. 21.**

**Offert.** Lætamini in Domino, & exultate <sup>Psal. 32.</sup>  
iusti: & gloriamini omnes recti corde.

Secreta.

**M**Vnera tibi, Domine, nostræ  
deuotionis offerimus: quæ  
& pro



& pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum nostrum.

*Mat. 12* **Communio.** Quicumque fecerit voluntatem patris mei, qui in caelis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit Dominus.

**Postcommunio.**

**P**Ræsta nobis, quæsumus, Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Symphorosa & filiis: ut quæ ore cõtingimus, pure mente capiãmus. Per Dominum.

*xxx. Iulij.* S. MARGARITAE VIRG. & martyris. **Missa.** Me expectauerunt. **de communi virg. & mart.** pagina 34.

*xxi. Iulij.* S. PRAEDEXIS VIRG.

**Introitus.** 5.

*Ps. 118.*



Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebam: & meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis.

*ibidem.* **Psalm.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. **Gloria.**

**Oratio.**

**E**Xaudi nos Deus salutaris noster: ut, sicut de beatæ Prædexis virginis tuæ festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiãmur affectu. Per Dominum.

**Epist.** De virginibus præceptum. **de communi virginum,** pag. 37.

**Graduale.** Diluxisti iustitiam, & *Psal. 46.* odisti iniquitatem. **G.** Propterea vixit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.

**A**lleluia, alleluia. **G.** Specie tua & *ibidem.* pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna, alleluia.

**Euangelium.** Simile est regnum caelorum thesauro. **de eodem communi,** pag. 35.

**Offertor.** Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi.

**Secreta.**

**A**ccèpta tibi sit, Domine, sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Simile est regnum *Mat. 13* caelorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas: inuenta vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam.

**Postcommunio.**

**S**atiasti, Domine, familiam tuam munèribus sacris: eius, quæsumus, interuentione nos refoue, cuius sollèmnia celebrãmus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuuit & regnat in vnitatè Spiritus sancti Deus.



xxv.  
Iulij.

I N F E S T O  
Sanctæ Mariæ Magdalenæ.

Introitus. 2.

Ps. 118.



E expectauerunt peccatores: vt perderet me: testimonia tua, Domine, intellexi: omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Ibidem.

**Psalm.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. *ŷ.* Gloria.

Oratio.

**B**eata Mariæ Magdalene, quesumus, Domine, suffragiis adiuuemur: cuius precibus exoratus, quatríduanum fratrem Lazarum viuum ab inferis resuscitasti. Qui viuis & regnas.

Lectio libri Sapientia.

Cant. 3.

**S**urgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quaeram quem diligit anima mea. Quæsiui illum: & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num quæ diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quæ diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Adiuuro vos filie Hierusalém per capreas ceruosq; camporum: ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. *Cap. 2.* Pone me vt signaculum super cor.

tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors, dilectio: dura sicut infernus, emulatio. Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ, pro dilectione: quasi nihil despiciet eam.

**Graduale.** Dilexisti iustitiam: & *Psal. 44.* odisti iniquitatem. *ŷ.* Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ.

**A**lleluia, alleluia. *ŷ.* Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, alleluia. *Ibidem.*

Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Rogabat Iesum *Cap. 7.* quidam Phariseus, vt maderet cum illo. Et ingressus domum Pharisei, discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod Iesus accubuit in domo Pharisei, attulit alabastrum unguenti: & stans retro secus pedes eius: lachrymis coepit rigare pedes eius: & capillis capitis sui tergêbat: & osculabatur pedes eius: & unguento ungebatur. Videns autem Phariseus, qui vocauerat eum, ait intra se: dicens. Hic, si esset propheta, sciret utique, quæ, & qualis esset mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere.

Ar.



At ille ait. Magister, dic. Duo debitorum erant cuiusdam foeneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderet, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit. Aestimo, quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam; aquam pedibus meis non dedisti: haec autem lacrymis rigauit pedes meos; & capillis suis terfit. Osculum mihi non dedisti: haec autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti; haec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et coeperunt qui simul accumbebant, dicere intra se. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

**Et dicitur C**redo.

**Offertor.** Filiae regum in honore tuo, astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

**Secreta.**

**M** Vnera nostra, quaesumus, Domine, beate Mariae Ma-

gdalenae gloriosa merita tibi reddant accepta: cuius oblationis obsequium vnigenitus filius tuus clementer suscepit impensum. Qui tecum viuit & regnat.

**Communio.** Feci iudicium & iustitiam Dñe, non calumnientur mihi superbi; ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui.

**Postcommunio.**

**S** Vmpto, quaesumus, Domine, vnico ac salutari remedio, corpore scilicet, & pretioso sanguine tuo: ab omnibus malis, sancte Mariae Magdalene patrociniis eruamur. Qui viuis & regnas.

**I N F E S T O**

**S. Apollinaris Episcopi & Mart.**

**Introitus. 6.**



Acerdotes Dei benedicite Dominum: sancti & humiles corde laudate Deum.

**Psal.** Benedicite omnia opera Domini

Dño: laudate & superexaltate eum in saecula. **Oratio.**

**D** Eus, fidelium remunerator animarum, quiq; hunc diem beati Apollinaris sacerdotis tui martyrio consecrasti: tribue, quaesumus, nobis famulis tuis: vt, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus eius indulgentiam consequamur. Per Dominum.



Lectio epistolæ beati  
Petri Apóstoli.

**C**arissimi: Seniores qui in vobis sunt, obsecro cōsenior & testis Christi passiōnū, qui & eius, quæ in futuro reuelānda est, glōriæ communicātor. Pāseite, qui in vobis est, gregē Dei: prouidentes non coāctē, sed spontāneē secundum Deum: neq; turpis lucri grātia, sed voluntariē: neq; vt domināntes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cū apparuerit princeps pastōrum, percipiētis immarcescibilem glōriæ corōnam. Similiter adolēcentes sūbditi estōte senioribus. Omnes enim inuicē humilitātem insinuāte. Quia Deus superbis resistit; humilibus autē dat grātiā. Humiliāmini igitur sub potēti manu Dei: vt vos exāltet in tēpore visitatiōnis: omnem sollicitūdinem vestram proiciētes in eum, quōniā ipsi cura est de vobis. Sōbrii estōte, & vigilāte: quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rūgiēs circuit, quærens quē deuoret. Cui resistite, fortes in fide: sciētes eādem passiōnem ei quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Deus autē omnis grātiæ, qui vocāuit nos in ætēnam suam glōriam in Christo Iesu, modicū passos ipse perficiet, confirmābit, solidābitque. Ipsi glōria & impērium in sæcula sæculōrum, Amen.

**Graduale.** Inueni David seruum psal. 88.  
meū: oleo sancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum cōfortabit eum. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. ibidem.

**Alleluia, alleluia.** **V.** Iurauit Dominus, & non pænitebit eum: tu es Sacerdos in ætēnum secundum ordinem Melchisedech, alleluia. ps. 109.

Sequētia sancti euangēlij  
secundum Lucam.

**I**n illo tēpore: Facta est cōtēntio inter discipulos, quis eōrum viderētur esse maior. Dixit autem eis Iesus. Reges gentium domināntur eōrum: & qui potestātem habent super eos, benéfici vocāntur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcēssor est, sicut ministrātor. Nam quis maior est: qui recūbit, an qui ministrat? Nōne qui recūbit: ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autē estis, qui permānistis mecum in tentatiōnibus meis. Et ego dispōno vobis, sicut dispōsuit mihi pater meus, regnū: vt edātis & bibātis super mensam meam in regno meo: & sedeātis super thronos, iudicāntes duodecim tribus Israhel.

**Offertor.** Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. psal. 22.

Secre-



## Secreta.

**R**espice, Dómine, propítius super hæc múnera, quæ pro beáti sacerdotis & mártiris tui Apollinâris cômmemoratióne deférimus, & pro nostris offensiónibus immolâmus. Per Dóminum.

*Mart. 25* **Communio.** Dómine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

## Postcommunio.

**T**ua sancta suméntes, quæsumus, Dñe: vt beáti Apollinâris nos fôueant continuâta præsidia: quia non desinis propítius intuéri, quos talibus auxiliis concesseris adiuuári. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

*xxiiij. Iulij.* **Missa Vigiliæ S. Iacobi** dicatur de communi in Vigilia vnus Apostoli. Et pro cômmemoratióne S. Christinæ virginis & martyr. dicitur Oratio. **Indulgentiam.** cum sua Secreta, & Postcomm. de communi virgin. & mart. pag. Tertiã Oratio dicitur de sancta Maria, **Concede.**

**Si festum S. Iacobi venerit Feria ij. de Vigilia fit commemor. in Missa S. Apollinaris, & de S. Christina in Dominica.**

## I N F E S T O

## S. Iacobi Apostoli.

## Introitus. 2.



Ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. *Ps. 113.*

Psalm. Domine, *ibidem.*

probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. **V.** Gloria patri.

## Oratio.

**E**sto, Dómine, plebi tuæ, sanctificátor & custos: vt apostoli tui Iacobi muníta præsiidiis, & conuersatióne tibi pláceat, & secúra mente deseruiat. Per Dñm.

**In Missis priuatis pro commemorat. S. Christophori martyris.** Oratio. **P**ræsta quæsumus, de communi vnus mart. pag. 6.

**In Missa sollemni nulla commemoratio fit de eodem.**

**Lectio epistolæ beáti Pauli apostoli ad Corínthios.**

**F**ratres: Puto, quòd Deus nos ostendit, tanquã morti destinátos: quia spectáculum facti sumus mundo, & ángelis, & homínib⁹. Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nóbiles: nos autem ignóbiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, &



nudi sumus, & colaphis cadimur; & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur: & benedicimus. Persecutionem patimur: & sustinemus. Blasphemamur: & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsama usque adhuc. Non ut confundam vos, hæc scribo: sed ut filios meos carissimos moneo. Nam si decem millia paedagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Iesu, per Euangelium ego vos genui.

**Psal. 44.** **Graduale.** Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine. *v.* Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi.

**A**lleluia, alleluia. *v.* Ego vos elegi de mundo, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.**

**Cap. 20.** **I**n illo tempore: Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedei cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, ut sedent hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit. Nescitis, quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem

quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam, & sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo.

**Et dicitur Credo.**

**Offertor.** In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ: verba eorum.

**Secreta.**

**O**blationes populi tui, quaesumus, Domine, beati apostoli tui Iacobi passio beata conciliet: & quæ nostris non apta sunt meritis, fiant tibi placita eius deprecatione. Per Dominum.

**Præfatio de Apostolis.**

**Communio.** Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Israel.

**Postcommunio.**

**B**eati apostoli tui Iacobi, quaesumus, Domine, intercessionem nos adiua: pro cuius festiuitate percipimus tua sancta lætantes. Per Dominum.

SANCTI PANTALEONIS  
Martyris, Missa. Lætabitur iustus.  
de communi vnus mart. pag. 6.

INFESTO SS. NAZARIJ,  
Celsi, & Victoris martyr. & Innocentij Papæ & conf. Missa. Intret in  
conspectu tuo. pag. 13. de comuni  
plur. mart. pag. cū Epist. Reddidit  
Deus mercedem, pag. 18. præter  
Orationes, quæ dicuntur vt infra.

Ora-



## Oratio.

**S**anctorum tuorum nos, Dñe, Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij confessio beata communiat: & fragilitati nostrae subsidiū dignanter exoret. Per Dominum.

## Secreta.

**C**oncède nobis omnipotens Deus: vt his munéribus, quae pro sanctorum tuorum Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij honore deférimus: & te placémus exhibitis, & nos viuificémur accéptis. Per Dominum.

## Postcommunio.

**S**anctorum Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij, Domine, intercessiōne placatus: presta: quésumus, vt quod téporali celebrámus actiōne, perpétua saluatiōne capiámus. Per Dominum.

virginis festiuitate gaudémus, ita pia deuotiōnis erudiámur afféctu. Per Dominum.

**Pro cōmemoratione sanctorum martyrum Felicis, Simplicij, Faustini & Beatricis.**

## Oratio.

**P**resta, quésumus, Domine: vt, sicut pópul<sup>9</sup> Christiānus martyrū tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis temporali sollēmnitate congáudet, ita perfruatur aeterna: & quod votis celebrat, comprehendat efféctu.

**Tertia Oratio. A cunctis.**

**Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Corinthios.**

**F**ratres: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quē Deus commendat. Vtinam sustinerētis módicum quid insipientiae meae: sed & supportate me. Aemulor enim vos Dei aemulatione. Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.

**Graduale.** Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. **ψ.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

**Alleluia, alleluia. ψ.** Adducentur regi virgines post eam: proximae eius afferentur tibi in letitia, alleluia.

## I N F E S T O

**S. Marthae virginis.**

**Introitus. 8.**



**D**ilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae, praefortibus tuis.

**Psal.** Eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opera mea regi.

**ψ.** Gloria patri. **Oratio.**

**E**xaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beate Marthae



Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Lucam.

**I**n illo tēpore: Intrāuit Iesus in quoddam castēllum: & mūlier quādam Martha nōmine, excēpit illum in domū suam. Et huic erat soror nōmine Maria: quæ etiā sedens fecus pedes Dōmini, audiēbat verbum illius. Martha autem satagēbat circa frequens ministērium. Quæ stetit, & ait: Dōmine, non est tibi curæ, quōd soror mea reliquit me solam ministrāre? Dic ergo illi, vt me adiuet. Et respōdens dixit illi Dōminus: Martha, Martha, solīcita es, & turbāris erga plūrima. Porrò, vnum est necessārium. Maria optīmā partem elēgit: quæ non auferetur ab ea.

**Offertor.** Filia regum in honore tuo: astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

Secreta.

**A**ccēpta tibi sit, Dōmine, sacratē plebis oblatio, pro tuōrum honōre sanctōrum: quorū se mēritis de tribulatiōne percepisse cognōscit auxiliū. Per Dñm.

Pro commemoratione sanctōrum martyrum Felicis, Simplicij, Faustini & Beatricis.

Secreta.

**H**ostias tibi, Dñe, pro sanctōrum mārtyrum tuōrum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis commemoratione defērimus,

suppliciter deprecāntes: vt indulgētiā nobis pāriter cōferant, & salūtem.

**Communio.** Quinque prudentes <sup>Matt. 25</sup> virgines acceperūt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam Christo Domino.

Postcommunio.

**S**atiasti, Dōmine, familiam tuam munēribus sacris: eius, quæsumus, semper interuentiōne nos réfove, cuius sollēmnia celebrāmus. Per Dōminum.

Pro commemoratione sanctōrum martyrum Felicis, Simplicij, Faustini & Beatricis.

Postcommunio.

**P**ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt sanctōrū mārtyrum tuōrum Felicis, Simplicij, Faustini & Beatricis cælestibus mystēriis celebrāta sollēmnitās, indulgētiā nobis tuæ propitiatiōnis acquīrat.

SANCTORVM  
Martyrum Abdon & Sennen.

Introitus. 3.



Intret in conspectu <sup>Psalm. 78</sup> tuo, Domine, gemitus compeditorū: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctōrū tuorum qui effusus est.

Psalm.



*Pfal. 73.* **Pfalm.** Deus venerūt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerūt Hierusalem in pomorum custodiam. *ψ.* Gloria.

**Oratio.**

**D**Eus, qui sanctis tuis Abdon & Sennen ad hanc glóriam veniēdi copiōsum munus grátia contulisti: da famulis tuis suōrum véniam peccatōrū: vt, sanctōrum tuōrum intercedētibz méritis, ab ómnibus mereāmur aduersitatibus liberári. Per Dóminum.

**Epistola.** Exhibeamus nosmetipsos. *de communi plurimorum martyrum, pag. 18.*

*Exo. 15.* **Graduale.** Gloriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciēs prodigia. *ψ.* Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos.

*sep. 3.* **Alleluia, alleluia.** *ψ.* Iustorum animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitiæ, alleluia.

**Euangelium.** Vide n̄s Iesus turbas. *de eodem communi, pag. 19.*

*Pfal. 67.* **Offert.** Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.

**Secreta.**

**H**Æc hóstia, quæsumus, Dñe, quam in sanctōrū mátyrū tuōrum natalitiis recēsentēs offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona cōcīliet. Per Dóminum.

**Communio.** Posuerunt mortalia seruatorum tuorum, Domine, escas volatilibz cæli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ: secundum magnitudinem brachij tui posside filios: morte punitorum.

**Postcommunio.**

**P**ER huius, Dómine, operatiōnem mystérij, & vítia nostra purgēntur; & intercedētibz sanctis tuis Abdon & Sennen, iusta desidéria compleāntur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**FESTA AVGVSTI.****I N F E S T O****Sancti Petri ad Vincula.**Die i.  
Augusti.**Introitus. 3.**

Vnc scio verè, quia *AB. 12.* misit Dñs angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatiōne plebis Iudæorum.

**Pfalm.** Domine probasti me; & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

*ψ.* Gloria patri.

**Oratio.**

**D**Eus, qui beātū Petrum apostolum, à vinculis absolutū, illæsum abire fecisti: nostrōrum, quæsumus, absolue vincula peccatōrū: & ómnia mala à nobis propitiatus exclūde. Per Dóminum.

Deinde



Deinde fit commemor. de S. Paulo.

Oratio.

**D**Eus, qui multitudinem gentiū beāti Pauli apóstoli prædicatione docuisti: da nobis, quæsumus, vt cuius commemoratiōnem cōlimus, eius apud te patrocinia sentiāmus.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Machabæorum.

Oratio.

**F**Raterna nos, Dōmine, mārtyrum tuōrum corōna lætīficet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtūtum, & multīplici nos suffrāgio consolētur. Per Dōminum nostrum.

Epistola. **M**isit Herodes rex manus. vt in festo apóstolorum Petri & Pauli, pag. 85.

*Mal. 44.* Graduale. **C**onstitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine. *v.* Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi.

**A**lleluia, allel. *v.* Solue iubente Deo terrarum Petre catenas: Qui facis, vt pateant cælestia regna beatis, alleluia.

**E**uangelium. **V**enit Iesus in partes Cæsareæ Philippi. *ibidem vbi Epistola. 85.*

Et dicitur **C**redo.

*ibidem.* **O**ffertor. **C**onstitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine, in omni proge-  
nie & generatione.

Secreta.

**O**blatum tibi, Dōmine, sacrificium, intercedente beato Petro apóstolo tuo, viuīficet nos semper, & mūniat. Per Dñm.

Pro sancto Paulo. Secreta.

**A**póstoli tui Pauli præcibus, Dōmine, plebis tuæ dona sanctīfica, vt quæ tibi tuo grata sunt instituto, gratiōra fiant patrocinio supplicantis.

Pro comemoratione sanctorum martyrum Machabæorum.

Secreta.

**I**terata mystéria, Dñe, pro sanctorum mārtyrū tuōrum commemoratiōne, deuōta mente tractēmus: quibus præsidium nobis crescat, & gāudium. Per Dñm.

Præfatio de Apóstolis.

**C**ommunio. **T**u es Petrus: & super hanc petrā ædificabo ecclesiā meam. *Mat. 16*

Postcommunio.

**C**orporis sacri, & pretiōsi sanguinis replēti libāmine, quæsumus, Dōmine Deus noster: vt quod pia deuotiōne gerimus, certa redemptiōne capiāmus. Per Dōminum nostrum.

Pro sancto Paulo.

Postcommunio.

**P**ercēptis, Dōmine, sacramentis, beatis apóstolis interueniētibus, deprecāmur: vt, quæ pro illōrum celebrāta sunt glōria, nobis proficiant ad medēlam.

Pro



**Pro cōmemoratione sanctorum  
martyrum Machabæorum.**

**Postcommunio.**

**P** Ræsta, quæsumus, omnipotēs  
Deus: vt, quorum memoriã  
sacramenti participatiõne recõli-  
mus, fidem quoque proficiendo  
sectemur. Per Dõminum.

<sup>7.</sup>  
*Augusti.* **SANCTI STEPHANI**

**Papæ & martyris.**

**Introitus.** 2.

*Pf. 131.*



*Ibidem.*

Acerdotes eius in-  
duam saluari; & san-  
cti eius exultatione  
exultabunt.

**Pfalm.** Memento,

Domine, Dauid, &  
omnis mansuetudinis eius. *v.* Gloria.

**Oratio.**

**D** Eus, qui nos beati Stéphanii;  
martyris tui atque pontificis  
annua sollempnitãte lætificas: con-  
cède propitius: vt, cuius natalitia  
cõlimus, de eiúsdem etiã prote-  
ctiõne gaudeãmus. Per Dñm.

**Lectio Actuum apostolorum.**

*Cap. 20.* **I** N diẽbus illis: A Milëto Paulus  
mittēs Ephesum, vocãuit maiõ-  
res natu ecclẽsiæ. Qui cum venís-  
sent ad eũ; & simul essent, dixit eis.  
Vos scitis à prima die, qua ingrés-  
sus sum in Asiam, quãliter vobiscũ  
per omne tempus fũerim, seruiens  
Dõmino cum omni humilitãte &  
lãcrymis, & tẽtatiõibus que mihi

accidērunt ex insidiis Iudæõrum:  
quõmodo nihil subtrãxerim vobis  
vtilium, quo minus annunciãrem  
vobis, & docẽrem vos públicè, &  
per domos, testificans Iudæis atq;  
gẽtilibus in Deum pœnitẽtiam,  
& fidem in Dõminum nostrum  
Iesum Christum.

**Graduale.** E cce sacerdos magnus, *Ecl. 44.*

qui in diebus suis placuit Deo.

*v.* Non est inuentus similis illi, qui  
conseruaret legem excelsi.

**A** lleluia, alleluia. *v.* Tũ es sacerdos *Pf. 109.*  
in æternum secundum ordinem Mel-  
chisedech, alleluia.

**Sequẽtia sancti euangelij  
secũdum Matthæum.**

**I** N illo tẽpore: Dixit Iesus disci- *Cap. 16.*  
pulis suis. Si quis vult venire  
post me, abneget semetipsum, &  
tollat crucẽ suam, & sequatur me.  
Qui enim voluerit animã suã saluã  
facere, perdet eã. Qui autẽ perdi-  
derit animã suã propter me, inue-  
niet eam. Quid enim prodest hõ-  
mini, si vniuersum mundũ lucrẽ-  
tur, animæ verò suæ detrimẽtum  
patiatur? Aut quã dabit homo cõ-  
mutatiõnem pro anima sua? Filius  
enim hõminis vêturus est in glõria  
patris sui cũ angelis suis: & tũc red-  
det vnicũq; secũdum opera sua.

**Offertor.** **I** nueni Dauid seruum *Pfal. 88.*  
meum: oleo sancto meo vnxi eum:  
manus enim mea auxiliabitur ei: &  
brachium meum confortabit eum.

Secre-



## Secreta.

**M**Vnera tibi, Dómine, dicâta sanctífica: & intercedente beato Stéphano mártire tuo atque pontífice, per eadem nos placatus inténde. Per Dóminum.

*id. 11. 15* **Communio.** Dñe, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucrat<sup>9</sup> sum: euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium dñi tui.

## Postcommunio.

**H**Æc nos cōmunio, Dómine, purget à crimine: & intercedete beato Stéphano mártire tuo atque pótífice, cæléstis remédij faciat esse cōsortes. Per Dóminum.

*iiij. Augusti.* **IN INVENTIONE S. STEPHANI protomartyris, ad Missam omnia dicuntur de Natali eius, pag. 31. Et in Oratione vbi dicitur, Natalitia celebramus, dicatur, Inventionem celebramus.**

*iiij. Augusti.*

**I N F E S T O**  
**S. Dominici Confessoris.**

## Introitus. 6.

*Psal. 36.*



S iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius.

*Abidem.*

**Psalm.** Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. *ꝰ.* Gloria patri.

## Oratio.

**D**Eus, qui ecclésiã tuam, beati Domínici confessoris tui illuminãre dignatus es méritis & doctrínis: concède: vt, eius intercessióne, temporálibus non destituatur auxiliis, & spirituálibus semper proficiat incrementis. Per Dóminum nostrum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Timótheum.**

**C**Arissime: Testificor coram Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mórtuos, per aduentum ipsius, & regnum eius: prædica verbum: insta opportunè, importunè: argue, óbsecra, increpa in omni paciëntia & doctrína. Erit enim tempus, cùm sanam doctrínã non sustinébunt: sed ad sua desidéria coaceruábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus: & à veritate quidem audítum auérrent, ad fabulas autem conuertentur. Tu verò vígila, in ómnibus labóra, opus fac euangelístæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim iam delíbor: & tempus resolutiónis meæ instat. Bonum certâmen certãui, cursum consummãui, fidem seruãui. In réliquo, repósita est mihi corónã iustitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, iustus iudex: non solùm autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius.

Gra-



*Psal. 91.* **Graduale.** Iustus, vt palma, flo-  
rebit: sicut cedrus Libani, multipli-  
cabitur in domo Domini. *Ps.* Ad an-  
nunciandum manè misericordiam  
tuam, & veritatem tuam per noctem.

*Osai. 14.* **A**lleluia, alleluia. *Ps.* Iustus germina-  
bit sicut lilium: & florebit in æternum  
ante Dominum, alleluia.

**Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Lucam.**

*Cap. 12.* **I**n illo tēpore: Dixit Iesus disci-  
pulis suis. Sint lumbi vestri præ-  
cincti, & lucernæ ardētes in māni-  
bus vestris. Et vos, similes homini-  
bus expectantibus dominū suum,  
quādo reuertatur à nūptiis: vt cum  
uenerit & pulsauerit, confestim a-  
periatur ei. Beati serui illi, quos cum  
uenerit dñs, inuenerit vigilantes.  
Amen dico vobis, quod præcinget  
se, & faciet illos discubere, & trās-  
iens ministrabit illis. Et si uenerit  
in secūda vigilia, & si in tertia vi-  
gilia uenerit, & ita inuenerit: beati  
sunt serui illi. Hoc autem scitote,  
quonia si sciret paterfamilias qua  
hora fur ueniret: uigilaret utiq; &  
non sineret perfodi domum suam.  
Et vos estote parati: quia qua hora  
non putatis, filius hominis ueniet.

*Psal. 38.* **Offertorium.** Veritas mea & mi-  
sericordia mea cum ipso: & in nomi-  
ne meo exaltabitur cornu eius.

**Secreta.**

**M**uenera tibi, Dōmine, dicāta  
sanctifica: vt meritis beati

Domīnici confessoris tui, nobis  
proficiant ad medelam. Per Dō-  
minum nostrum.

**Communio.** Fidelis seruus & prū- *Matt. 24*  
dens, quem constituit dominus super  
familiam suam: vt det illis in tempore  
tritici mensuram.

**Postcommunio.**

**C**oncēde, quæsumus, omni-  
potens Deus: vt, qui pecca-  
tōrum nostrōrum pondere præ-  
mimur, beati Domīnici confessoris  
tui patrocīnio subleuēmur. Per  
Dōminum nostrum.

IN DEDICATIONE S. MARIAE *Aug. 15.*  
ad Niues. **Missa.** Salue sancta pa-  
res. vt in Missis uotiuus beatæ Ma-  
riæ uirginis à Pentecoste usque ad  
Aduentum, pag. 58.

Et dicitur **C**redo.

**Præfatio de sancta Maria.** Et te  
in festiuitate beatæ Mariæ.

**I N F E S T O**  
**Transfigurationis Domini no-**  
**stri Iesu Christi.**

**Introitus.**



Illuxerūt coruscatio- *Psal. 75.*  
nes tuæ orbi terræ:  
commota est, & con-  
tremuit terra.

**Psalm.** Quām dilecta *Psal. 83.*  
tabernacula tua, Do-

mine virtutum: concupiscit & deficit  
anima mea in atria Dñi. *Ps.* Gloria.

**Ora-**



## Oratio.

**D**Eus, qui fidei sacramenta, in vnigeniti tui gloriosa Tráfiguratióne patrú testimonio roborásti: & adoptiõnem filiõrum perfectam, voce delápsa in nube lucida, mirabiliter præsignásti: cõcède propítius: vt ipsius regis glóriæ nos cohæredes efficias, & eiúdem glóriæ tríbuas esse consórtes. Per eúdem Dóminum.

*Pro cõmemoratiõne sanctorum mart. Xisti, Felicissimi, & Agapiti.*

## Oratio.

**D**Eus, qui nos cõcêdis sanctorum mártýrum tuõrú Xisti, Felicissimi, & Agapiti natalitia cõlere: da nobis in æterna beatitudine de eõrum societate gaudere. Per Dóminum.

*Lectio epístolæ beati Petri Apóstoli.*

**C**arissimi: Non doctas fabulas secúti, notam fécimus vobis Dómini nostri Iesu Christivirtutem & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiēs enim à Deo patre honorem & glóriam, voce ad eum delápsa huiúsmodi à magnífica glória. Hic est filius meus diléctus, in quo mihi complacui: ipsum audíte. Et hãc vocem nos audiuimus. de celo allatam: cum effemus cum ipso in mõte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermõnem: cui

benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco: donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.

**Graduale.** Speciosus forma præ filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis. ✠. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

**A**lleluia, alleluia. ✠. Candor est lucis æternæ: speculum sine macula: & imago bonitatis illius, alleluia.

*Sequencia sancti euangélij secúndum Matthæum.*

**I**n illo tempore: Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius: & duxit illos in montem excelsum seorsum: & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce, apparuerunt illis Moyses & Elias, cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum. Domine, bonum est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi unum, Moysi unum, & Eliæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic est filius meus diléctus, in quo mihi bene complacui: ipsum audíte. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam: & timuerunt valde. Et accessit Iesus; & tetigit eos: dixitque eis. Surgite, & nolite timere.

Leuantes



Leuantes autē oculos suos, nēminem viderunt, nisi solum Iesum. Et descendētib⁹ illis de monte, præcēpit eis Iesus, dicens. Nēmini dixeritis vīsiōnem: donec filius hōminis à mortuis resurgat.

Et dicitur Credo.

*Ps. 111.* **Offert.** Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi, alleluia. **Secreta.**

**O**blata, quæsumus, Dōmine, mūnera, gloriōsa vnigēniti tui Transfiguratiōne sanctifica: nōsq; à peccatōrū maculis, splendōrib⁹ ipsius illustratiōnis emūnda. Per eūdem Dōminum.

**Pro cōmemoratione sanctorum mart. Xisti, Felicissimi, & Agapiti.**  
**Secreta.**

**M**vnera tibi, Dōmine, nostræ deuotiōnis offerimus: quæ pro tuōrum grata sint honōre iustōrum: & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dōminum.

**Præfatio de Natiuitate Domini.**  
Quia per incarnati verbi.

*Matt. 17* **Communio.** Visionem quam vidistis, nemini dixeritis: donec à mortuis resurgat filius hominis.

**Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus, omnīpotēs Deus: vt sacrosancta Transfiguratiōnis mystēria, quæ sollēmni celebrāmus officio, purificatę mētis intelligentia consequāmur. Per Dōminum nostrum.

**Pro cōmemoratione sanctorum mart. Xisti, Felicissimi, & Agapiti.**

**Postcommunio.**

**P**ræsta nobis, quæsumus, Dōmine, intercedētib⁹ sanctis tuis Xisto, Felicissimo & Agapito: vt quæ ore contingimus, pure mente capiāmus. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spīritus sancti Deus.

**SANCTI DONATI**  
**Episcopi & martyris.**

*vij. Augusti.*

**Introitus. 6.**



Acerdotes Dei benedicite Dominū: sancti & humiles corde laudate Deum. *Dan. 3.*

**Psalm.** Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula. *Psal. 135.*  **Gloria.**

**Oratio.**

**D**eus tuōrum glōria sacerdotum: præsta, quæsumus: vt sancti mārtyris tui & Episcopi Donati, cuius festa gerimus, sentiāmus auxiliū. Per Dōminum.

**Epistola.** Omne gaudium existimate fratres mei. **de cōmuni vnus mart. pag. 8.**

**Graduale.** Os iusti meditabitur sapientiā, & lingua ei⁹ loquetur iudiciū. *Psal. 36.*  **V.** Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

h

Alle-



**A**lleluia, alleluia. *ψ*. Iustus non conturbabitur : quia Dominus firmat manum eius, alleluia.

**E**uangelium. *V*idete, vigilate, de communi confessoris pontificis, pagina 25.

*Psal. 88.* **O**ffertor. *I*nveni Dauid seruum meum : oleo sancto meo unxi eum : manus enim mea auxiliabitur ei : & brachium meum confortabit eum.

**Secreta.**

**P**ræsta, quæsumus, Dómine : vt sancti mártiris tui & Epíscopi Donáti intercessiõne, quem ad laudem nóminis tui dicáti munéribus honorámus, piæ nobis fructus deuotiõnis accréscat. Per Dóminum nostrum.

*Mat. 24.* **C**ommunio. *F*idelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam : vt det illis in tempore Critici mensuram.


**Postcommunio.**

**O**Mnípotens & misericors : Deus, qui nos sacramentórum tuórum & partícipes éfficis & minístros : præsta, quæsumus : vt intercedente beáto Donáto mártire tuo atque pontífice, eiúsdem proficiámus & fidei consórtio, & digno seruítio. Per Dóminum nostrú Iesum Christum filiú tuum, qui tecum viuit & regnat in vni-táte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

**I N F E S T O**

**Sanctorum Martyrum Cyriaci, Largi, & Smaragdi.**

**Introitus. 3.**



*Psal. 33.* **T**imete Dominum omnes sancti eius : quoniam nihil deest timētibus eū : diuites eguerunt, & esurierunt : inquitentes autem Dominum non deficient omni bono.

**P**salm. Benedicam Dominum in *ibidem.* omni tempore : semper laus eius in ore meo. *ψ*. Gloria patri.

**Oratio.**

**D**Eus, qui nos ánnua beatórum mártirum tuórum Cyriaci, Largi, & Smaragdi sollemnitate lætíficas : concède propítius : vt quorum natalítia cólimus, virtutem quoq; passiónis imitémur. Per Dóminum nostrum.

**Léctio epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Thessalonicénfes.**

**F**Ratres : Grátias ágimus Deo *2. cap. 2.* sine intermissiõne : quóniam cum accepissétis à nobis verbum audítus Dei, accepístis illud nõ vt verbum hóminum, sed sicut est verè verbum Dei, qui operátur in vobis qui credidístis. Vos enim imitatóres facti estis, fratres, ecclesiárum Dei, quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu : quia éadem passí estis & vos à cõtribúlibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis : qui & Dó-

minum



minum occiderunt Iesum, & prophetas, & nos persecuti sunt: & Deo non placent: & omnibus hominibus aduersantur. Prohibentes nos gentibus loqui, vt salui fiant: vt impleant peccata sua semper. Peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem.

*Psal. 33.* **Graduale.** Timete Dñm omnes sancti eius, quoniam nihil deest timētibus eum. *V.* Inquirentes autem Dominum, non deficient omni bono.

*Sap. 3.* **A**lleluia, alleluia. *V.* Fulgebunt iusti: & tanquam scintillæ in arundineto discurrent in æternum, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Marcum.**

*Cap. 16.* **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Eúntes in mūdum vniuersum, prædicâte euangélium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit: saluus erit. Qui verò non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nómine meo dæmónia eiicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: & si mortíferum quid biberint, non eis nocēbit: super ægros manus impōnent, & bene habebunt.

*Psal. 31.* **Offert.** Lætamini in Dño, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

**Secreta.**

**A**ccēpta sit in conspēctu tuo, Dómine, nostra deuótió: & eórum nobis fiat supplicatióne sa-

lutáris, pro quorum sollempnitáte defertur. Per Dóminum.

**Communio.** Signa autem eos, qui *Mar. 16* in me credunt, hæc sequentur: dæmónia eiicient: super ægros manus impōnent: & bene habebunt.

**Postcommunio.**

**R**efecti participatióne muneris sacri, quæsum⁹, Dñe Deus noster, vt quorum exequimur cultū, sentiámus effectum. Per Dñm.

**Si festum S. Laurentij venerit FERIA ij. de Vigilia fit cōmemoratio in Sabbatho: & de sancto Romano in Dominica. Vbi autē fuerint plures Sacerdotes, in Sabbatho dicatur etiam Missa de Vigilia.**

**I N V I G I L I A  
Sancti Laurentij Martyris.**

*Psal. Augusti.*

**Introitus.**



**D**isperfit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi: cornu eius exaltabitur in gloria. *Ps. 112.*

**Psalm.** Beatus vir, *ibidem.*

qui timet Dñm: in mandatis eius uolet nimis. *V.* Gloria. **Oratio.**

**A**desto, Dómine, supplicatióne nobis: & intercessióne beati Laurentij mártiris tui, cuius præuenimus festiuitatē, perpétuam nobis misericórdiam benignus impēde. Per Dóminum.



Pro commemor. S. Romani mart.

Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt intercedēte beato Romano mārtyre tuo, & à cunctis aduersitatibus liberēmur in corpore, & à prauis cogitationibus mundēmur in mente.

Tertia Oratio de Sancta Maria.

Concede.

Lectio libri Sapiëntiæ.

Ecl. 51.

**C**onfitēbor tibi, Dōmine rex, & collaudābo te Deum saluatōrem meum. Cōfitēbor nōmini tuo: quōniam adiūtor & protēctor factus es mihi: & liberāsti corpus meum à perditōne: à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantium mendācium: & in conspēctu persequētium factus es mihi adiūtor. Et liberāsti me secundum multitudinem misericordiæ nōminis tui à rugiētibus præparātis ad escam, de manibus quærētium animam meam: & de portis tribulationū, quæ circundedērūt me: à pressūra flammæ, quæ circūdedit me: & in médio ignis non sum æstuātus. De altitudine ventris inferi: & à lingua coinquināta, & à verbo mendācij: à rege iniquo, & à lingua iniūsta. Laudābit vsq; ad mortē anima mea Dñm: quōniam eruis sustinētes te: & liberas eos de manu angūstia, Dñe Deus noster.

Ps. 111.

Graduale. Disperfit, dedit paupe-

ribus: iustitia eius manet in sæculum sæculi. *ŷ.* Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.

Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Matthæum.

**I**n illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Si quis vult venīre post me, abneget senetīpsūm, & tollat crucē suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animā suā saluā facere, perdet eā. Qui autē perdidit animā suā propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundū lucrētur, animæ verò suæ detrimētum patiatur? Aut quā dabit homo cōmutatiōnem pro anima sua? Filius enim hōminis vētūrus est in glōria patris sui cū angelis suis: & tūc reddet vnicūiq; secūndum opera sua.

**Offertor.** Oratio mea munda est: & ideo peto, vt detur locus voci meæ in cælo, quia ibi est iudex meus, & conscius meus: in excelso ascendat ad Dominum deprecatio mea.

Secreta.

**H**ostias, Dōmine, quas tibi offerimus, propitius sūscipe: & intercedēte beato Laurēntio mārtyre tuo, vincula peccatōrum nostrōrum absolue. Per Dōminum nostrum.

Pro cōmem. sancti Romani mart.

Secreta.

**A**ccepta sūt in conspēctu tuo, Dōmine, nostra deuōtio: & eius:







vobis: nisi granum frumenti cadēs  
in terram, mortuum fuerit: ipsum  
solum manet. Si autem mortuum  
fuerit: multum fructum affert.  
Qui amat animam suam, perdet  
eam: & qui odit animam suam in  
hoc mundo, in vitam æternam  
custodit eam. Si quis mihi minis-  
trat, me sequatur: & ubi ego sum,  
illic & minister meus erit. Si quis  
mihi ministrauerit: honorificabit  
eum pater meus, qui est in cælis.

Non dicitur Credo, nisi in ec-  
clesia propria, & nisi venerit in  
Dominica.

*Psal. 95.* Offertor. Confessio & pulchritudo  
in conspectu eius: sanctitas & magni-  
ficentia in sanctificatione eius.

Secreta.

**A**ccipe, quæsumus, Domine,  
mûnera dignanter oblata: &  
beati Laurentij suffragatibus mé-  
ritis, ad nostræ salutis auxiliû pro-  
uenire concède. Per Dominum.

*Mat. 12.* Communio. Qui mihi ministrat,  
me sequatur: & ubi ego sum, illic &  
minister meus erit.

Postcommunio.

**S**acro mûnere satiati, supplices  
te, Domine, deprecamur: vt,  
quod debitæ feruitutis celebrâ-  
mus officio, intercedente beato  
Laurentio martyre tuo, saluatiô-  
nis tuæ sentiâmus augmentum.  
Per Dominum nostrum.

**I**nfra Octauam sancti Laurentij  
fit idem officium, quod in die: &  
post Orationem diei dicitur Ora-  
tio de festo simplici occurrenti,  
tertia de sancta Maria, Concede.  
& non fit de festo, nisi duplex, vel  
semiduplex fuerit.

PRO COMMEMORATIONE <sup>xi.</sup> <sub>Aug. 68.</sub>

sanctorum martyrum Tiburtij  
& Susannæ. Oratio.

**S**anctorum martyrû tuorum,  
Tiburtij & Susannæ nos, Dô-  
mine, foveant continuata præsi-  
dia: quia non desinis propitius in-  
tueri, quos talibus auxiliis concê-  
feris adiuuari.

Tertia Oratio de sancta Maria.

Concede nos famulos tuos, quæsu-  
mus. vt in Missis votiuus de S. Ma-  
ria, pag. 59. nisi venerit in Domini-  
ca: tunc enim tertia Oratio erit de  
sanctis. Secreta.

**A**desto, Domine, præcibus  
pópuli tui: adesto muneri-  
bus: vt, quæ sacris sunt oblata my-  
steriis, tuorum tibi placeant inter-  
cessiône sanctorum.

Postcommunio.

**S**umpsimus, Domine, pignus  
redemptiônis æternæ: quod sit  
nobis, quæsumus, interuenienti-  
bus sanctis martyribus tuis, vitæ  
præsents auxiliû, pariter &  
futuræ.



<sup>xix.</sup>  
Augusti. PRO COMMEMORATIONE **S. Claræ Virginis. Oratio.** uitate uotiua: & tuę testificatio ueritatis nobis proficiat ad salutem.

**E**Xaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatæ Claræ uirginis festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu.

**Tertia Oratio de sancta Maria.**  
Concede nos famulos tuos, quæsumus. ut in Missis uotiuis de S. Maria, pag. 59. **Secreta.**

**A**ccepta tibi sit, Domine, sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium.

**Postcommunio.**

**S**atiasti, Domine, familiam tuam munere sacris: eius, quæsumus, semper interuentione nos refoue, cuius sollempnia celebramus.

<sup>xxij.</sup>  
Augusti. PRO COMMEMORATIONE **SS. Martyrum Hippolyti & Cassiani. Oratio.**

**D**A, quæsumus, omnipotens Deus: ut beatorum martyrum tuorum Hippolyti, & Cassiani ueneranda sollempnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem.

**Tertia Oratio de sancta Maria.**

Concede nos famulos tuos, quæsumus. ut in Missis uotiuis de S. Maria, pag. 59. **Secreta.**

**R**espice, Domine, munera populi tui sanctorum festi-

**Postcommunio.**  
**S**acramentorum tuorum, Domine, communitio sumpta nos saluet: & in tuę ueritatis luce confirmet.

**I N V I G I L I A**  
**Assumptionis B. Marię uirginis.**

<sup>xliij.</sup>  
Augusti.

**Introitus.**



Ultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducuntur regi uirgines post eam: proximę eius afferentur tibi in læticia

& exultatione. **Psal.** Eructauit cor meum uerbum bonum dico ego opera mea regi. **ÿ.** Gloria.

**Non dicitur Gloria in excelsis.**

**Oratio.**

**D**Eus, qui uirginalem aulam beatę Marię uirginis, in qua habitares, eligere dignatus es: da, quæsumus: ut sua nos defensione munitos, iucundos facias suę interesse festiuitati. Qui uiuis & regnas cum Deo patre in unitate.

**Pro commemorat. S. Laurentij.**

**Oratio.**

**D**A nobis, quæsumus, omnipotens Deus, uitiourum nostrorum flammam extingui: qui beato Laurętio tribuisti tormentorum suorum incendia superare,

h 4

**Deinde**



Deinde pro sancto Eusebio confessore. Oratio.

**D**Eus, qui nos beati Eusebij confessoris tui annua sollemnitate laetificas: concede propitius: ut cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitâte.

Lectio libri Sapientiae.

**E**GO quasi vitis fructificavi suauitatem odoris: & flores mei, fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchrae dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctae spei. In me omnis gratia viae, & veritatis: in me omnis spes vitae, & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: & a generationibus meis adimplerini. Spiritus enim meus super mel dulcis: & hereditas mea super mel & fauam. Memoria mea in generatione saeculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audiunt me, non confundentur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

**Graduale.** Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quae sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris.

Virgo Dei genitrix: quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

**I**N illo tempore: Loquente Iesu Cap. 13. ad turbas: extollens vocem quaedam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter, qui te portauit: & vbera quae suxisti. At ille dixit. Quinimmo, beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

**Offertorium.** Beata es virgo Maria, quae omnium portasti creatorem: genuisti, qui te fecit, & in aeternum permanes virgo.

Secreta.

**M**Vnera nostra, Domine, apud clementiam tuam Dei genitricis commendet oratio: quam idcirco de praesenti saeculo transfulisti, ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercédât. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitâte Spiritus sancti Deus.

Pro sancto Laurentio.

Secreta.

**A**Ccipe, quaesumus, Domine, munera dignanter oblata: & beati Laurentij suffragatibus meritis: ad nostrae salutis auxilium prouenire concede.

Pro commemorat. sancti Eusebij.

Secreta.

**L**Audis tibi, Domine, hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorum: quibus

nos



nos & præsentibus exui malis cōfidimus, & futuris. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitāte Spīritus sancti Deus. Per ōmnia sæcula sæculōrū. *R.* Amen.

*Præfatio communis.*

*Communio.* *B*eata viscera Mariæ virginis: quæ portauerunt æterni patris filium.

*Postcommunio.*

*C*oncède, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium: vt, qui sanctæ Dei genitrīcis festinitatem præuenimus, intercessiōnis eius auxiliō, à nostris iniquitatibus resurgāmus. Per eundem Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitāte Spīritus sancti Deus. Per ōmnia.

*Pro sancto Laurentio.*

*Postcommunio.*

*S*acro mūnere satiāti, supplices Ste, Dōmine, deprecāmur: vt, quod debitæ seruitūtis celebrāmus officio, intercedēte beato Laurēntio mārtyre tuo, saluatiōnis tuæ sentiāmus augmētum.

*Pro commemorat. sancti Eusebij.*

*Postcommunio.*

*R*efecti cibo, pōtuque cælesti, Deus noster, te supplices exorāmus: vt in cuius hæc cōmemoratiōne percēpimus, eius muniāmur & précibus. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitāte Spīritus sancti Deus. Per ōmnia sæcula sæculōrum. *R.* Amen.

---







IN ASSUMPTIONE

B. MARIÆ VIRGINIS.

Introitus. 7.



Audeamus oēs in Dño, diem festū celebrantes

sub honore B. Mariæ virginis: de cuius Assumptione gaudent Angeli: & colaudant filium Dei.

**Psalmus.** Eructavit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi.

ꝰ. Gloria patri.

**Oratio.**

**F**Amulōrum tuōrū, quęsumus, Dñe, delictis ignōsce: vt, qui tibi placēre de áctibus nostris non valēmus, genitricis filij tui Dñi nostri intercessiōne saluēmur. Pereūdem.

**Lectio libri Sapiētię.**

**I**N omnibus réquiem quęsiui: & in hæredi-

tate Dómini morâbor. Tunc præcēpit, & dixit mihi creâtor ómniū: & qui creâuit me, requiēuit in tabernáculo meo, & dixit mihi. In Iacob inhábita: & in Israél hēreditâre: & in eléctis meis mitte radices. Et sic in Sion firmâta sum: & in ciuitâte sanctificâta simíliter requiēui: & in Hierusalēm potéstas mea. Et radicâui in pópulo honorificâto: & in partes Dei mei, hæréditas illius: & in plenitúdine sanctōrum detētio mea. Quasi cedrus exaltâta sum in Líbano: & quasi cypréssus in mōte Sion. Quasi palma exaltâta sum in Cades: & quasi plantatio rosę in Iericho. Quasi oliua speciōsa in campis: & quasi plátanus exaltâta sum



iuxta aquas. In platéis sicut cinnamómum, & bálsamum aromatizans, odôrem dedi. Quasi myrrha elécta, dedi suauitatém odôris.

Psal. 44

**Graduale.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. *Ps.* Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam.

**A**lleluia, alleluia. *Ps.* Assumpta est Maria in cælum, gaudet exercitus angelorum, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Lucam.**

Cap. 10.

**I**n illo témpore: Intráuit Iesus in quoddam castéllum: & múlier quædam Martha nómine, excépit illum in domũ suam. Et huic erat soror nómine Maria: quæ étiam sedens secus pedes Dómini, audiébat verbum illius. Martha autem satagébat circa frequens ministérium. Quæ stetit, & ait: Dómine, non est tibi curæ, quód soror mea relíquit me solam ministráre? Dic ergo illi, vt me ádiuuet. Et respóndens dixit illi Dóminus: Martha, Martha, solícita es, & turbâris erga plúrima. Porrò, vnum est necessariũ. Maria óptimam partem elégit: quæ non auferetur ab ea.

Et dicitur **C**redo.

**Offertorium.** Assumpta est Maria in cælum: gaudent angeli: collaudantes benedicunt Dominum, alleluia.

**Secreta.**

**S**vbuéniat, Dómine, plebi tuæ Dei genitrícis orátio: quam & si pro conditióne carnis migrásse cognóscimus, in cælésti glória apud te pro nobis intercédere sentiámus. Per eúndem Dóminum.

**Præfatio de beata Maria. Et te in Assumptione.** Et sic dicitur per

**O**ctauam.

**Communio.** Optimam partem Luc. 10. elegit sibi Maria: quæ non auferetur ab ea in æternum.

**Postcommunio.**

**M**ensæ cæléstis partícipes effecti, implorámus cleméntiam tuam, Dómine Deus noster: vt, qui assumptionem Dei genitrícis cólimus, à cunctis malis imminéntibus, eius intercessióne liberémur. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte.

**I N F R A O C T A V A M**

Assumptionis beatæ Virginis, & in eius die octauo fit idé officium quod in die. Et infra Octauam post Orationé diei, dicitur Oratio de Spiritu sancto. Deus qui corda fideiũ. tertia, Ecclesiæ. vel pro Papa. Et nõ fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex. De simplici autem fit tantum commemoratio.



## IN OCTAVA

Sancti Laurentij.

Introitus. 7.

xviij.  
Augusti.

Psal. 16.



ibidem.

Robasti, Domine, cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.

Psalm. Exaudi,

Domine, iustitiam meam, intende deprecationem meam. *Ps.* Gloria.

Oratio.

**E**Xcita, Domine, in ecclesia tua spiritum, cui beatus Laurentius Leuita seruauit: ut eodem nos replenti, studeamus amare quod amauit, & opere exercere quod docuit. Per Dominum.

Et fit commemoratio de Octaua Assumptionis beatæ Mariæ.

Epistola. Qui parca seminat, parca & metet. *ut in festo eiusdem pagina 117.*

*Psal. 8.* Graduale. Gloria & honore coronasti eum. *Ps.* Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Alleluia, allel. *Ps.* Leuita Laurentius bonum opus operatus est, qui per signum Crucis caecos illuminauit, allel.

Euangel. Nisi granum frumenti. *ut in eius festo, pagina 117.*

Et dicitur Credo.

*Psal. 20.* Offertor. In virtute tua, Domine, lætabitur iustus, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei.

Secreta.

**S**acrificium nostrum tibi, Domine, quaesumus, beati Laurentij precatio sancta conciliet: ut, cuius honore sollempniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per Dominum nostrum.

Communio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. *Matt. 16.*

Postcommunio.

**S**upplices te rogamus, omnipotens Deus: ut, quos donis celestibus satiasti, intercedente beato Laurentio martyre tuo, perpetua protectione custodias. Per Dominum nostrum.

PRO COMMEMORATIONE *xviij. Augusti.*  
Sancti Agapiti martyris.

Oratio.

**L**ætetur ecclesia tua, Deus, beati Agapiti martyris tui confisa suffragiis: atque eius precibus gloriosus, & deuota permaneat, & secunda consistat.

Tertia de sancto Spiritu. Deus, qui corda fidelium.

Secreta.

**S**uscipe, Domine, munera, quaesumus, in eius tibi sollempnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Postcommunio.

**S**atiasti, Domine, familiam tuam munere sacris: eius, quaesumus,



sumus, semper interuentiōne nos  
réfoue, cuius follémnia celebrâ-  
mus.

sanctis martyribus tuis Timótheo,  
Hippólyto, & Symphoriáno, in  
eius semper participatiōne viuâ-  
mus. Per Dóminum.

<sup>xx.</sup>  
*Augusti.* I N F E S T O S. B E R N A R D I  
Abbatis, Missa. Os iusti meditabi-  
tur. de cōmuni vnius Abbatis. 31.  
Epistola. Iustus cor suum. de com-  
muni Doctorum, pag. 27. Et fit  
cōmemoratio de Octaua Assum-  
ptionis beatæ Mariæ.

Et dicitur Credo.

<sup>xxij.</sup>  
*Augusti.* I N O C T A V A A S S U M P T I O N I S  
B. Mariæ, Missa vt in die, cum  
cōmemoratiōne sanctorum mar-  
tyrum Timothei, Hippolyti, &  
Symphoriani.

Oratio.

**A**uxilium tuum nobis, Dó-  
mine, quæsumus, placatus  
impēde: & intercedentibus beá-  
tis martyribus tuis, Timótheo,  
Hippólyto, & Symphoriáno, dex-  
teram super nos tuæ propitiatiō-  
nis extēde. Per Dóminum.

Secreta.

**A**ccēpta tibi fit, Dómine, sa-  
cratę plebis oblatio, pro tuó-  
rum honóre sanctorum: quorum  
se méritis percepisse de tribulatiō-  
ne cognóscit auxilium. Per Dñm.

Postcommunio.

**D**iuini muneris largitáte sa-  
tiati, quæsumus, Dómine,  
Deus noster: vt intercedentibus

<sup>xxij.</sup>  
*Augusti.* M I S S A V I G I L I A E  
Sancti Bartholomæi dicitur de  
communi vnius apost. Ego autem  
sicut oliua, pag. 1.

¶ Sequens festum S. Bartholo-  
mæi celebretur secundum cōsue-  
tudinem locorum vel 24. vel 25.  
Augusti. Romæ autem celebra-  
tur 25. cum commemorat. S. Lu-  
douici in Missis tantum priuatis.

I N F E S T O  
Sancti Bartholomæi Apostoli.

Introitus. 2.



<sup>xxij.</sup>  
*Augusti.* Ihi autem nimis ho-  
norati sunt amici tui  
Deus: nimis confor-  
tatus est principatus  
eorum. <sup>Pf. 138.</sup>

*Pfalm. Domine, ibidem.*

probasti me, & cognouisti me: tu co-  
gnouisti sessionem meam, & resurre-  
ctionem meam. ¶ Gloria patri.

Oratio.

**O**Mnípotēs sempitérne Deus:  
qui huius diēi venerándam  
sanctamque lætitiā in beāti apó-  
stoli tui Bartholomæi festiuitate  
tribuisti: da ecclésiæ tuæ, quæsu-  
mus, & amāre quod crédidit, &  
prædi-



prædicare quod docuit. Per Dominum nostrum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.**

**F**ratres: Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia: primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curacionum, opitulaciones, gubernaciones, genera linguarum, interpretaciones sermorum. Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curacionum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? **Emulamini** autem charismata meliora.

**Graduale.** Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine. **V.** Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi.

**Alleluia, alleluia.** **V.** Te gloriosus apostolorum chorus laudat Dñe, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.**

**I**n illo tempore: Exiit Iesus in montem orare: & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit. Simonem, quem cognominauit Petrum, &

Andream fratrem eius: Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum, & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iscarioten qui fuit proditor. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Hierusalém: & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant ut audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

**Et dicitur Credo.**

**Offertor.** **M**ihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

**Secreta.**

**B**eati apostoli tui, Domine, Bartholomæi sollempnia recensentes, quæsumus: ut eius auxilio tua beneficia capiâmus, pro quo tibi hostias laudis immolâmus. Per Dominum.

**Præfatio de Apostolis.**

**Communio.** Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel, dicit Dñs.

**Postcommunio.**

**S**umptum, Domine, pignus redemptionis æternæ sit nobis, quæsu-



quæsumus, interueniente beato Bartholomæo apóstolo tuo, vitæ præsentis auxiliū pariter & futuræ. Per Dóminum.

Sancti  
Augusti.

SANCTI LUDOVICI  
Confessoris. Introitus. 6.

Psal. 36.



S iusti meditabitur sapientiam; & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius.

ibidem.

**Psalm.** Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. *ψ.* Gloria patri.

**Oratio.**

**D**EUS, qui beátū Ludouicum confessorem tuum, de terréno ac temporáli regno, ad cæléstis & ætérni regni glóriam trástulisti: eius, quæsumus, méritis, & intercessiōne, regis regum Iesu Christi filij tui nos cohærédes efficias, & eiúsdem regni tríbuas esse consórtes. Per eúndem Dóminum.

**Epistola.** Iustum deduxit Dominus. *de communi vnus martyris non pont. pag. 5.*

Psal. 91.

**Graduale.** Iustus, vt palma, floret: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Domini. *ψ.* Ad annuncian- dum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Jacob. 1.

**Alleluia, allel.** *ψ.* Beatus vir, qui suffert tentationé: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, allel.

**Euangelium.** Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam. *de communi confessoris non pontificis, pag. 30.*

**Offert.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Psal. 88.*

**Secreta.**

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt sicut beátus Ludouicus confessor tuus, spretis mundi oblectamētis, soli regi Christo placêre stúduit, ita eius orátio nos tibi reddat accéptos. Per eúndem Dóminum nostrum.

**Communio.** Beatus seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: Amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. *Mat. 24*

**Postcommunio.**

**D**EUS, qui beátum cōfessorem tuum Ludouicum mirificásti in terris: quæsumus: vt quem in cælis gloriòsum fecísti, ecclésiæ tuæ constituas defensorem. Per Dóminum nostrum.

SANCTI ZEPHYRINI *xxvi. Augusti.*

**Papæ & Martyris, Missa. Sacerdotes Dei. de communi vnus martyris pont. pagina 3. præter Orationem, quæ dicitur vt infra.**

**Oratio.**

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt beáti Zephyríni mártiris tui atque pontíficis, cuius

gau-



gaudēmus méritis, instruāmur ex-  
emplis. Per Dóminum.

**Secreta.**

**M**Vnera tibi, Dómine, dicāta  
sanctífica: & intercedēte  
beāto Zephyrino mártire tuo at-  
que pontífice, per eādem nos pla-  
cātus inténde. Per Dóminum.

**Postcommunio.**

**H**Æc nos commúnio, Dómi-  
ne, purget à crimine: & in-  
tercedēte beāto Zephyrino már-  
tyre tuo atque pontífice, cæléstis  
remédij faciat esse consórtes. Per  
Dóminum nostrum.

xxviij.  
Augusti.

## I N F E S T O

S. Augustini Episcopi & Confes-  
soris, ac Doctoris Ecclesiæ.

**Introitus. 6.**

Ecl. 15.



**I**N medio ecclesiæ a-  
peruit os eius, & im-  
pleuit eum Dominus  
spiritu sapiētiæ & in-  
tellectus: stolam glo-  
riæ induit eum.

**Psalm.** Bonum est confiteri Domi-  
no, & psallere nomini tuo altissime.

**v.** Gloria patri. **Oratio.**

**A**Desto supplicatiōnibus no-  
stris omnipotens Deus: &  
quibus fidúciā sperandæ pietātis  
indúlges, intercedēte beāto Au-  
gustino confessorē tuo atq; pontí-  
fice, consuētæ misericordiæ tribue  
benígnus effectú. Per Dóminum.

**Pro commemorat. S. Hermetis  
Martyris. Oratio.**

**D**Eus, qui beātum Hermētem  
mártirem tuum virtúte con-  
stántiæ in passiōne roborásti: ex  
eius nobis imitatiōne tribue, pro  
amóre tuo próspéra mundi despí-  
cere, & nulla eius aduérsa formi-  
dāre. Per Dóminum nostrum.

**Lectio epistolæ beati Pauli  
apóstoli ad Timótheum.**

**C**Aríssime: Testíficor coram <sup>2. cor. 4.</sup>  
Deo & Christo Iesu, qui iu-  
dicatúrus est viuos & mórtuos, per  
aduētum ipsius, & regnum eius:  
prædica verbum: insta opportunè,  
importunè: argue, óbsecra, incre-  
pa in omni paciētia & doctrína.  
Erit enim tempus, cū sanam do-  
ctrínā non sustinébunt: sed ad  
sua desidéria coaceruábunt sibi  
magístros, pruriētes áuribus: & à  
veritatē quidem audítum auértēt:  
ad fábulas autem conuertentur.  
Tu verò vígila, in ómnibus labó-  
ra, opus fac euangelístæ, ministé-  
rium tuum imple. Sóbrius esto.  
Ego enim iam delíbor: & tempus  
resolutiōnis meæ instat. Bonum  
certāmen certāui, cursum cōsum-  
māui, fidem seruāui. In réliquo,  
repósita est mihi corōna iustitiæ,  
quam reddet mihi Dóminus in il-  
la die, iustus iudex: non solūm au-  
tem mihi, sed & iis qui diligunt  
aduētum eius.



*Psal. 36.* **Graduale.** Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudiciū. *Ps.* Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

*Psal. 88.* **Alleluia, alleluia.** *Ps.* Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo unxi eum, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.**

*Cap. 5.* **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terræ. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras: & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, & glorificet patrem vestrum qui in caelis est. Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat caelum & terra, iota unum aut vnus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno caelorum. Qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno caelorum.

**Et dicitur Credo.**

**Offertor.** Iustus, ut palma, florebit: *Psal. 91.* sicut cedrus, quae in Libano est, multiplicabitur. **Secreta.**

**S**ancti confessoris tui Augustini nobis, Domine, pia non desit oratio: quae & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum. **Pro commemor. sancti Hermetis.**

**Secreta.**

**S**acrificium tibi, Domine, laudis offerimus in tuorum commemoratione sanctorum: da, quaesumus: ut, quod illis contulit ad gloriam, nobis profit ad salutem. Per Dominum.

**Communio.** Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. *Mat. 24.*

**Postcommunio.**

**V**t nobis, Domine, tua sacrificia dent salutem: beatus confessor tuus Augustinus & pontifex, quaesumus, precator accedat. Per Dominum.

**Pro commemor. sancti Hermetis.**

**Postcommunio.**

**R**epleti benedictione caelesti, quaesumus clementiam tuam: ut intercedente beato Hermete martyre tuo, qua humiliter gerimus, salubriter sentiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.



xxiv.  
Augusti. IN DECOLLATIONE

Sancti Ioannis Baptistæ.

Introitus. 5.

Psal. 118.



O quebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebam: & meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis.

Psal. 91.

**Psal.** Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. ✠. Gloria patri.

Oratio.

**S**ancti Ioannis Baptistæ precursoris, & martyris tui, quem sumus, Domine, veneranda festiuitas, salutaris auxiliij nobis prester effectum. **Per Dominum Qui uiuis.**

**Pro commem. S. Sabinæ martyris.**

Oratio.

**D**eus, qui inter cætera potentia tuæ miracula, etiã in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: cõcede propitius: ut qui beatæ Sabinæ martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. **Per Dominum.**

**Lectio Hieremiæ prophætæ.**

Cap. 1.

**I**n dièbus illis: Factum est verbum Domini ad me, dicēs. Accinge lumbos tuos, & surge: & loquere ad Iuda omnia quæ ego precipio tibi. Ne formides à facie eorū: nec enim timere te faciã vultū eorū. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in co-

lumnã ferream, & in murum æreum super omnem terram, regibus Iuda, principibus eius & sacerdotibus, & omni populo terræ. Et bellabunt aduersum te, & non praualebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.

**Graduale.** Iustus, ut palma, florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Domini. ✠. Ad annuncian- dum manẽ misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

**A**lleluia, alleluia. ✠. Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in æternum ante Dominum, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.**

**I**n illo tempore: Misit Herodes, **Cap. 6.** **I**ac tenuit Ioannẽ: & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuēbat Ioannẽ, sciens eum virum iustum, & sanctum: & custodiēbat eum: & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiēbat. Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui coenam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ. Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque



recumbētibus: rex ait puellæ. Pete à me quod vis: & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidiū regni mei. Quæ cum exisset, dixit matri suæ. Quid petam? At illa dixit. Caput Ioānis Baptístæ. Cúmque introisset statim cum festinatiōne ad regem: petiuit, dicens. Volo vt prótinus des mihi in disco caput Ioānis Baptístæ. Et contristatus est rex. Propter iusiurandū, & propter simul discumbētes, noluit eam contristare: sed missō spiculatōre, præcepit affēri caput eius in disco. Et decollauit eum in cárcere. Et attulit caput eius in disco: & dedit illud puellæ: & puella dedit matri suæ. Quo audito: discipuli eius uenerunt, & tulerunt corpus eius: & posuerunt illud in monumento.

Psal. 20.

**Offertorium.** In virtute tua, Domine, lætabitur iustus: & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei.

**Secreta.**

**M**Vnera, quæ tibi, Dñe, pro sancti mártiris tui Ioānis Baptístæ passiōne defērimus, quæsumus: vt eius obtentu nobis proficiant ad salūtem. Per Dóminum.

**Pro commemorat. S. Sabinæ.****Secreta.**

**H**ostias tibi, Dómine, beátæ Sabinæ mártiris tuæ dicatas méritis, benígnus assūme: & ad

perpétuum nobis tríbue prouenire subsidium. Per Dóminum.

**Communio.** Posuisti, Dñe, in capite eius coronam de lapide pretioso. ibidem.

**Postcommunio.**

**C**onferat nobis, Dómine, sancti Ioānis Baptístæ vtraque sollémnitas: vt & magnífica sacramenta, quæ sumpsimus, significata venerēmur, & in nobis pótius edita gaudeāmus. Per Dóminum.

**Pro commemorat. S. Sabinæ.****Postcommunio.**

**D**iuini múnneris largitáte satiati, quæsumus, Dómine Deus noster: vt intercedente beáta Sabina mártire tua, in eius semper participatiōne viuāmus. Per Dóminum nostrum.

S. A. N. C. T. O. R. V. M.  
Felicis & Aducti martyrum.

xxx.  
Augusti.**Introitus. I.**

Apiētiam sanctorum Ecc. 44. narrēt populi, & laudes eorum nūtiēt ecclesia: nomina autem eorum uiuent in saculum sæculi.

**Psal.** Exultate iusti in Domino: Psal. 32. rectos decet collaudatio. **Gloria.**

**Oratio.**

**M**aieftâtem tuam, Dómine, supplices exorâmus: vt, sicut nos iúgiter sanctorum tuorum commemoratiōne lætificas, ita semper:



semper supplicatiōne defendas. **FESTA SEPTEMBRIS.**  
Per Dōminum nostrum.

**Epistola.** Reddidit Deus iustis mercedem. de communi plurimorum mart. pag. 18.

**Graduale.** Iustorum animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitiæ. *V.* Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.

**Alleluia, alleluia.** *V.* Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent in æternum, alleluia.

**Euang.** Qui vos audit. de communi plurimorum mart. pag. 20.

**Offertorium.** Lætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

**Secreta.**

**H**ostias, Dōmine, plebis tuæ intēde: & quas in honōre sanctōrum tuōrum deuōta mente celebrant, proficere sibi sentiant ad salūtem. Per Dōminum.

**Communio.** Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dominus: & quod in aure auditis, prædicare super tecta.

**Postcommunio.**

**R**eplēti, Dōmine, muneribus sacris, quæsumus: vt, intercedentibus sanctis tuis, in gratiārum tuārū semper actiōne maneamus. Per Dōminum nostrum.

**SANCTI EGIDII ABBATIS,** *Die i. Septemb.*  
**Missa.** Os iusti meditabitur. vt in communi Abbatis, pag. 31. cum cōmemoratiōe sanctōrum martyrum duodecim Fratrum.

**Oratio.**

**F**raterna nos, Dōmine, martyrum tuōrum corōna lætificet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtūtum, & multiplici nos suffragio consolētur. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuuit & regnat in vnitāte.

**Secreta.**

**I**terata mysteria, Dōmine, pro sanctōrum martyrum tuōrum commemoratiōe deuōta mente tractemus: quibus nobis & præsidium crescat, & gāudium. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt, quorum memoriā sacramenti participatiōne recólimus, fidem quoque proficiendo sectemur. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuuit & regnat in vnitāte spīritus sancti Deus. Per omnia secula sæculōrum. *B.* Amen.



I N N A T I V I T A T E  
S. M A R I Æ V I R G I N I S.



**Introitus.** 2.

Alue sancta parens,  
enixa puerpera regē:  
qui cælum terramq;  
regit in sæcula sæcu-  
lorum. **Psalm.** Eru-  
ctavit cor meum ver-

bum bonū: dico ego opera mea regi.  
y. Gloria patri.

**Oratio.**

**F**Amulis tuis, quæsumus, Dó-  
mine, cælestis grátia munus  
impertire: vt quibus. beatæ Virgi-

nis partus exstitit salútis exórdium,  
Natiuitatis eius votíua sollémni-  
tas, pacis tríbuat incrementum.  
Per Dóminum.

**In Missis priuatis pro commem.  
sancti Adriani martyris. Oratio.**  
Præsta quæsumus omnipotens de  
communi vnus martyris, pag. 5.

**Lectio libri Sapientia.**

**D**ominus possedit me in iní-  
tío viârū suârum, antequam  
quicquam faceret à principio.

Ab

Sedulius.



Psalm. 44.

PROV. 8.



Ab ætérno ordinàta sum, & ex antiquis, àntequam terra fieret. Nōdum erant abyssi: & ego iam concépta eram. Necdum fontes aquarum erúperant: necdum montes grati mole cōstiterant. Ante omnes colles ego parturiēbar. Adhuc terram non fécerat, & flúmina, & cárdines orbis terræ. Quando præparâbat cælos, áderam. Quando certa lege, & gyro vallâbat abyssos. Quando æthera firmâbat sursum: & librâbat fontēs aquarum. Quando circúndabat mari términum suū: & legem ponēbat aquis, ne transirent fines suos. Quando appēdēbat fundamēta terræ, cum eo eram cuncta compónēs. Et delectâbar per singulos dies, ludens coram eo omni tēpore, ludens in orbe terrarum: & delíciæ meæ, esse cum filiis hóminū. Nunc ergo filij audíte me. Beáti qui custódiunt vias meas. Audíte disciplinam, & estóte sapiētes: & nolíte abiicere eam. Beátus homo qui audit me: & qui vígilat ad fores meas quotidie: & obseruat ad postes óstij mei. Qui me inuenerit, inuéniet vitam, & háuriet salutē à Dómino.

**Graduale.** Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris, inuenta es mater saluatoris. **V.** Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis; in tua se clausit viscera, factus homo.

**A**lleluia, allel. **V.** Felix es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ, alleluia.

**Inítium sancti euangélj secundum Matthæum.**

**L**iber generatiōnis Iesu Christi filij Dauid: filij Abraham. **¶** Abraham genuit Isaác: Isaác autē, genuit Iacob: Iacob autem, genuit Iudam & fratres eius: Iudas autē, genuit Phares & Zaram de Thamar. **¶** Phares autem, genuit Efron: Efron autem, genuit Aram: Aram autem, genuit Aminadab: Aminadab autem: genuit Naason. **¶** Naason autem, genuit Salmon: Salmon autem, genuit Booz de Raab: Booz autem, genuit Obeth ex Ruth: Obeth autem, genuit Iesse. **¶** Iesse autem, genuit Dauid regem: Dauid autem rex, genuit Salomōnem ex ea quæ fuit Vriæ. **¶** Salomon autem, genuit Roboám: Roboám autem, genuit Abíam: Abías autem, genuit Afa: Afa autem, genuit Iósaphat. **¶** Iósaphat autem, genuit Ioram: Ioram autē, genuit Ozíam: Ozías autem, genuit Ióathá: Ióatham autē, genuit Achaz. **¶** Achaz autē, genuit Ezechíam: Ezechías autem, genuit Manáffem: Manáffes autem, genuit Amon: Amon autem, genuit Iosíam. **¶** Iosías autem genuit Iechoníam & fratres eius in transmigratiōne Babylō-



nis. ¶ Et post transmigratiōnem Babylōnis, Iechonías genuit Saláthiel: Saláthiel autem, genuit Zorobabél: Zorobabél autē, genuit Abiud: Abiud autē, genuit Eliachím. ¶ Eliachím autem, genuit Azor: Azor autem, genuit Sadoc: Sadoc autem, genuit Achim: Achim autē, genuit Eliud. ¶ Eliud autem, genuit Eleazár: Eleazár autem, genuit Mathan: Mathan autem, genuit Iacob. ¶ Iacob autem, genuit Ioseph virum Mariæ. ¶ De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

Et dicitur **C**redo.

**O**ffertorium. **B**eata es virgo Maria, quæ omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit; & in æternum permanes virgo.

**S**ecreta.

**V**Nigéniti tui, Dómine, nobis succúrrat humanitas: vt, qui natus de vírgine, matris integritatem non minuit; sed sacráuit: in Natiuitatis eius sollémniis, nostris nos piáculis éxuens, oblatiōnem nostram sibi faciat accéptam Iesus Christus Dóminus noster. Qui tecum viuit.

**P**ræfatio de beata Virgine. **E**t te in Natiuitate. & sic dicitur per Octauam.

**C**ommunio. **B**eata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium.

**P**ostcommunio.

**S**implicissimus, Dómine, celebratis annuæ votiuæ sacramenta: præsta, quæsumus: vt temporâlis vitæ nobis remédia præbeant, & æternæ. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitâte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

**I**N F R A O C T A V A M

Natiuitatis beatæ Mariæ, & in die octaua, dicitur Missa sicut in die: sed infra Octauam dicitur secunda Oratio de Spiritu sancto, Deus, qui corda fidelium. & tertia, Ecclesiæ. vel pro Papa, Deus omnium fidelium. & non fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex: De simplici autem fit tantum commemoratio.

**P**R O C O M M E M O R A T I O N E <sup>ix.</sup> <sub>Septemb.</sub>

**S**ancti Gorgonij martyris.

**O**ratio.

**S**Anctus tuus, Dómine, Gorgónius sua nos intercessiōne lætificet: & pia faciat sollempnitâte gaudere.

**T**ertia Oratio de Spiritu sancto, Deus, qui corda fidelium: nisi venerit in Dominica: tunc enim tertia Oratio erit de Sanctis.

**S**ecre-



*Secreta.*

**G**Rata tibi sit, Dómine, nostre  
seruitútis oblátio : pro qua  
sanctus Gorgónius martyr inter-  
uéntor exístat.

*Postcommunio.*

**F**Amíliam tuam, Deus, suáui-  
tas æténa contíngat, & vége-  
ret: quæ in mártire tuo Gorgónio,  
Christi filij tui bono iúgiter odóre  
pascâtur.

mine, foueat pretiôsa conféssio: &  
pia iúgiter intercéssio tueâtur.

*Tertia Oratio.* Deus, qui corda  
fidelium:

*Secreta.*

**P**Ro sanctôrũ mártirum tuô-  
rum Proti & Hyacínthi com-  
memoratióne, múnera tibi, Dó-  
mine, quæ debêmus, exóluimus:  
præsta, quæsumus: vt remédium  
nobis perpétuæ salûtis operéntur.

*Postcommunio.*

**V**T percépta nos, Dómine,  
tua sancta puríficent: beatô-  
rum mártirum tuôrum Proti &  
Hyacínthi, quæsumus, implôret  
oratio.

<sup>xi.</sup>  
Septemb. PRO COMMEMORATIONE


SS. Mart. Proti & Hyacínthi.

*Oratio.*

**B**eatôrum mártirum tuôrum,  
Proti & Hyacínthi nos, Do-



I N E X A L T A T I O N E  
S A N C T Æ C R V C I S .



**Introitus. 4.**

Galat. 6.



Os autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati

sta, quæsumus: ut, cuius mysterium in terra cognouimus, eius redemptionis præmia in cælo mereamur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate.

& liberati sumus.

Psalm. 66.

**Psalmus.** Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.  
V. Gloria patri & filio.

**Oratio.**

**D**eus, qui nos hodierna die exaltationis sanctæ Crucis annua sollempnitate lætificas: præ-

**Et fit commemoratio de Natiuitate sanctæ Mariæ.**

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Philippenses.**

**F**ratres: Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne



omne nomen: vt in nómine Iesu omne genu flectâtur, cæléstium, terréstrium, & infernôrum. Et omnis lingua confiteâtur: quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei patris.

Ehil. 2.

**Graduale.** Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. *ψ.* Propter quod & Deus exaltauit illum: & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

**Alleluia, alleluia.** *ψ.* Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quæ sola fuisti digna sustinere regem cælorum, & Dominum, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélj  
secúndum Ioánnem.**

Cap. 12.

**I**n illo tẽpore: Dixit Iesus turbis Iudæorum. Nunc iudícium est mundi: nunc princeps huius mundi eiiciẽtur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meípsum. Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege, quia Christus manet in ætérnum. Et quomodo tu dicis, opórtet exaltári filium hóminis? Et quis est iste filius hóminis? Dixit ergo eis Iesus. Adhuc módicum, lumen in vobis est. Ambulâte dum lucem habẽtis: vt non tenebræ vos comprehendant. Et qui ámbulat in tenebris, nescit quò vadat. Dum lu-

cem habẽtis, créдите in lucem, vt filij lucis sitis.

**Et dicitur Credo.**

**Offertorium.** Protege, Domine, plebem tuam per signum sancte Crucis, ab insidiis inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem, & acceptabile fiat sacrificium nostrum, alleluia.

**Secreta.**

**I**esu Christi Dómini nostri corpore & sanguine saginandi, per quem Crucis est sanctificatum vexillum, quæsumus, Dómine Deus noster: vt sicut illud adorare meruimus, ita perénriter eius glóriæ salutáris potiámur efféctu. Per eúndem Dóminum.

**Praefatio de Cruce.** Qui salutem humani generis:

**Commúnio.** Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

**Postcommunio.**

**A**desto nobis, Dómine Deus noster: & quos sanctæ Crucis lætári fecisti honóre, eius quoque perpétuis defẽde subsidiis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuít & regnat in vnitáte.

I N O C T A V A

22.  
Septemb.

**Natiuitatis beatæ Mariæ, Missa vt in die, cum commemorat. S. Nicomedis martyris.**

Ora-



Oratio.

**A**desto, Dómine, pópulo tuo: vt beáti Nicomêdis mártiris tui mérita præclára suscípiens, ad impetrádam misericórdiam tuam semper eius patrocíniis adiuuêtur. Per Dóminum nostrum.

Secreta.

**S**uscípe, Dómine, múnera propítius oblâta: quæ maiestâti tuæ, beáti Nicomêdis mártiris tui comméndet. oratio. Per Dñm.

Postcommunio.

**P**uríficent nos, Dómine, sacraménta quæ sumpsimus: & intercedente beáto Nicomêde mártire tuo, à cunctis efficiant vitiis absolútos. Per Dóminum.

annua deuotiône recólimus, étiam fidei constantiam subsequámur.

Tertia Oratio. A. cunctis.

Secreta.

**V**Ota pópuli tui, quæsumus, Dómine, propitiâtus intende: & quorû nos tribuis sollémnia celebrâre, fac gaudere suffragiis.

Postcommunio.

**E**Xaudi, Dómine, preces nostras: & sanctórum mártirum tuorû Euphémix, Lúciæ, & Geminiani, quorum festa sollémniter celebrâmus, continuis foueamur auxiliis.

## IN VIGILIA

S. Matthæi apostoli &amp; euágelistæ.

xx.  
Septemb.

Introitus.



Go autem sicut oli- Psalm. 57.  
ua fructificaui in do-  
mo Domini: speraui  
in misericordia Dei  
mei: & expectabo  
nomen tuum, quo-

niam bonum est ante cóspectum san- ibidem.  
ctorum tuorum. **Psalm.** Quid glo-  
riaris in malitia: qui potens es in ini-  
quitate? **V.** Gloria patri.

Oratio.

**D**A, quæsumus, omnipotens Deus: vt beáti Matthæi apóstoli tui & euangelistæ, quam præuenimus, veneranda sollémnitas, & deuotiõem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

Pro

xvi.  
Septemb.

**I**N FESTO SS. PONTIFICVM & martyrum Cornelij & Cypriani, Missa. Intret in conspectu tuo. de communi plurimorum mart. pontif. 13. cum commemoratione aliorum martyrum, vt infra, nisi fuerit Dominica: quia tunc commemoratio sequens fit in Dominica, & festum prædictum transfertur in secundam Feriam.

**P**ro commemoratione sanctorum martyrum Euphemix, Lucix, & Geminiani.

Oratio.

**P**Ræsta, Dómine, præcibus nostris cum exultatiõem prouentum: vt quorum diem passiónis



**Pro cōmemoratione sanctorum  
martyrum Eustachij, & sociorum.**

**Oratio.**

**D**Eus, qui nos concēdis san-  
ctōrum mārtyrum tuōrum  
Eustāchij & sociōrum eius nata-  
lītia cōlere: da nobis in ætēna  
beatitūdine de eōrum societāte  
gaudēre.

**Tertia Oratio de sancta Maria.**

Concede.

**Lectio libri Sapiētiæ.**

**B**enedictio Dōmini super ca-  
put iusti. Ideo dedit illi Dō-  
minus hæreditātem: & diuisit ei  
partem in tribubus duodēcim: &  
inuēnit grātiā in conspēctu om-  
nis carnis. Magnificāuit eum in  
timōre inimicōrū: & in verbis suis  
mōstra placāuit. Glorificāuit eum  
in conspēctu regum: & ostēdit  
illi glōriā suā. In fide & lenitā-  
te ipsius sanctum fecit illum: &  
elēgit eum ex omni carne. Et dedit  
illi corā præcepta: & legem vitæ,  
& disciplinæ: & excelsū fecit il-  
lum. Stāuit illi testamētum ætēr-  
num: & circumcīxit eum zona  
iustitiæ: & induit eum Dōminus  
corōnam glōriæ.

**Graduale.** Iustus, vt palma, flore-  
bit: sicut cedrus Libani, multiplicabi-  
tur in domo Domini. **V.** Ad annun-  
ciandum manē misericordiam tuam,  
& veritatem tuam per noctem.

**Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Lucam.**

**I**N illo tēpore: Vidit Iesus <sup>cap. 5.</sup>  
Publicānum nōmine Leui, se-  
dēntem ad telōnium: & ait illi. Se-  
quere me. Et relīctis omnibus, sur-  
gens secūtus est eū. Et fecit ei con-  
uīuium magnum Leui in domo  
sua: & erat turba multa publica-  
nōrum, & aliōrū qui cum illis erāt  
discumbētes. Et murmurābant  
Pharisei, & Scribæ eōrum, dicētes  
ad discipulos eius. Quare cum pu-  
blicānis & peccatoribus mandu-  
cātis & bībitis? Et respōdēs Iesus,  
dixit ad illos. Non egent, qui sani  
sunt, medico: sed qui malē habent.  
Non veni, vocāre iustos, sed pecca-  
tōres ad pænitiā.

**Offertor.** Glōria & honore coro-  
nasti eum: & constituisti eum super  
opera manuum tuarum, Domine. <sup>psal. 3.</sup>

**Secreta.**

**A** Postolicæ reuerētiæ culmen  
offerimus tibi sacris mystē-  
riis imbuēndum: præsta, quæsu-  
mus, Dōmine: vt beāti apōstoli tui  
& euangēlistæ Matthæi suffragiis,  
cuius natalītia præuenīmus, hæc  
plebs tua semper & sua vota de-  
prōmat, & desiderāta percīpiat.  
Per Dōminum nostrum Iesum  
Christum filium tuum, qui tecum  
viuit & regnat.

**Pro cōmemoratione sanctorum  
martyrum Eustachij, & sociorum.**

**Secre-**



## Secreta.

**M**Vnera tibi, Dómine, nostræ deuotiõnis offerimus: quæ & pro tuõrum tibi grata sint honõre iustõrum, & nobis salutária te miserante reddántur.

## Tertia de sancta Maria.

*Psal. 20* **Communio.** Magna est gloria eius in salutaris tuo: gloriam, & magnum decorem impones super eum, Dñe.

## Postcommunio.

**S**Ancti apóstoli tui & euangelistæ Matthei, quesumus, Dñe, supplicatiõne placatus, & véniam nobis tribue, & remédia sempiterna concède. Per Dóminum.

**Precommemor sanctorum martyrum Eustachij, & sociorum.**

## Postcommunio:

**P**Ræsta nobis, quesumus, Dñe, intercedentibus sanctis tuis Eustachio & sociis: vt quod ore cõtíngimus, pura mēte capiámus.

## Tertia de sancta Maria.

## I N F E S T O

*xxi. Septemb.* **S. Matthæi apostoli & euangelistæ.**

## Introitus. 6.

*Psal. 36.*



**Q**ui iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius.

*Ibidem.*

**Psalm.** Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. *ψ.* Gloria.

## Oratio.

**B**Eati apóstoli & euangelistæ Matthæi, Dómine, précibus adiuuémur: vt, quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessiõne donêtur. Per Dóminum nostrum.

## Lectio Ezechielis prophætæ.

**S**imilitúdo vultus quatuor animalium, facies hóminis: & facies leõnis à dextris ipsõrum quatuor: facies autem bouis à sinistris ipsõrum quatuor: & facies aquilæ desuper ipsõrum quatuor. Et facies eõrum, & pennæ eõrum exténtæ desuper: duæ pennæ singulõrum iungebantur, & duæ tegébāt corpora eõrum. Et vnumquodq; eõrum, coram facie sua ambulabat. Vbi erat ímpetus spíritus, illuc gradiebántur: nec reuertebántur cum ambularent. Et similitúdo animalium, & aspéctus eõrum quasi carbõnũ ignis ardentium, & quasi aspéctus lampadãrum. Hæc erat visio discúrrens in médio animalium: splendor ignis, & de igne fulgure egrédiens. Et animalia ibant, & reuertebántur in similitúdinem fulguris coruscantis.

**Graduale.** Beatus vir, qui timet Dóminum, in mandatis eius cupit nimis. *ψ.* Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur.

**Alleluia, allel. ψ.** Te gloriosus apostolorum chorus laudat, Dñe, alleluia.

Sequén-



Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.

**I**n illo tempore: Vidit Iesus hominem sedentem in telonio; Matthæum nomine: & ait illi. Sequere me. Et surgens, secutus est eum. Et factum est: discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Et videntes Pharisei, dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? At Iesus audiens, ait. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem, discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

Et dicitur **C**redo.

**Offert.** **P**osuisti, Domine, in capite eius coronam de lapide pretioso: vitam petiit à te, & tribuisti ei, alleluia.

**Secreta.**

**S**upplicationibus apostolicis beati Matthæi euangelistæ, quæsumus, Domine, ecclesiæ tuæ commendetur oblatio: cuius magnificis prædicationibus erudatur. Per Dominum.

**Præfatio de Apostolis.**

**Communio:** Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum, Domine.

Postcommunio.

**P**ercéptis, Domine, sacramentis, beato Matthæo apostolo tuo & euangelista interueniente, deprecamur: vt, quæ pro eius celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

SANCTORVM MARTYRVVM <sup>xxvii</sup> Septemb.  
Mauricij & sociorum eius, **Missa.**

**I**ntret in conspectu tuo. pag. 13. **cum Epistola.** Respondit vnus de senioribus. de communi plurimorum martyrum, pag. 19. præter Orationem quæ dicitur vt infra.

**Oratio.**

**A**nnue, quæsumus, omnipotens Deus: vt sanctorum martyrum tuorum Mauricij & sociorum eius, nos lætificet festiua sollémnitas: vt quorum suffragiis nitimur, eorum natalitiis gloriemur. Per Dominum.

**Secreta.**

**R**espice, quæsumus, Domine, mûnera, quæ in sanctorum martyrum tuorum Mauricij & sociorum eius commemoratiõne deferimus: & præsta: vt, quorum honore sunt grata, eorum nobis fiant intercessiõne perpétua. Per Dominum nostrum.

**Postcommunio.**

**C**ælestibus refecti sacramentis & gaudiis, supplices te rogamus, Domine: vt, quorum gloria



mur triúmphis, protegámur auxiliis. Per Dóminum.

xxiij.  
Septemb.

**I**N F E S T O S. L I N I P A P A E  
& martyris. Missa. Sacerdotes Dei.  
de communi vnus martyris pontificis, pagina 3. cum commemoratione sanctæ Theclæ virginis & martyris, vt infra, nisi fuerit Dominica: quia tunc commemoratio sequens fit in Dominica, & festum prædictum transfertur in secundam Feriam.

¶ Pro commemoratione sanctæ Theclæ virginis & martyris.

Oratio.

**D**A, quæsumus, omnipotens Deus: vt, qui beátæ Theclæ virginis & mártiris tuæ natalítia cólimus, & ánnua sollemnitate lætémur, & tantæ fidei proficiámus exémplo.

Tertia Oratio. A cunctis.

Secreta.

**S**Vscipe, Dómine, múnera: quæ in beátæ Theclæ virginis & mártiris tuæ sollemnitate deférimus: cuius nos confidimus patrocinio liberári.

Postcommunio.

**A**Vxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: & intercedéte beáta Thecla vírgine & mártire tua, sempitérna fáciant protectiône gaudére.

SS. M A R T. C Y P R I A N I <sup>xxviij.</sup>  
& Iustinae, Missa. S. alus autem iustorum. de communi plurimorum martyrum, pag. 16. præter Orationem, quæ dicitur vt infra.

Oratio.

**B**Eatòrum mártirum tuòrum Cypriani & Iustinae nos, Dómine, fòueant continuáta præsidia: quia non desinis propítius intuíeri, quos talibus auxiliis concéseris adiuuári. Per Dóminum.

Secreta.

**M**Vnera tibi, Dómine, nostræ deuotiõnis offérimus: quæ & pro tuòrú tibi grata sint honóre iustòrum, & nobis salutária te miserante reddántur. Per Dóminum.

Postcommunio.

**P**Ræsta nobis, quæsumus, Dómine, intercedéntibus sanctis tuis Cypriano & Iustina: vt quæ ore contingimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

I N F E S T O

xxviij.  
Septemb.

SS. Martyrum Cosmæ & Damiani. Introitus. 1.



Apiétiam sanctorum <sup>Ecccl. 44.</sup> narrét populi, & laudes eorum nütiet eccllesia: nomina autem eorum viuent in sæculum sæculi.

Psalm. Exultate iusti in Domino: <sup>Psal. 32.</sup> rectos decet collaudatio. ¶ Gloria.

Oratio.



## Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt, qui sanctõrum mârtyrum tuõrum Cosmę & Damiáni natalítia cõlimus, à cunctis malis imminéntibus eõrum intercessiónibus liberemur. Per Dõminum nostrum.

**Epistola.** Iusti autem in perpetuum. de communi plurimorum martyrum, pag. 15.

**Graduale.** Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. *Psal. 33.* **V.** Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabuntur.

**Alleluia, alleluia.** **V.** Hæc est vera fraternitas: quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, inlyta tenens regna cælestia, alleluia.

**Euangelium.** Descendens Iesus de monte. de eodem cõmuni, pag. 16.

**Offert.** **G**loriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu, Dñe, benedices iusto: Dñe, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

## Secreta.

**S**anctõrum tuõrũ nobis, Dõmine, pia non desit oratio: quæ & múnera nostra cõciliet, & tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dõminum.

**Communio.** **P**osuerunt mortalia seruatorum tuorum, Domine, escas volatilibus cæli: carnes sanctõrum tuo-

rum bestiis terræ: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum.

## Postcommunio.

**P**Rótegat, quæsumus, Dõmine, pópulum tuum, & participatio cælestis indúlta conuuij, & deprecátio collâta sanctõrum. Per Dõminum nostrum Iesum Christum filium tuum.

I N F E S T O  
Dedicationis sancti Michaelis  
Archangeli. Introitus. 3.

*xxix.  
Septemb.*



Benedicite Dominum *Ps. 102.* omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius.

**Psalm.** Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. **V.** Gloria. *Ibidem.*

## Oratio.

**D**Eus, qui miro ordine, angelõrũ ministéria, hõminumque dispénfas: concède propítius: vt quibus tibi ministrántibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniâtur. Per Dõminum nostrum.

Lectio libri Apocalypsis beati  
Ioánnis apóstoli.

**I**N diẽbus illis: Significauit *cap. 2.* Deus, quæ opórtet fieri citò, loquens per angelũ suum seruo suo

k

Ioán-



Ioánni : qui testimónium perhibuit verbo Dei, & testimóniú Iesu Christi, quæcúnque vidit. Beátus qui legit, & qui audit verba prophetiæ huius : & seruat ea, quæ in ea scripta sunt. Tempus enim propè est. Ioánnes septem ecclésiis, quæ sunt in Asia, grátia vobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui véturus est : & à septem spirítibus, qui in cōspéctu Throni eius sunt : & à Iesu Christo, qui est testis fidélis, primogénitus mortuórum, & princeps regum terræ : qui diléxit nos, & lauit nos à peccátiis nostris in sanguine suo.

*Ps. 102.* **Graduale.** Benedicite Dominum omnes angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius. *V.* Benedic anima mea Dominum, & omnia interiora mea nomen sanctum eius.

**A**lleluia, alleluia. *V.* Sancte Michael archangele defende nos in prælio : vt non pereamus in tremendo iudicio, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélii  
secúndum Matthæum.**

*Sep. 18.* **I**n illo témpore : Accesserunt discípuli ad Iesum, dicétes. Quis putas, maior est in regno cælórum? Et áduocans Iesus paruulum, stáuit eum in médio eórum, & dixit. Amen dico vobis : nisi conuérsi fuerítis, & efficiámini sicut paruuli : non intrábitis in regnum cælórum. Quicúnque ergo humiliá-

uerit se, sicut paruulus iste : hic maior est in regno cælórum. Et qui fuscéperit vnum paruulum talem in nómine meo : me fuscipit. Qui autem scandalizáuerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt : expedit ei, vt suspendátur mola asinária in collo eius, & demergátur in profúndum maris. Væ mundo à scándalis. Necesse est enim vt veniant scándala : verúntamen væ hómini illi, per quem scándalum venit. Si autem manus tua vel pedes tuus scandalizat te : abscinde eum, & próiice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi débilem vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem ætérnum. Et, si óculus tuus scandalizat te : erue eum, & próiice abs te. Bonum est tibi cum vno óculo in vitam intráre, quàm duos óculos habentem mitti in gehénnam ignis. Vidéte ne cōtemnátis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis : quia ángeli eórum semper vident faciem patris mei, qui in cælis est.

**Et dicitur C**redo.

**Offertorium.** *S*tetit angelus iuxta *Apo. 8.* aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua : & data sunt ei incensa multa : & ascendit fumus aromaticum in conspectu Dei.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Dómine, laudis offerimus, suppliciter deprecán-



precantes; vt easdem angélico pro nobis intercedente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram prouenire concedas. Per Dóminum nostrum.

*Dei. 1.* **Communio.** **B**enedicite omnes angeli Domini Dominum: hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula.

**Postcommunio.**

**B**eati archángeli tui Michaélis intercessiõne suffulti, suppliceste, Dómine, deprecámur: vt, quod ore proféquimur, contingámus & mente. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

**I N F E S T O**

**S. Hieronymi Presbyteri, Confessoris, & Doctoris Ecclesiæ.**

**Introitus. 6.**

**I**n medio ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus: stolam gloriæ induit eum.



*Eccl. 15.* **Psal.** Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime.

**Oratio.** Gloria patri.

**D**eus, qui ecclesiæ tuæ in exponendis sacris scripturis beatum Hieronymum confessorem tuum, doctorem maximum, prouidere dignatus es: præsta, quæsumus: vt eius suffragantibus meritis, quod ore simul & opere dó-

cuit, te adiuuante exercere valeamus. Per Dóminum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Timotheum.**

**C**arissime: Testificor coram Deo & Christo Iesu, qui iudicatûrus est viuos & mórtuos, per aduentum ipsius, & regnum eius: prædica verbum: insta opportúnè, importúnè: argue, óbsecra, increpa in omni paciëntia & doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinébunt: sed ad sua desidéria coaceruábunt sibi magistros, pruriéntes auribus: & à veritate quidem auditum auértét: ad fabulas autem conuerténtur. Tu verò vígila, in ómnibus labóra, opus fac euangeliætæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim iam delíbor: & tempus resolutiõnis meæ instat. Bonum certámen certáui, cursum cõsummáui, fidem seruáui. In réliquo, repósita est mihi corõna iustitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, iustus iudex: non solùm autem mihi, sed & iis qui díligunt aduentum eius.

**Graduale.** Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudiciú. **Psal. 36.** Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. **Alleluia, alleluia.** **Psal. 45.** Amavit eum Dominus, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum, alleluia.



Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.

cap. 5.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terræ. Quod si sal euauerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Nolite putare quoniam ueni soluere legem, aut prophetas: non ueni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico uobis, donec transeat cælum & terra, iota unum, aut unus apex non preteribit à lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines: minimus uocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit, & docuerit: hic magnus uocabitur in regno cælorum.

Et dicitur Credo.

**Offertor.** Iustus, ut palma, florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur.

Secreta.

**D**onis cælestibus, quæsumus, Domine, libera nos tribuente inseruire: ut mûnera, quæ

deferimus, intercedete beato Hieronymo confessore tuo, & medellam nobis operentur, & gloriam. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

**R**eplenti alimonia cælesti, quæsumus, Domine: ut interueniente beato Hieronymo confessore tuo, misericordiæ tuæ gratiam consequi mereamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

FESTA OCTOBRIS.

SANCTI REMIGII Die 7. Octobris.  
Episcopi & Confess. Missa. Statuit ei Dominus. de communi Confessorum pont. pag. 21.

INFESTO 17. Octobris.  
Sancti Francisci Confessoris.

Introitus. 2.



Ihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi: per quæ mihi mûdus crucifixus est, & ego mundo. Gal. 6.

**Psalm.** Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum. y. Gloria patri. Ps. 145.

Ora-



## Oratio.

**D**Eus, qui ecclésiā tuam beāti Francisci méritis foetu nouæ prolis amplificas: tríbue nobis, ex eius imitatiōne, terrēna despícere, & cælestium donōrum semper participatiōne gaudere. Per Dóminum nostrum.

## Lectio epístolæ beāti Pauli apóstoli ad Gálatas.

**Cap. 6.** **F**Ratres: Mihi autem absit gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Iesu Christi: per quem mihi mūdus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu, neque circuncisio áliquid valet, neque præputium: sed noua creatúra. Et quicúnque hanc régulam secúti fuerint: pax super illos, & misericórdia, & super Israél Dei. De cætero nemo mihi moléstus sit. Ego enim stigmata Dómini Iesu in corpore meo porto. Grátia Dómini nostri Iesu Christi, cum spírítu vestro fratres, Amen.

**Psal. 36.** **Graduale.** Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudiciú. **ŷ.** Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

**A**lleluia, allel. **ŷ.** Franciscus pauper & humilis, cælum diues ingreditur, hymnis cælestibus honoratur, allel.

## Sequéntia sancti euangélij secúndum Matthæum.

**Cap. 11.** **I**N illo tempore: Respóndens Iesus dixit. Confiteor tibi pater

Dómine cæli & terræ: quia abscondisti hæc à sapiéntibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quóniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Veníte ad me omnes qui laborátis, & oneráti estis: & ego reficiam vos. Tóllite iugū meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & húmilis corde: & inueniétis réquiem animabus vestris. Iugum enim meum suauē est, & onus meū leue.

**Offertor.** Veritas mea & misericórdia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Psal. 38.**

## Secreta.

**M**Vnera tibi, Dómine, dicata sanctífica: & intercedente beato Francisco, ab omni nos culpárum labe purífica. Per Dóminum nostrum.

**Communio.** Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. **Mat. 24.**

## Postcommunio.

**E**Cclésiā tuam, quæsumus, Dómine, grátia cælestis amplificet: quam beāti Francisci illuminare voluisti gloriósis méritis, & exémpis. Per Dóminum.



vñ.  
Octobris.

## S AN C T I M A R C I

Papæ &amp; Confessoris.

Introitus. 3.

Pf. 131.



Acerdotes tui, Domine, induant iustitiã: & sancti tui exultent: propter David seruũ tuum, nõ auertas faciẽ Christi tui.

ibidem.

**Pfalm.** Memento, Dñe, David, & omnis mansuetudinis eius. *ψ.* Gloria.

Oratio.

**E**Xaudi, Dõmine, preces nostras: & intercedente beato Marco confessõre tuo atque pontifice, supplicatiõnes nostras placatus intẽde. Per Dõminum.

**Pro commemoratione sanctorum martyrum, Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij.**

Oratio.

**S**Anctorum martyrum tuõrum nos, Dõmine, Sèrgij, Bacchi, Marcelli & Apuleij beata mèrita prosequantur: & tuo semper faciant amõre feruẽtes. Per Dõminum nostrum.

**Epistola.** Plures facti sunt Sacerdotes. **de communi confessorum pontificum, pag. 23.**

Pf. 131.

**Graduale.** Sacerdotes eius induant salutare: & sancti ei⁹ exultatione exultabunt. *ψ.* Illuc producam cornu David: paraui lucernam Christo meo.

Pf. 109.

**Alleluia, alleluia.** *ψ.* Iurauit Dominus, & non pænitebit eum: tu es sacer-

dos in æternum secundum ordinem Melchisedech, alleluia.

**Euangelium.** Vigilate, quia nescitis. **de eodem communi, pag. 23.**

**Offertorium.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Pf. 88.*

Secreta.

**A**Ccepta tibi fit, Dõmine, sacratẽ plebis oblãtio, pro tuõrum honõre sanctorum: quorum se mèritis percepisse de tribulatiõne cognõscit auxiliũ. Per Dõminum nostrum.

**Pro commemoratione sanctorum martyrum, Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij.**

Secreta.

**M**Aiestãtem tuam nobis, Dõmine, quæsumus, hæc hostia reddat immolãda placãtam, tuõrum digna postulatiõne sanctorum. Per Dõminum nostrum Iesum Christum.

**Communio.** Beatus seruus, quem cum venerit dõminus, inuenerit vigilantem: Amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. *Matt. 24.*

Postcommunio.

**D**A, quæsumus, Dõmine, fidelibus põpulis sanctorũ tuõrum semper veneratiõne lætari, & eõrum perpẽtua supplicatiõne muniri. Per Dõminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuuit & regnat.

Pro



Pro commemoratione sanctorum martyrum, Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij.

Postcommunio.

**S**acramentis, Domine, muniamur acceptis, & sanctorum martyrum tuorum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij intercessione, contra omnes nequitias irruentes, armis caelestibus protegâmur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.

**I N F E S T O**

**SS. Martyrum Dionysij, Rustici, & Eleutherij. Introitus. I.**



Aspietiam sanctorum narrat populi: & laudes eorum nuntiet ecclesia: nomina autem eorum viuent in saeculum saeculi.

*Psalm. 32.* Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. *ψ.* Gloria.

Oratio.

**D**eus, qui hodierna die beatum Dionysium martyrem tuum atque pontificem, virtute constantiae in passione roborasti: qui que illi ad praedicandum gentibus gloriam tuam, Rusticum, & Eleutherium sociare dignatus es: tribue nobis, quae sumus, eorum imi-

tatione pro amore tuo prospera mundi despiciere, & nulla eius aduersa formidare. Per Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

**I**n diebus illis: Stans Paulus in medio Areopagi, ait. Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiones vos video. Praeteriens enim & videns simulachra vestra, inueni & aram, in qua scriptum erat, Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. Deus qui fecit mundum, & omnia, quae in eo sunt, hic caeli & terrae cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam & inspirationem & omnia: fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terrae, definiens statuta tempora, & terminos habitacionis eorum, quærere Deum, si forte attritent eum, aut inueniant, quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus, sicut & quidam vestrorum poetarum dixerunt: ipsius enim & genus sumus. Genus ergo cum simus Dei, non debemus aestimare auro & argento, aut lapidi sculpturae artis, & cogitationis hominis, diuinum esse simile. Et tempora quidem huius ignorantiae despiciens Deus, nunc



annúntiat homínibus, vt omnes vbíque pæniténtiã agant: eò quòd státuit diem in quo iudicatúrus est orbem in æquitáte in viro, in quo státuit, fidem præbens ómnibus, súscitans eum à mórtuis. Cùm audíssent autem resurrectiõnẽ mortuõrum, quidam quidem irridébant, quidam verò dixerunt. Audiémus te de hoc íterum. Sic Paulus exiuit de médio eõrum. Quidam verò viri adhæréntes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagíta, & múlier nómine Dámáris, & alij cum eis.

*Ps. 113.* **Graduale.** **A**nima nostra sicut passer erepta est de laqueo venátium. **V.** Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.

*Ps. 67.* **A**lleluia, alleluia. **V.** Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei; & delectentur in lætitia, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Lucam.**

*Cap. 6.  
ni li. 10. p. 12.* **I**n illo tẽpore: Descéndens Iesus de monte, stetit in loco campéstri, & turba discipulõrum eius, & multitúdo copiõsa plebis ab omni Iudæa & Hierusalém: & Marítima & Tyri & Sidõnis, qui vénerant vt audirent eum, & sanaréntur à lãguõribus suis. Et qui vexabántur à spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba

querébat eum tãgere: quia virtus de illo exíbat, & sanábat omnes. Et ipse eleuátis óculis in discípulos suos, dicébat. Beáti páuperes: quóniam vestrum est regnum Dei. Beáti qui nunc esurítis: quóniam saturabímmini. Beáti qui nunc fletis: quia ridébitis. Beáti éritis cùm vos óderint homines, & cùm separauerint vos, & exprobrauerint, & eiécerint nomen vestrum tanquam malum, propter filium hominis. Gaudéte in illa die, & exultáte: ecce enim merces vestra multa est in cælo.

**Offertor.** **E**xultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum. *Ps. 149.*

**Secreta.**

**O**bláta tibi, Dómine, múnera pópuli tui, pro tuõrum honõre sanctõrum mártirum Dionysij, Rústici, & Eleuthérij, súscipe propítius, quæsumus: & eõrum nos intercessiõne sanctífica. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte.

**Communio.** **D**ico autem vobis *Luc. 12.* amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur.

**Postcommunio.**

**S**umptis, Dómine, sacraméntis, quæsumus: vt intercedéntibus beátis mártiribus tuis Dionysio, Rústico, & Eleuthério, ad redem-



redemptiōnis æternæ proficiamus augmentum. Per Dōminum nostrum Iesum Christum.

meū: oleo sancto meo unxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. ⁊. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei.

xiiij.  
Octobris.

## I N F E S T O

Sancti Calisti Papæ & martyris.

Introitus. 6.

Dan. 3.



Acerdotes Dei benedicite Dōminū: sancti & humiles corde laudate Deum.

Ibidem.

Psalm. Benedicite

omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

⁊. Gloria patri. Oratio.

**D**Eus, qui nos cōspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer per sanctōrum tuōrum exempla restaura. Per Dōminum.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos.

Cap. 5.

**F**Ratres: Omnis pōntifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deum: ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit ijs qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo; ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.

Psalm. 88.

Graduale. I nueni Dauid seruum.

Alleluia, alleluia. ⁊. Amavit eum Dominus, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum, alleluia.

Sequētia sancti euangēlij secundum Lucam.

**I**N illo tempore: Dixit Iesus tur-

Cap. 14.

bis. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autē & animam suam: non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me: nō potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificāre, non prius sedens cōputat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificāre, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellū aduersus alium regem, non sedens prius, cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin, adhuc illo longē agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renūciat

k s - omni-



omnibus quæ possidet: non potest meus esse discipulus.

*psal. 88.* **Offertorium.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

**Secreta.**

**M**ystica, nobis, Domine, pro sit oblatio: quæ nos & à reatibus nostris expediat, & perpétua saluatione confirmet. Per Dominum nostrum.

*Mat. 24.* **Communio.** Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem. amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus, omnipotēs Deus: vt reatum nostrum múnera sacra purificent: & rectè viuendi nobis operetur effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitâte.

*xviij.*  
*Octobris.*

**I N F E S T O**  
**Sancti Lucæ Euangelistæ.**

**Introitus. 2.**

*Ps. 138.*



Ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

*ibidem.*

**Psalm.** Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ✕. Gloria.

**Oratio.**

**I**nterueniat pro nobis, quæsumus, Domine, sanctus tuus Lucas euangelista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per Dominum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Corinthios.**

**F**ratres: Grátias ago Deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titi; quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum sollicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Non solum autem: sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hac gratiam, quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, & destinatam voluntatem nostram. Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis in Domini gloriam. Prouidemus enim bona: non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quæ probauimus in multis sæpe sollicitum esse: nunc autem multo sollicitiorem, confidentia multa in vos: siue pro Tito, qui est socius meus, & in vobis adiutor: siue fratres nostri, apóstoli ecclesiarum, gloria Christi. Ostensionem

ergo



ergo quæ est charitatis vestræ, & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie ecclesiârum.

*Psal. 18.* **Graduale.** In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. *Ps.* Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.

*Joan. 15.* **A**lleluia, alleluia. *Ps.* Ego vos elegi de mundo: vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, alleluia.

**Sequentia sancti euangélj  
secundum Lucam.**

*Cap. 10.* **I**n illo tempore: Designauit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciẽ suam, in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidem, multa: operarij autẽ, pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta: & neminem per viam salutaueritis. In quamcunq; domum intraueritis: primum dicite, Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete: edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercède sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcunq; ciuitatem.

intraueritis, & susceperint vos: manducate quæ apponuntur vobis: & curate infirmos, qui in illa sunt: & dicite illis. Appropinquauit in vos regnum Dei.

**Et dicitur Credo.**

**Offertor.** Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. *Ps. 138.*

**Secreta.**

**D**onis cælestibus da nobis, quæsumus, Domine, libera tibi mente seruire: vt mûnera, quæ defërimus, interueniente beato euangelista tuo Luca, & medelam nobis operentur, & gloriã. Per Dominum nostrum.

**Præfatio de Apostolis.**

**Communio.** Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. *Mat. 19.*

**Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt quod de sancto altari tuo accepimus, precibus beati euangelistæ tui Lucæ, sanctificet animas nostras: per quod tuti esse possimus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.

SANCTI HILARIONIS *xxvi. Octobris.*  
**Abbatis, Missa.** Os iusti meditabitur. de communi vnius Abbatis, pag. 31. Et pro commemor. sanctæ Ursulæ & sociarum.

Ora-



## Oratio.

**D**A nobis, quæsumus, Dómine, sanctárum vírginum & mártýrum tuárum Vrsulæ & sociárum eius, palmas incessábili deuotiõne venerári : vt quas digna mente non pòssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obsequiis. Per Dóminũ nostrum Iesum Christum filium tuum.

## Secreta.

**I**Ntende, quæsumus, Dómine, múnera altáribus tuis pro sanctárum mártýrum & virginum tuárum Vrsulæ & sociárum eius festiuitate propósita : vt, sicut per hæc beáta mystéria illis glóriam contulísti, ita nobis indulgéntiam largiáris. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

## Postcommunio.

**P**Ræsta nobis, quæsumus, Dómine, intercedéntibus sanctis martyribus & virgínibus tuis : vt quod ore contingimus, pura mēte capiámus. Per Dóminũ nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

<sup>xxvi.</sup>  
<sup>Octobris.</sup> S. ANCTORVM MARTYRV M  
**Chryfanti & Dariæ, Missa. I**ntret  
in conspectu tuo. *de communi plu-*  
*rimorum mart. 13. excepta Ora-*  
*tionem, quæ dicitur vt infra.*

## Oratio.

**B**Eatõrum mártýrum tuõrum, Dómine, Chryfanti & Dariæ, quæsumus, adsit nobis oratio : vt quos venerámur obsequio, eõrum piũ iúgiter experiámur auxiliũ. Per Dóminum. *Secreta.*

**P**Opuli tui, quæsumus, Dómine, tibi grata sit hóstia : quæ in natalitiis sanctõrum mártýrũ tuõrum Chryfanti & Dariæ sollémniter immolátur. Per Dóminum.

## Postcommunio.

**M**ysticis, Dómine, repléti sumus votis & gaudiis : presta, quæsumus : vt intercessiõibus sanctõrũ mártýrum tuõrũ Chryfanti & Dariæ, quæ temporáliter ágimus, spirituáliter cõsequámur. Per Dóminum.

SANCTI EVARISTI <sup>xxvi.</sup>  
<sup>Octobris.</sup>  
**Papæ & martyris, Missa. Statuit ei**  
Dominus. *de communi vnus mar-*  
*tyris pontificis, pag. 2.*

## IN VIGILIA

<sup>xxvi.</sup>  
<sup>Octobris.</sup>

## Apostolorum Simonis &amp; Iudæ.

## Introitus. 3.

**I**Ntret in cõspectu tuo, <sup>Psal. 78.</sup>  
Domine, gemit<sup>9</sup> com-  
peditorum : redde vi-  
cinis nostris septuplũ  
in sinu eorũ : vindica,  
Domine, sanguinem  
sanctorum tuorum, qui effusus est.

Psalm.





*ibidem.*

**Pſalm.** Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.

*v.* Gloria.

**Oratio.**

**C**oncède, quæsumus, omnipotens Deus: vt sicut apostolorum tuorum, Simónis, & Iudæ gloriôsa natalitia præuenimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam pro nobis ipsi præueniant. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.

**Secunda Oratio de S. Maria.** Concede, *tertia, Ecclesie. vel pro Papa.*

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.**

*1. cap. 4.*

**F**ratres: Spectaculum facti sumus mundo, & angelis & hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur: & benedicimus. Persecutionem patimur: & sustinemus. Blasphemamur: & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsēma usque adhuc. Non vt confundam vos, hæc scribo: sed vt filios

meos carissimos moneo. In Christo Iesu Domino nostro:

**Graduale.** *Vindica, Domine, sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. v.* Posuerunt mortalia seruarum tuorum escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

**Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: & pater meus agricola est. Omnem palmitem, in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arscet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis.

**Offertor.** Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis: exaltationes Dei in faucibus eorum.

*Secundum*



## Secreta.

**M**Vnéribus nostris, Dómine, sanctorum apostolorum tuorum Simónis & Iudæ festa præcedimus, te suppliciter deprecantes: vt quæ conscientia nostræ præpediuntur obstaculis, illorum meritis grata reddantur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculorum.

Secunda Secreta. **T**ua Domine. **P**rotege. **vel O** blatis.

*Psal. 78* **C**ommunio. **P**osuerunt mortalia feruorum tuorum, Domine, escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum.

## Postcommunio.

**S**umpto, Dómine, sacramento, suppliciter deprecamur: vt intercedentibus beatis apostolis tuis Simóne & Iuda, quod temporaliter gerimus, ad vitam capiámus æternam. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculorum.

**R.** Amen.

Secunda Postcommunio. **S**umptis Domine. **tertia, Q**uæsumus, **vel H**æc nos.

## IN F E S T O

Apostolorum Simonis & Iudæ.

Introitus. 2.



Ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. *Ps. 138.*

**P**salmus. Domine *ibidem.*

probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. **ψ.** Gloria patri.

## Oratio.

**D**eus, qui nos per beatos apostolos tuos Simónem & Iudam, ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam, & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per Dóminum.

**L**ectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephésios.

**F**Ratres: Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit: quid est, nisi quia & descendit: primum in inferiores partes terræ? Qui descendit: ipse est & qui ascendit super omnes cælos, vt impleret ómnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos: quosdam autem prophetas: alios verò euangelistas: alios autem pastores

& do-



& doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in aedificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi.

*Psal. 44.* **Graduale.** Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine. *v.* Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi.

*Psal. 138.* **A**lleluia, alleluia. *v.* Nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum, alleluia.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.*

*69. 15.* **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Haec mando vobis: ut diligatis inuicem. Si mundus vos odit: scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus, quod suum erat, diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegeri vos de mundo: propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: & vos persecuentur. Si sermonem meum seruauerunt: & vestrum seruabunt. Sed haec omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum, qui misit me. Si non venissem, & locutus eis fuissem: peccatum non haberet. Nunc au-

tem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit & patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & patrem meum. Sed ut impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis.

*Et dicitur Credo.*

**Offertorium.** In omnem terram *Psal. 18* exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum.

*Secreta.*

**G**loriam, Domine, sanctorum apostolorum tuorum perpetuam venerantes, quaesumus: ut eam sacris mysteriis expiati, dignius celebremus. Per Dominum.

*Praefatio de Apostolis.*

**Communio.** Vos qui secuti estis *Mat. 19* me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel.

*Postcommunio.*

**P**erceptis, Domine, sacramentis, suppliciter exoramus: ut intercedentibus beatis apostolis tuis Simone & Iuda, quae pro illorum veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus.



xxxii.  
Octobris.

## I N V I G I L I A

omnium Sanctorum.

## Introitus.



Sap. 3.

Psal. 32.

Vdicant sancti gentes, & dominantur populis: & regnabit Dominus Deus illorum in perpetuum.

Psalm. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio.

✠ Gloria patri. Non dicitur Gloria in excelsis.

## Oratio.

**D**omine Deus noster, multiplica super nos gratiam tuam: & quorum praeuenimus gloriosa sollemnia, tribue subsequi in sancta promissione laetitiam. Per Dominum nostrum.

Secunda Oratio de Spiritu sancto, Deus qui corda fidelium. tertia, Ecclesiae. vel pro Papa, Deus omnium fidelium.

## Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis apostoli.

Cap. 5.

**I**N diebus illis: Ecce ego Ioannes vidi in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Et venit, & accipit librum de dextera sedentis in throno. Et cum aperuisset librum: quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram

agno: habentes singuli citharas & phialas aureas, plenas odoramentorum: quae sunt orationes sanctorum. Et cantabant canticum novum, dicentes. Dignus es, Domine, accipere librum, & soluere signacula eius: quoniam occisus es: & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes: & regnabimus super terram. Et vidi, & audivi vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium voce magna dicentium. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, in saecula saeculorum, Amen.

Graduale. Exultabunt sancti in gloria: laetabuntur in cubilibus suis.

✠ Cantate Domino canticum novum: laus eius in ecclesia sanctorum.

## Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

**I**N illo tempore: Descendens Iesus de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudaea & Hierusalém: & Maritima & Tyri & Sidonis, qui venerant ut audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui



vexabántur à spírítibus immún-  
dis, curabántur. Et omnis turba  
querêbat eum tângere: quia virtus  
de illo exíbat, & sanâbat omnes.  
Et ipse eleuátiſ oculis in discípulos  
suos, dicêbat. Beáti páuperes: quón-  
iam veſtrú est regnum Dei. Beáti  
qui nunc esurítis: quóniam satura-  
bímini: Beáti qui nunc fletis: quia  
ridébitis. Beáti éritis cùm vos óde-  
rint hómines, & cùm separauerint  
vos, & exprobráuerint, & eiéce-  
rint nomē veſtrum tanquam ma-  
lum, propter filium hóminis. Gau-  
dête in illa die, & exultáte: ecce  
enim merces veſtra multa est in  
cælo.

*Ps. 149.* **Offertorium.** Exultabunt sancti  
in gloria: lætabútur in cubilibus suis:  
exultationes Dei in faucibus eorum.

**Secreta.**

**A**ltáre tuum, Dómine Deus,  
munéribus cumulámus ob-

látis: da, quæſumus: vt ad ſalútem  
noſtram, ómnium ſanctórum tuó-  
rum precatiōne proficiant, quo-  
rum ſollémnia ventúra præcúrri-  
mus. Per Dóminum noſtrum Ie-  
ſum Chriſtum filium tuum, Qui  
tecum viuít, & regnat in vnitáte  
ſpírítus ſancti Deus: per ómnia ſæ-  
cula ſæculórum. *R.* Amen.

**Communio.** Iuſtorum animæ in *Sap. 3.*  
manu Dei ſunt, & non tãget illos tor-  
mentum mortis: viſi ſunt oculis infi-  
piétium mori: illi autem ſunt in pace.

**Postcommunio.**

**S**acraméntis, Dómine, & gáu-  
diis optáta celebritáte explétis,  
quæſumus: vt eórum précibus ad-  
iuuémur, quorum recordatiōni-  
bus exhibéntur. Per Dóminum  
noſtrum Ieſum Chriſtum filium  
tuú, Qui tecum & viuít regnat in  
vnitáte ſpírítus ſancti Deus: per óm-  
nia ſæcula ſæculórum. *R.* Amen.







FESTA NOVEMBRIS.  
IN FESTO OMNIUM  
SANCTORVM.

Introitus. I.



Audeamus omnes in Dño, diem festum celebrantes, sub honore

Sanctorum omnium: de quorum sollemnitate gaudent angeli, & collaudant filium Dei. *Psalm.* Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio.

ŷ. Gloria patri & filio.

Oratio.

**O**Mnipotens sempiternè Deus, qui nos omnium Sanctòrũ tuòrum mèrita sub vna tribuisti celebratè venerari: quæsumus: vt desideratam nobis tuæ propitiatiõnis abũdantiã, multiplicatis intercessõribus largiãris. Per Dõminum nostrum.

Lectio libri Apocalypsis  
B. Ioãnnis apóstoli.

**I**N dièbus illis: Ecce, lego Ioãnes vidi àlterũ angeliũ ascèdentiẽ ab ortu solis: habentiẽ signum Dei viui. Et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens. Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus: quoadũsque signemus seruos Dei nostri in frõntibus eòrum. Et audiui nũmerum signatorũ, centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorũ Israèl. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia





signati. Ex tribu Nephtholim, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Benjamin, duodecim millia signati. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum: & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum: & clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro, in sæcula sæculorum, Amen.

*Ps. 32.* **Graduale.** **T**imete Dominum omnes sancti eius: quoniam nihil deest timentibus eum. **V.** Inquirentes autem Dominum, non deficient omni bono.

*Mat. 23.* **A**lleluia, alleluia. **V.** Venite ad me

omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.**

**I**n illo tempore: Vidēs Iesus turbas, ascendit in montem. Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: & aperiens os suum, docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur: Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me. Gaudete, & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cælis.

**Et dicitur C** redo.

**Offertorium.** **I**ustorum animæ sap. 1. in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.

**Secreta.**



## Secreta.

**M**Vnera tibi, Dómine, nostræ deuotiõnis offerimus: quæ & pro cunctõrum tibi grata sint honõre iustõrum, & nobis salutária te miserante reddátur. Per Dóminum nostrum.

Mat. 5.

**Communio.** Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur: beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

## Postcommunio.

**D**A, quæsumus, Dómine, fídelibus pópulis, ómnium sanctorum tuõrum semper veneratiõne lætári: & eõrum perpétua supplicatiõne muníri. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum.

**I**N FRA OCTAVAM OMNIUM SANCTORUM, & in die octaua, Missa dicitur sicut in die. Sed infra Octauam dicitur secūda Oratio de sancto Spiritu, Deus, qui corda fidelium. tertia, Ecclesiæ tuæ. vel pro Papa.

¶ Defestis duplicibus & semiduplicibus infra eam occurrentibus, fit cum commemoratione Octauæ. De simplicibus autem fit tantum commemoratio.

SECUNDA DIE FIT COM-<sup>9.</sup> Nouemb.

memoratio omnium fidelium defunctorum: & dicitur Missa, Requiem æternam dona. quæ loco suo circa finem Missalis habetur, pagina 87.

¶ Si autem secunda dies fuerit Dominica, dicta commemoratio Defunctorum fit Feria secunda.

**PRO COMMEMORATIONE** <sup>iii.</sup> Nouemb.  
sanctorum martyrum Vitalis & Agricolæ.

## Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt qui sanctorum mártirum tuõrum Vitális & Agricolæ sollémnia cólimus, eõrum apud te intercessiõnibus adiuuémur.

Tertia Oratio de Spiritu sancto, nisi venerit in Dominica, quia tunc tertia erit de Sanctis.

## Secreta.

**O**Blátis, quæsumus, Dómine, placâre munéribus: & intercedéntibus sanctis martyribus tuis Vitále & Agrícola, à cunctis nos defénde periculis.

## Postcommunio.

**H**Æc nos commúnio, Dómine, purget à crimine: & intercedéntibus sanctis martyribus tuis Vitále & Agrícola, cælestis remédij faciat esse cósortes.



vii.  
Nouemb.

IN DIE OCTAVA OM-  
nium Sanctorum dicitur Missa, vt  
in die, cum commemoratione san-  
ctorum martyrum Quatuor Co-  
ronatorum.

Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, omni-  
pens Deus: vt qui gloriosos  
martyres fortes in sua confessiõne  
cognouimus, pios apud te in no-  
stra intercessiõne sentiãmus. Per  
Dõminum nostrum.

Secreta.

**B**enedictio tua, Dõmine, larga  
descendat: quæ & mûnera  
nostra, deprecãntibus sanctis mar-  
tyribus tuis, tibi reddat accẽpta, &  
nobis sacramentum redemptiõnis  
efficiat. Per Dõminum.

Postcommunio.

**C**æléstibus refecti sacramen-  
tis & gaudiis, supplices te,  
Dõmine, deprecãmur: vt, quorum  
gloriãmur triúmphis, protegãmur  
auxiliis. Per Dõminum.

ix.  
Nouemb.

IN DEDICATIONE BASI-  
licæ Saluatoris dicitur Missa, Ter-  
ribilis. de communi Dedicationis  
Ecclesiæ, pagina 41. Et dicitur  
Credo.

Et pro comm. S. Theodori mart.

Oratio.

**D**eus, qui nos beati Theodõ-  
ri martyris tui confessiõne  
gloriõsa circúndas, & prótegis:

præsta nobis, ex eius imitatiõne  
proficere, & oratiõne fulciri. Per  
Dõminum nostrum.

Secreta.

**S**Vscipe, Dõmine, fidélium pre-  
ces cum oblatiõibus hostiã-  
rum: & intercedente beato Theo-  
dõro martyre tuo, per hæc piæ de-  
uotiónis officia, ad cæléstem gló-  
riam transcãmus. Per Dõminum.

Postcommunio.

**P**Ræsta nobis, quæsumus, Dõ-  
mine, intercedete beato Theo-  
dõro martyre tuo: vt quod ore cõ-  
tingimus, pura mente capiãmus.  
Per Dõminum.

SANCTORVM MART.  
Tryphonis, Respicij, & Nymphę.

x.  
Nouemb.

Introitus. 2.



Lamauerunt iusti, & Psal. 33.  
Dominus exaudiuit  
eos: & ex omnibus tri-  
bulationibus eorum  
liberauit eos.

Psal. Benedicam ibidem.

Dõminum in omni tempore: semper  
laus eius in ore meo. V. Gloria.

Oratio.

**F**Ac nos, quæsumus, Dõmine,  
sanctõrum martyrum tuõ-  
rum Tryphõnis, Respicij, & Nym-  
phæ, semper festa sectãri: quorum  
suffragiis protectiõnis tuæ dona  
sentiãmus. Per Dõminũ nostrum:  
Iesum Christum.

Epist.



**Epist.** Non sunt condignæ. de communi plurimorum mart. pag. 18.

**Psal. 78.** **Graduale.** Vindica Domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. **V.** Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

**Ps. 115.** **Alleluia, alleluia.** **V.** Pretiosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius, alleluia.

**Euangel.** Attendite à fermento Phariseorum. de eodem communi, pag. 21.

**Psal. 131.** **Offert.** Letamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

### Secreta.

**M**vnera tibi, Dómine, nostræ deuotiõnis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum: & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dóminum nostrum.

**Psal. 112.** **Communio.** Quicumque fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit Dominus.

### Postcommunio.

**P**ræsta nobis, quæsumus, Dómine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Tryphone, Respicio, & Nympha: vt quod ore contingimus, pura mente capiâmus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum.

## I N F E S T O

**S. Martini episcopi & confessoris.**

### Introitus. I.



Tatuit ei Dominus **Ecl. 45.** testamētum pacis: & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum.

**Psalm.** Memento, **Ps. 131.**

Domine, Dauid: & omnis mansuetudinis eius. **V.** Gloria.

### Oratio.

**D**eus, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concède propitius: vt intercessiõne beati Martini confessoris tui atque pontificis, contra omnia aduersa muniâmur. Per Dóminum nostrum.

**Pro commemoratione sancti Menæ mart.**

### Oratio.

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt, qui beati Menæ martyris tui natalitia colimus, intercessiõne eius in tui nominis amore roborêmur. Per Dóminum.

### Lectio libri Sapiëntiæ.

**E**cce sacerdos magnus, qui in **Ecl. 40** diëbus suis placuit Deo, & inuentus est iustus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui cõseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illũ Dóminus crescere in plebem suam. Benedictiõnem omnium gentiũ dedit illi, &



testamentum suum confirmauit in benedictionibus suis, conseruauit illi misericordiam suam: & inuenit gratiam coram oculis Domini. Magnificauit eum in conspectu regum: & dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi testamentum sempiternum, & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odorem suauitatis.

*Ecdl. 45.* **Graduale.** Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. *v.* Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.

**A**lleluia, alleluia. *v.* Beatus vir sanctus Martinus, urbis Turonis Episcopus, requieuit: quem susceperunt angeli, atque archangeli, throni, dominationes, & virtutes, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.**

*Cap. 12.* **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit: etiam corpus tuum tenebrum erit. Vide ergo ne lumē quod

in te est, tenebræ sint. Si ergo totum corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum: & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

**Offertorium.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Psal. 88.*

**Secreta.**

**D**A, misericors Deus: ut hæc nos salutaris oblatio, & à propriis reatibus indefinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**Pro commemoratione sancti Menæ mart.**

**Secreta.**

**M**uneribus nostris, quæsumus, Domine, precibusque susceptis: & cælestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi. Per Dominum.

**Communio.** Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. *Mat. 24.*

**Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus Domine: Deus noster: ut quorum festiuitate votiuæ sunt sacramenta, eorum nobis salutaria intercessionē reddantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filiū tuum, Qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus.

**Pro.**



Pro commemoratione sancti Menæ, mart. Postcommunio.

**D**A, quæsumus, Dómine Deus noster: vt, sicut tuórum commemoratióne sanctórum, temporaligratulámur officio: ita perpetuo lætémur aspéctu. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus fácti Deus, Per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

IN FESTO S. MARTINI

*xv.*  
*Novemb.* Papæ & martyris, Missa. Sacerdotes Dei. de communi vnus mart. pont. pag. 3.

SANCTI GREGORII

*xv.*  
*Novemb.* Thaumaturgi Episc. & confessor.

Introitus. r.



**S**Tatuit ei Dominus testamentum pacis: & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum.

*Ps. 131.* **P**salm. Memento, Domine, Dauid, & omnis mansuetudinis eius. *ψ.* Gloria patri.

Oratio.

**D**A, quæsumus, omnipotens Deus: vt beáti Gregórij confessoris tui atque pontificis veneranda sollémnitas, & deuotióne nobis áugeat, & salútē. Per Dñm.

Lectio libri Sapiéntiæ.

**E**Cce sacerdos magnus, qui in *Eccl. 44.* dièbus suis placuit Deo, & inuentus est iustus: & in tēpore iracúndiæ factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruâret legem excelsi. Ideo iuriurádo fecit illum Dñs créscere in plebem suam. Benedictiônem ómnium géntium dedit illi, & testaméntum suum confirmâuit super caput eius. Cognôuit eum in benedictiônibus suis, conseruâuit illi misericórdiam suam: & inuenit grátiam coram óculis Dómini. Magnificâuit eum in conspéctu regum: & dedit illi corónam glóriæ. Státuit illi testaméntum sempiternũ, & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificâuit illum in glória. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nómine ipsius: & offerre illi incénsfum dignum: in odorem suauitátis.

**Graduale.** Ecce sacerdos magnus, *ibidem.* qui in diebus suis placuit Deo. *ψ.* Nō est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.

**Alleluia, alleluia.** *ψ.* Tu es sacerdos *Ps. 109.* in æternum secundum ordinem Melchisedech, alleluia.

Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Marcum.

**I**N illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Habête fidem Dei. *Cap. 11.*



Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti, tollere, & mittere in mare: & non hæsitauerit in corde suo: sed crediderit, quia, quodcumque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quaecumque orantes petitis, credite quia, accipiētis; & euenient vobis.

*Psal. 88.* **Offert.** Inueni David seruū meum: oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

**Secreta.**

**S**ancti tui, quæsumus, Dōmine, nos ubique lætificent: vt dum eōrum mērita recōlimus, patrocīnia sentiāmus. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitāte Spīritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculōrum. *Rz.*  
Amen.

*Mat. 24.* **Communio.** Fidelis seruus & prudens: quem constituit dominus super familiam suā: vt det illis in tempore tritici mensuram.

**Postcommunio.**

**P**resta, quæsumus, omnīpotens Deus: vt de percēptis muneribus grātias exhibētes, intercedēte beāto Gregōrio confessōre tuo atque pontifice, beneficia potiōra sumāmus. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum.

**IN DEDICATIONE BASILICÆ SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI & PAULI, MISSA.** *xvii. Nouemb.* Terribilis est. de communi Dedicationis Ecclesiæ, pag. 41. Et dicitur Credo.

**SANCTI PONTIANI PAPAE & MARTYRIS, MISSA.** *xix. Nouemb.* Statuit ei Dominus. de communi vnus martyris pontificis, pag. 2.

**IN FESTO S. CÆCILIAE VIRGINIS & MARTYRIS.** *xxv. Nouemb.*

**Introitus. 5.**



**L**oquebar de testimoniis tuis in cōspectu regum, & non confundebam: & meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. *Psal. 118.* Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. *Ps. 118.* Gloria patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui nos annua beātæ Cæciliæ virginis & mārtyris tuæ sollempnitāte lætificas: da, vt quam venerāmur officio, etiāmpia conuersatiōnis sequāmur exēplo. Per Dōminum.

**Epistola.** Domine Deus meus. de communi virginis & martyris, pagina 34.

**Graduale.** Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. *Psal. 44.* Specie tua &

pul-



pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna.

*Mat. 25.* **A**lleluia, alleluia. *v.* Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiam Christo Domino, alleluia.

**E**uangelium. Simile est regnum caelorum decem virginibus. *de eodem communi, pag. 33.*

*Psal. 44.* **O**ffertor. Adducentur regi virgines post eam: proximae eius afferentur tibi.

*Secreta.*

**H**aec hostia, Domine, placationis, & laudis, quaesumus: ut, intercedente beata Caecilia martyre tua, nos propitiatione tua dignos semper efficiat. Per Dominum nostrum.

*Pf. 118.* **C**ommunio. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor: & meditabor in tuis iustificationibus, ut non confundar.

*Postcommunio.*

**S**atiasti, Domine, familiam tuam munere sacris: eius, quaesumus, semper interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.

# IN F E S T O

sancti Clementis Papae & martyris.

*xxij. Nouemb.*

*Introitus. I.*



**I**cit Dominus: Sermones mei, quos dedi in os meum, non deficient de ore tuo: & munera tua accepta erunt super alta-

re meum. *Psal.* Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius uolet nimis. *v.* Gloria Patri.

*Oratio.*

**D**eus, qui nos annua beati Clementis martyris tui atque pontificis sollemnitate laetificas: concede propitius: ut cuius natalitia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per Dominum.

*Pro commemoratione sanctae Felicitatis martyris.*

*Oratio.*

**P**raesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, beatae Felicitatis martyris tuae sollemnia recensentes, meritis ipsius protegamur, & precibus.

*Tertia Oratio. A cunctis.*

*Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Philippenses.*

**F**ratres: Imitatores mei estote: *Cap. 3.* & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos saepe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi:

quo-



quorum finis interitus: quorum Deus, venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terræna sapiunt. Nostra autem conuersatio in cælis est: vnde etiam salutorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, secundum operationem virtutis suæ, qua possit etiam subiicere sibi omnia. Itaque fratres mei carissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea: sic stete in Domino carissimi. Eundem rogo, & Syntyche deprecor, id ipsum sapere in Domino. Etiam rogo & te germane compar, adiua illas, quæ mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.

*Ps. 109.* **Graduale.** Iurauit Dominus, & non penitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. *v.* Dixit Dñs Domino meo: sede à dextris meis.

**A**lleluia, alleluia. *v.* Hic est sacerdos, quem coronauit Dominus, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.**

*cap. 24.* **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Vigilâte, quia nescitis qua hora Dominus uenturus sit. Illud autem scitote, quonia si sciret paterfamilias qua

hora fur ueniret: uigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis uenturus sit. Quis, putas, est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cum uenerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico uobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.

**Offertorium.** Veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Ps. 118.*

**Secreta.**

**M**uera tibi, Domine, oblata sanctifica, & intercedente beato Clemente martyre tuo atque pontifice, per hæc nos à peccatorum nostrorum maculis emundanda. Per Dominum nostrum.

**Pro commem. sanctæ Felicitatis.**

**Secreta.**

**V**ota populi tui, Domine, propitiatus intende: & cuius nos tribuis sollempnia celebrare, fac gaudere suffragiis.

**Communio.** Beatus seruus, quem cum uenerit dominus, inuenerit uigilantem: amen dico uobis: super omnia bona sua constituet eum. *Mat. 24*

**Postcommunio.**

**C**orporis sacri, & pretiosi sanguinis replenti libamine, quæsumus, Domine Deus noster: ut, quod



quod pia deuotiōne gērimus, intercedēte beāto Clemēte mārtyre tuo atque pontífice, certa redemptiōne capiāmus. Per Dōminum nostrum.

**Pro commemoratione sanctæ Felicitatis. Postcommunio.**

**S**upplices te rogāmus omnipotens Deus: vt intercedētibus sanctis tuis, & tua in nobis dona multiplicēs, & tēpora nostra dispōnas.

xxiiij. Nouemb. **SANCTI CHRYSOGONI MARTYR. Missa.** In virtute tua Dñe. de communi vnus martyris, pag. 5. præter Orationem, quæ dicitur vt infra.

**Oratio.**

**A**dēsto, Dōmine, supplicatiōnibus nostris: vt, qui ex iniquitāte nostra reos nos esse cognōscimus, beāti Chryfōgoni mārtyris tui intercessiōne liberēmur. Per Dōminum nostrum.

**Secreta.**

**O**blātis, quæsumus, Dōmine, placāre munēribus: & intercedēte beāto Chryfōgono mārtyre tuo, à cunctis nos defende periculis. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitātē Spīritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculōrum. **R.**

Amen.

**Postcommunio.**

**T**Vi, Dōmine, perceptiōne sacramēti & à nostris inuadēmur occūltis, & ab hōstium liberēmur insidiis. Per Dōminum nostrū Iesum Christū filiū tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitātē spīritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculōrum. **R.** Amen.

**I N F E S T O**  
**S. Catharinæ virginis & martyris.**

xxv. Nouemb.

**Introitus. 5.**



**T**O quebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & nō confundebar: & meditabar in mādatis tuis, quæ dilexi nimis. **Psalm.** Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege Domini. **V.** Gloria patri.

**Oratio.**

**D**Eus, qui dedisti legē Mōysi in summitātē montis Sīnai: & in eōdem loco per sanctos angelos tuos corpus beātæ Catharinæ virginis & mārtyris tuæ mirabiliter collocāsti: præsta, quæsumus: vt eius mēritis & intercessiōne, ad montem, qui Christus est, peruenīre valeāmus. Per eūdem Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitātē spīritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculōrum. **R.** Amen.

**Lectio.**



## Lectio libri Sapientiae.

Ecl. 1.

**C**onfitêbor tibi, Dómine rex, & collaudâbo te Deum saluatôrem meum. Confitêbor nómini tuo : quóniam adiûtor & protêctor factus es mihi: & liberâsti corpus meum à perditîone, à láqueo linguæ iníquæ, & à lábiis operántium mendácium : & in cōspêctu astántium factus es mihi adiûtor. Et liberâsti me secúndum multitudinem misericórdiæ nóminis tui à rugiéntibus præparátis ad escam : de mânibus quærétium ánimam meam, & de portis tribulatiônum, quæ circundedérunt me. A pressúra flammæ, quæ circúndedit me: & in médio ignis non sum æstuâta. De altitúdine ventris ínferi, & à lingua coinquináta, & à verbo mendáci, à rege iníquo, & à lingua iniústa. Laudábit vsque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniam éruis sustinéntes te, & libéras eos de mânibus géntium, Dómine Deus noster.

Psal. 44.

**Graduale.** Dilexisti iustitiam: & odisti iniquitatem. *v.* Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ.

Ibidem.

**Alleluia, alleluia.** *v.* Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitiâ, alleluia.

**Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Matthæum.**

Cap. 25.

**I**n illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc.

Símile est regnum cēlōrum decem virgínibus: quæ accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbuiam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erát fatuæ, & quinque prudéntes. Sed quinque fatuæ, accéptis lápadibus, non sumpserunt óleum secum. Prudéntes verò accepérunt óleum in vasis suis cum lámpadibus. Moram autem faciēte sponso, dormitauerunt omnes, & dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exíte óbuiam ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, & ornauerunt lámpades suas. Fatuæ autem sapiéntibus dixerunt. Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ extingúuntur. Respóderunt prudéntes, dicéntes. Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite pótius ad vendéntes, & émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: & quæ parátæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est iánua. Nouíssimè verò véniunt & reliquæ vírgines, dicéntes. Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, ait. Amen dico vobis, nescio vos. Vigiláte itaque, quia nescitis diem, neque horam.

**Offertor.** Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferétur tibi.

**Secreta.**

**S**uscipe, Dómine, múnera, quæ Sin beátæ Catharínæ vírginis & mártý-



martyris tuæ sollempnitâte deféri-  
mus : cuius nos confidimus pa-  
trocínio liberári. Per Dóminum  
nostrum Iesum Christum filium  
tuum, qui tecum viuit & regnat  
in vnitâte Spíritus sancti Deus.

Ps. 118.

**Communio.** Confundantur su-  
perbi, quia iniustè iniquitatem fece-  
runt in me : ego autem in mandatis  
tuis exercebor, in tuis iustificationi-  
bus, vt non confundar.

**Postcommunio.**

**A** vxiliéntur nobis, Dómine,  
sumpta mystéria, & interce-

dente beáta Catharina vírgine &  
martyre tua, sempiterna fáciant  
protectiône gaudére. Per Dómi-  
num nostrum Iesum Christum fi-  
lium tuum, qui tecum viuit &  
regnat in vnitâte Spíritus sancti  
Deus. Per ómnia sæcula sæculó-  
rum. **Rz.** Amen.

---


SANCTI PETRI ALEXAN-  
drini Episcopi & martyris, Missa.  
Statuit ei Dominus. de communi  
vnius martyris pontificis, pag. 2.

---

xxvi.  
Nonemb.

F I N I S.







1

# COMMUNE SANCTORVM.

## IN VIGILIA

vnius Apostoli.

Introitus.

*Psal. 51.*



Go autem sicut oliua fructificaui in domo Domini: speraui in misericordia Dei mei, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum.

*Ibidem.*

**Psal.** Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? **Gloria.**

Oratio.

**D**A, quæsumus, omnipotens Deus, vt beati **N.** apostoli tui, quam præuenimus, veneranda sollempnitas: & deuotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum nostrum Iesum.

Lectio libri Sapientia.

*Ecl. 44. & 45.*

**B**enedictio Domini super caput iusti. Ideo dedit illi Dominus hæreditatem, & diuisit ei partem in tribubus duodecim: & inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorum: & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum: & ostendit illi gloriam suam. In fide

& lenitate ipsius sanctum fecit illum: & elegit eum ex omni carne. Et dedit illi coram præcepta: & legem vitæ & disciplina: & excelsum fecit illum. Statuit illi testamentum æternum: & circumcinxit eum zona iustitiæ: & induit eum Dominus coram gloriæ.

**Graduale.** Iustus vt palma floret, sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. **Ps.** Ad annunciandum manere misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. *Psal. 91.*

Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Hoc est præceptum meum: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet: vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audivi à patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester

AA ma-



máneat: vt quodcúnque petierítis patrem in nómine meo, det vobis.

*Psal. 8.*

**Offert.** Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum, Dñe. **Secreta.**

**A** Postólica reueréntiæ culmen offerimus tibi sacris mysteriis inbuendum: præsta quæsumus Dómine: vt beati apóstoli tui **N** suffrágiis, cuius natalitia præuenimus, hæc plebs tua semper & sua vota deprómat, & desiderata percípiat. Per Dóminum.

*Psal. 20.*

**Communio.** Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã, & magnũ decorem inpones super eum, Dñe.

**Postcommunio.**

**S**ancti apóstoli tui **N.** quæsumus, Dómine, supplicatióne placátus: & véniam nobis tríbue, & remédia sempitérna concède. Per Dóminum nostrum.

IN NATALITIIS APOSTOLORUM & Euangelistarum, omnia vt suis locis in Proprio Sanctorum.

IN COMMUNI vnus Martyris Pontificis.

**Introitus. I.**

*Ecl. 45.*



**S**tatu it ei Dominus testamentum pacis, & principẽ fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum.

*Ps. 131.*

**Psal.** Memento Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius. **V.**

Gloria patri.

**Oratio.**

**I**nfirmítatem nostram respice **O**mnipotés Deus: & quia pondus própriæ actiõnis grauiat, beati **N** mártiris tui, atque pontificis, intercésio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

**Lectio epístolę B. Iacobi apóstoli.**

**C**aríssimi: Beátus vir, qui suffert tentatióne: quóniam cum probátus fuerit, accipiet coronam vitæ: quã repromísit Deus diligentibus se. Nemo cum tentatur, dicat, quóniam à Deo tentatur. Deus enim intētator malórum est: ipse autem néminem tentat. Vnúsquisq; verò tentatur, à concupiscéntia sua abstractus, & illectus. Deinde concupiscéntia cum concéperit, parit peccátum: peccátum, verò cum consummátum fuerit, génerat mortẽ. Nolíte itaque errare fratres mei dilectíssimi. Omne datum óptimum, & omne donum perfectum desúrsum est, descéndens à patre lúminum: apud quem non est transmutatió, nec vicissitudinis obumbratió. Voluntáriè enim genuit nos verbo veritátis: vt simus inítium áliquod creaturæ eius.

*Cap. 1.*

*Psal. 88.*

**Graduale.** Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachiũ meũ cõfortabit eum. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis

tatis



*Ps. 109.* tatis non nocebit ei. **A**lleluia, allel. *Ps.*  
Tu es Sacerdos in æteruum, secundū  
ordinem Melchisedec, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

*Ps. 120.* **D**esiderium animæ eius tribuisti ei:  
& voluntate labiorum eius non frau-  
dasti eum. *Ps.* Quoniam præuenisti  
eum in benedictionibus dulcedinis.  
*Ps.* Posuisti in capite eius coronam de  
lapide pretioso.

**Sequentia sancti euangélj  
secundum Lucam.**

*Cap. 14.* **I**n illo tempore: Dixit Iesus tur-  
bis. Si quis venit ad me, & non  
odit patrem suum & matrem, &  
uxorem & filios, & fratres & forô-  
res, adhuc autem & animã suam:  
non potest meus esse discipulus.  
Et qui non baiulat crucem suam,  
& venit post me: non potest meus  
*ee* discipulus. Quis enim ex vobis vo-  
lens turrim ædificãre, non prius  
sedens cõputat sumptus qui ne-  
cessarij sunt, si hæbeat ad perficiẽ-  
dum: ne postquam posuerit fun-  
damentum, & non potuerit perfic-  
cere, omnes qui vident, incipiunt  
illũdere ei, dicentes: quia hic ho-  
mo cœpit ædificãre, & non põtuit  
consummãre? Aut quis rex itũrus  
committere bellũ aduersus alium  
regem, non sedens prius, cõgitat, si  
possit cum decem millibus occurrere  
ei, qui cum viginti millibus  
venit ad se? Aliõquin, adhuc illo  
longè agente, legatiõnem mittẽs,

rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo  
omnis ex vobis qui non renũciat  
õmnibus quæ possidet: non potest  
meus esse discipulus.

**Offertor.** **V**eritas mea, & miseri-  
cordia mea cum ipso: & in nomine  
meo exaltabitur cornu eius.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Dõmine, beãti  
**N.** mårtyris tui atq; pontifi-  
cis dicãtas mēritis, benignus assũ-  
me: & ad perpétuum nobis tribue  
prouenire subsidium. Per Dñm.

**Communio.** **S**emel iuravi in san-  
cto meo, semen eius in æternum ma-  
nebit: & sedes eius sicut sol in con-  
spectu meo, & sicut luna perfecta in  
æternum: & testis in cælo fidelis.

**Postcommunio.**

**R**efecti participatiõne mune-  
ris sacri, quæsumus, Dõmine  
Deus noster: vt beãti **N.** mårtyris  
tui atque pontificis, cuius exequi-  
mur cultum, sentiãmus effectum.  
Per Dõminum.

**D E E O D E M**

**Communi alia Missa.**

**Introitus. 6.**



**S**acerdotes Dei bene-  
dicite Dominũ: san-  
cti & humiles corde  
laudate Deum.

**Psal.** Benedicite om-  
nia opera Domini Dño: laudate &  
superexaltate eũ in sæcula. *Ibidem.* *Ps.* Gloria.



## Oratio.

**D**Eus, qui nos beati **N** mártýris tui atq; pontíficis, ánnua sollemnitate lætificas, cõcède propítius: vt cuius natalítia cólimus, de eiúsdé étiam protectiõne gaudeámus. Per Dóminum.

Lectio epístolæ beati Pauli apostoli ad Corínthios.

2. Ca. 1.

**F**Ratres: Benedíctus Deus & pater Dñi nostri Iesu Christi: pater misericordiárum, & Deus totíus consolatiõnis: qui consolá- tur nos in omni tribulatiõne nostra: vt possimus & ipsi consolári eos, qui in omni pressúra sunt, per exhortatiõnem, qua exhortámur & ipsi à Deo. Quõniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulámur, pro vestra exhortatiõne & salúte: siue consolámur, pro vestra cõsolatiõne: siue exhortámur pro vestra exhortatiõne, & salúte: quæ operátur tolerántiã earúndé passiónú, quas & nos pátimur: vt spes nostra firma sit pro vobis, sciétes quõniam sicut socij passiónum estis, sic éritis & consolatiõnis. In Christo Iesu Dómino nostro.

Psal. 8.

**G**loria & honore coronasti eum. **ŷ.** Et constituisti eú super opera manuum tuarú, Dñe. **A**lleluia, alleluia. **ŷ.** Hic est Sacerdos, quem coronauit Dominus, alleluia.

Ecclesia  
laus.

## Post Septuagesimam, Tractus.

**B**eatus vir, qui timet Dominum: in <sup>Ps. 111.</sup> mandatis eius cupit nimis. **ŷ.** Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. **ŷ.** Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Matthæum.

**I**n illo témpore: Dixit Iesus discipulis suis. Si quis vult veníre post me, abneget semetípsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim volúerit ánimam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit ánimam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest hómini, si vniuersum mundum lucrétur, ánimæ verò suæ detriméntum patiatur? Aut quam dabit homo commutatiõnẽ pro ánima sua? Fílius enim hóminis ventúrus est in glória patris sui cum ángelis suis: & tunc reddet vnicúique secúndum <sup>Cap. 16.</sup> ópera sua.

**Offertor.** Inueni Dauid seruum <sup>Psal. 88.</sup> meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

## Secreta.

**M**vnera tibi, Dómine, dicata sanctífica: & intercedente beato **N** Mártýre tuo atque pontífice: per eadem nos placátus inténde. Per Dóminum.

Com-



*Psal. 20.*

**Communio.** Posuisti Dñe in capite eius coronam de lapide pretioso.

**Postcommunio.**

**H**Æc nos commúnio, Dñe, purget à crimine: & intercedente beato N. mártire tuo, atque pontífice: cæléstis remédij faciát esse confóres. Per Dóminum.

¶ **Epistolæ & Euangelia** pro pont. & mart. assignata, legi possunt etiam pro mártir. nō pontif. Et quæ infra habentur de mártir. non pont. etiam pro mártir. pont. Item pro mártir. pontif. legi possunt **Epistolæ & Euangelia** inferiori assignata pro conf. pont.

¶ **Epistolæ etiam & Euangelia** quæ in vna Missa de eodem communi ponuntur, dici possunt in aliis Missis de eodem communi.

**I N C O M M V N I**

**vnius martyris non pontificis.**

**Introitus. 7.**

*Psal. 20.*



**I**N virtute tua, Dñe, lætabitur iustus: & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei.

*Ibidem.*

**Psalm.** Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. **¶ Gloria.**

**Oratio.**

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus; vt qui beati N. mártir-

ris tui, natalítia cólimus: intercessióne eius in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

**Lectio libri Sapiéntiæ.**

**I**ustum dedúxit Dóminus per Cap. 10. vias rectas: & osténdit illi regnum Dei: & dedit illi sciéntiam sanctórum: honestáuit illum in labóribus: & complèuit labóres illius. In fraude circumueniéntium, illi affuit: & honestum fecit illum. Custodiuit eum ab inimicis: & à seductóribus tutáuit illū: & certámen forte dedit illi, vt vínceret, & sciret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Hæc venditum iustum non derelíquit: sed à peccatóribus liberáuit eum. Descénditque cum illo in fóueam: & in vínculis non derelíquit eum, donec afférret illi sceptrum regni, & poténtiá aduérsum eos qui eum deprimébāt. Et mendáces osténdit, qui maculauerunt eum: & dedit illi claritátem ætérnam, Dóminus Dēus noster.

**Graduale.** E eatus vir, qui timer Ps. 111. Dominum: in mandatis eius cupit nimis. **¶** Potens in terra erit semē eius: generatio rectorum benedicetur. **¶** Alleluia, alleluia. **¶** Posuisti Domine Psal. 20. super caput eius coronam de lapide pretioso, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

Desiderium animę eius tribuisti ei: & Ibidem. volúrate labiorú eius nō fraudasti eū.



ꝯ. Quoniam præuenisti eū in benedictionibus dulcedinis. ꝯ. Posuisti in capite eius coronā de lapide pretioso.

*Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Matthæum.*

Cap. 10.

**I**n illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Nolite arbitrāri, quia uenerim pacē mittere in terram: non ueni pacē mittere, sed gládiū. Veni enim separāre hōminem aduersus patrem suum: & filiam aduersus matrem suam: & nurum aduersus socrum suam: & inimici hōminis, domēstici eius. Qui amat patrem aut matrem plusquam me: non est me dignus. Et qui amat filium aut filiā super me: non est me dignus. Et qui non accipit crucem suā, & sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit animam suam, perdet eam: & qui perdidit animam suam propter me, inueniet eā. Qui recipit vos, me recipit: & qui recipit me, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophētam in nōmine prophētæ: mercēdem prophētæ accipiet. Et qui recipit iustum in nōmine iusti: mercēdem iusti accipiet. Et quicūq; dederit vni ex minimis istis calicem aque frigidę, tantum in nōmine discipuli, amē dico vobis, non perdet mercēdem suam.

Psal. 8.

**Offert.** Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine.

*Secreta.*

**M**Vnērribus nostris, quęsum⁹, Dñe, precibusq; suscéptis: & cęlestibus nos mūda mystēriis, & clemēter exaudi. Per Dñm.

**Communio.** Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

*Postcommunio.*

**D**A, quęsumus, Dñe Deus noster: vt sicut tuōrum cōmemoratiōne sanctōrum temporali gratulāmur officio, ita perpētuo lætēmur aspēctu. Per Dōminum.

D E E O D E M

*Communi alia Missa.*

*Introitus. 8.*



Ætabitur iustus in Dño, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

**Psal.** Exaudi Deus orationē meam cum

deprecor: à timore inimici eripe animam meam. ꝯ. Gloria. **Oratio.**

**P**Ræsta, quęsumus, omnipotēs Deus: vt intercedēte beato N. martyre tuo, & à cūctis aduersitatibus liberēmur in corpore, & à prauis cogitationibus mundēmur in mente. Per Dōminum.

**Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Timotheum.**

**C**arissime: Memor esto Dōmini Iesum Christum resurrexisse.



rexisse à mortuis, ex femine Dauid, secundum euāgēlium meum, in quo labōro vsque ad vincula, quasi malè operans: sed verbū Dei non est alligātū. Ideo omnia sustineo propter electos: vt & ipsi salūtem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum glōria cælesti.

Cap. 3.

Tu autem affecutus es meam doctrinam, institutionē, propōsitū, fidem, longanimitatē, dilectiōnē, patientiam, persecutiōnes, passiōnes: quālia mihi facta sunt Antiōchiæ, Iconij, Lystris: quales persecutiōnes sustinui: & ex omnibus eripuit me Dōminus. Et omnes qui volunt piè viuere in Christo Iesu, persecutiōnes patiuntur.

Psal. 63.

**Gradual.** Iustus cūm ceciderit, non collidetur, quia Dñs supponit manū suam. **V.** Tota die miseretur, & cōmodat: & semē eius in benedictione erit.

Ibidem.

Ioan. 8.

**Alleluia, allel. V.** Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ æternæ, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

Pf. 111.

**B**eatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. **V.** Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. **V.** Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

**Sequentia sancti euangēlij secundum Matthæum.**

Cap. 10.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nihil opertū quod

non reuelētur: & occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicāte super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennā. Nonne duo pāsseres asse véneunt: & vnus ex illis non cadet super terrā sine patre vestro? Vestri autem & capilli capitis, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitēbitur me corā hominibus: cōfitēbor & ego eum coram patre meo, qui in cælis est.

**Offertor.** Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso: vitam petiit à te, & tribuisti ei, allel. Psal. 20.

**Secreta.**

**A**ccēpta sit in conspēctu tuo, Dōmine, nostra deuotio: & eius nobis fiat supplicatiōne salutaris, pro cuius sollempnitāte defertur. Per Dōminum.

**Communio.** Qui mihi ministrat, Ioan. 12. me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit.

**Postcommunio.**

**R**efecti participatiōne muneris sacri, quæsumus, Dōmine, Deus noster, vt sancti **N.** martyris tui, cuius exequimur cultū, sentiāmus effectum. Per Dñm.



ITEM ALIAE EPISTOLAE  
& Euangelium in communi  
vnius Martyris.

Lectio epistolæ beati Iacobi  
apostoli.

Cap. I.

**C**arissimi: Omne gaudium  
in tentationes varias incederitis:  
sciētes quod probatio fidei vestre  
patientiam operatur. Patientia au-  
tem opus perfectum habeat: ut si-  
tis perfecti & integri, in nullo de-  
ficientes. Si quis autem vestrum  
indiget sapientia, postulet à Deo,  
qui dat omnibus affluenter, &  
non improperat: & dabitur ei. Pos-  
tulet autem in fide, nihil hæsitās.  
Qui enim hæsitat, similis est flū-  
ctui maris, qui à vento mouetur  
& circumfertur. Non ergo existi-  
met homo ille quod accipiat ali-  
quid à Domino. Vir duplex ani-  
mo, incōstans est in omnibus  
viis suis. Gloriētur autem frater  
hūmilis, in exaltatione sua. Diues  
autem, in humilitate sua, quō-  
niam sicut flos foeni transibit: ex-  
ortus est enim sol cum ardore, &  
arefecit foenum, & flos eius de-  
cidit, & decor vultus eius depē-  
riit: ita & diues in itineribus suis  
marcescet. Beatus vir qui suffert  
tentationem: quoniam cum pro-  
batus fuerit, accipiet coronam  
vitæ: quam repromisit Deus dili-  
gentibus se.

Lectio epistolæ B. Petri apostoli.

**C**arissimi: Communicantes I. Ca. 4.  
Christi passionibus, gaudē-  
te: ut & in reuelatione gloriæ eius  
gaudeatis exultantes. Si exprobrā-  
mini in nomine Christi, beati erit-  
is: quoniam quod est honoris, glō-  
riæ, & virtutis Dei, & qui est eius  
spiritus, super vos requiescit. Ne-  
mo autem vestrum patiatur ut ho-  
micida, aut fur, aut maledicus, aut  
alienorum appetitor. Si autem ut  
Christianus: non erubescat, glori-  
ficet autem Deum in isto nomi-  
ne. Quoniam tempus est, ut inci-  
piat iudicium à domo Dei. Si au-  
tem primum à nobis: quis finis  
eorum qui non credunt Dei euā-  
gelio? Et, si iustus quidem vix sal-  
uabitur: impius & peccator ubi  
parēbunt? Itaque & hi qui patiū-  
tur secundum voluntatem Dei:  
fidei creatori commendent ani-  
mas suas in benefactis.

Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus di- Cap. I. 22.  
scipulis suis. Amen, amen dico  
vobis. Nisi granum frumenti ca-  
dens in terram, mortuum fuerit:  
ipsum solum manet. Si autē mor-  
tuum fuerit: multum fructum af-  
fert. Qui amat animam suam, per-  
det eam: & qui odit animam suam  
in hoc mundo, in vitam æternam  
custodit eam. Si quis mihi mini-

strat.




frat, me sequatur: & ubi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus, qui est in caelis.

IN COMMUNI MARTYRUM tempore Paschali, scilicet à Dominica in octava Paschæ, usque ad Vigiliam Pentecostes.

DE VNO MARTYRE.

Introitus. 7.



Psal. 63.

Idem.

Rotexisti me Deus à conuentu malignantium, alleluia: à multitudine operantium iniquitatem, alleluia, alleluia. Psal. Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. v. Gloria.

Pro Martyre & Pontifice.

Oratio.

Infirmiãtẽ nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati N. martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

Pro Martyre & Pontifice.

alia Oratio.

Deus, qui nos beati N. martyris tui atque pontificis annua sollempnitãte lætificas: concede propitiis: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum nostrum Iesum.

Pro Martyre tantum. Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboreremur. Per Dominum.

Pro Martyre, alia Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt intercedente beato N. martyre tuo, & à cunctis aduersitatibus libereremur in corpore: & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

Lectio libri Sapientia.

Stabant iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntesturbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperata salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati, vitam illorum aestimabamus insaniam: & finem illorum sine honore. Ecce, quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Cap. 5.

Vel Epistola beati Pauli apostoli ad Timotheum. Memor esto vt supra in communi vnus martyris extra tempus Paschale, pag. 6.

Alleluia, alleluia. Confitebuntur caeli Psal. 88. v. mirabilia tua Dñe: etenim veritatem

AA 5 tuam:



tuam in ecclesia sanctorum. **A**lleluia.

Psal. 10.

**V.** Posuisti Dñe super caput eius coronam de lapide pretioso, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.**

Cap. 15.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: & pater meus agricola est. Omnem palmitem, in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes; & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.

Psal. 88.

**Offertorium.** Confitebuntur caeli mirabilia tua Dñe, & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, allél.

**Pro Martyr. & pontif. Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine, beati **N.** martyris tui atque pontificis dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dominum.

**Pro mart. pontif. alia Secreta.**

**M**vnera tibi, Domine, dicata sanctifica: & intercedente beato **N.** martyre tuo atque pontifice: per eadem nos placatus intendere. Per Dominum.

**Pro Martyre tantum. Secreta.**

**M**vneribus nostris, quæsumus, Dñe, precibusque susceptis: & caelestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi. Per Dñm.

**Pro Martyre, alia Secreta.**

**A**ccepta sit in conspectu tuo, Domine, nostra devotio: & eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius sollemnitate deferretur. Per Dominum.

**Comm. L**ætabitur iustus in Dño, <sup>Psal. 63.</sup> & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia.

**Pro mart. & pont. Postcommun.**

**R**efecti participatione muneris sacri, quæsumus, Domine Deus noster: ut beati **N.** martyris tui atque pontificis, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per Dominum.

**Pro mart. & pont. alia Postcomm.**

**H**æc nos communio, Domine, purget a crimine: & intercedente beato **N.** martyre tuo atque pontifice, caelestis remedij faciat esse consortes. Per Dñm.

**Pro martyre tantum. Postcomm.**

**D**a, quæsumus, Domine Deus noster: ut sicut tuorum com-



memoratiōne sanctōrū temporāli gratulāmur officio: ita perpētuo lætēmur aspēctū. Per Dōminum.

**Pro martyre, alia Postcommun.**

**R:** Efēcti participatiōne mūneris sacri, quæsumus, Dōmine Deus noster: vt sancti **N.** mārtyris tui, cuius exequimur cultum, sentiāmus effēctum. Per Dōminum.

**Epistola & Euāgelium supradictæ Missæ dicuntur etiam in sequenti Missa: & quæ in sequenti habētur, dici possunt in superiori.**

**D E P L V R I B V S**  
**Martyrib. tempore Paschali.**

**Introitus. 3.**

Pf. 144.



Sancti tui, Domine, benedicent te, gloriā regni tui dicent, alleluia, alleluia.

ibidem.

**Psalm.** Exaltabo te

Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi. **ÿ.** Gloria patri.

**Pro plurib. pont. & mart. Oratio.**

**B**eatōrum mārtyrum tuōrum pariterque pontificum **N.** & **N.** nos, quæsumus, Dōmine, festatueāntur: & eōrum commēdat oratio venerāda. Per Dōminum.

**Pro pluribus mart. tantūm. Orat.**

**D**eus, qui nos concēdis sanctōrum mārtyrum tuōrum **N.** & **N.** natalitia cōlere: da nobis in ætērna beatitūdine de eōrum

societāte gaudēre. Per Dōminum nostrum Iesum Christum.

**Pro pluribus martyribus, alia Oratio.**

**D**eus, qui nos annua sanctōrum mārtyrum tuōrum **N.** & **N.** sollemnitate lætificas: concēde propitius: vt quorum gaudēmus mēritis, instruāmur exemplis. Per Dōminum.

**Lectio epistolæ beati Petri apōstoli.**

**B**enedictus Deus & pater Dōmini nostri Iesu Christi, qui secundum magnā misericordiam suam regenerāuit nos in spem viuam, per resurrectiōnem Iesu Christi ex mōrtuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cælis in vobis, qui in virtūte Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis; modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus: vt probatio vestrę fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriā & honorem, in reuelatiōne Dōmini nostri Iesu Christi.

**A**lleluia, alleluia. **ÿ.** Sancti tui Domine florebunt sicut liliū, & sicut odor balsami erunt ante te.

**A**lleluia. **ÿ.** Pretiosa in cōspectu Dōmini, mors sanctorum eius, alleluia.

**Sequē-**



Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.

Pro pluribus Martyribus tantum.  
Secreta.

Cap. 15.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & ardescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego patris mei precepta seruauit, & maneo in eius dilectione. Hec locutus sum vobis: ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.

Psal. 31.

**Offertor.** Letamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia.

Pro pluribus Pontificibus & Martyribus.  
Secreta.

**A**desto, Domine, supplicationibus nostris, quas in Sanctorum tuorum commemoratione deferimus: ut, qui nostrae iustitiae fiduciam non habemus: eorum qui tibi placuerunt, meritis adiuuemur. Per Dominum.

**M**vnera tibi, Domine, nostrae deuotionis offerimus: quae & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum.

Pro pluribus mart. alia Secreta.

**O**blatis, quaesumus, Domine, placare munerebus: & intercedentibus sanctis tuis **N. & N.** a cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Gaudete iusti in Domino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia. Psal. 32.

Pro pluribus Pontificibus, & Martyribus.  
Postcommunio.

**Q**uaesumus, Domine, salutaribus replenti mysteriis: ut, quorum sollertia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per Dominum.

Pro pluribus martyribus tantum.

Postcommunio.

**P**raesta nobis, quaesumus, Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis **N. & N.** ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

Pro pluribus martyribus.

alia Postcommunio.

**H**aec nos communitio, Domine, purget a crimine: & intercedentibus sanctis martyribus tuis **N. & N.** celestis remedij faciat esse confortes. Per Dominum.



IN COMMUNI MARTYRUM  
 tēpore Pasch. alia Epist. & Euāg.  
 Lēctio libri Apocalypsis beāti  
 Ioānnis apóstoli.

rum. Et dixit mihi. Scribe, Beāti  
 qui ad cœnam nuptiārum Agni  
 vocāti sunt.

Sequētia sancti euangēlij  
 secūndum Ioānnem.

<sup>cap. 19.</sup> **I**N diēbus illis: Post hæc ego Io-  
 ānnes audiui quasi vocem ma-  
 gnam turbārum multārum in cœ-  
 lo, dicentium, Alleluia. Laus, &  
 glória, & virtus Deo nostro est:  
 quia vera & iusta iudícia sunt  
 eius, qui iudicāuit de meretrice  
 magna, quæ corrūpit terram in  
 prostitutiōne sua: & vindicāuit  
 s̄anguinem seruōrum suōrum de  
 mánibus eius. Et iterum dixerūt,  
 Alleluia. Et fumus eius ascēdit  
 in sæcula sæculōrū. Et ceciderunt  
 seniōres vigintiquātuor & quā-  
 tuor animália, & adorauerūt Deū  
 sedentē super thronum, dicentes:  
 Amen, Alleluia. Et vox de throno  
 exiuit, dicens. Laudem dicitē Deo  
 nostro omnes sancti eius: & qui  
 timētis eum pusilli & magni. Et  
 audiui quasi vocē turbæ magnæ,  
 & sicut vocē aquārū multārum,  
 & sicut vocem tonitruōrum ma-  
 gnōrum, dicentium, Alleluia:  
 quóniā regnāuit Dóminus Deus  
 noster omnípotens. Gaudeāmus  
 & exultēmus, & demus glóriam  
 ei: quia venērunt nuptiæ Agni, &  
 vxor eius præparāuit se. Et datum  
 est illi, vt coopériat se byssino  
 splēdēti & cándido. Byssinum  
 enim: iustificatiōnes sunt sanctō-

**I**N illo tēpore: Dixit Iesus di- <sup>cap. 16.</sup>  
 scípulis suis. Amen, amen dico  
 vobis: quia plorābitis, & flēbitis  
 vos, mundus autem gaudēbit: vos  
 autem contristabimini, sed tristitia  
 vestra vertētur in gāudium.  
 Múlier cum parit, tristitiā habet,  
 quia venit hora eius: cū autem  
 péperit púerum, iam non mémi-  
 nit pressuræ propter gaudiū, quia  
 natus est homo in mūdum. Et vos  
 igitur, nunc quidem tristitiam ha-  
 bētis, iterum autem vidēbo vos,  
 & gaudēbit cor vestrū: & gaudiū  
 vestrum nemo tollet à vobis.

IN COMMUNI  
 plurimorum Martyrum extra  
 tēpus Paschale. Introitus.



Intret in conspectu <sup>psal. 78.</sup>  
 tuo, Domine, gemitus  
 compeditorum, redde vicinis nostris  
 septuplum in sinu  
 eorum: vindica s̄anguinem sancto-  
 rum tuorum, qui effusus est.

**Psalm.** Deus venerunt gentes in <sup>ibidem.</sup>  
 hæreditatem tuam, polluerunt tem-  
 plum sanctum tuum: posuerunt Hie-  
 rusalem in pomorum custodiam. **v.**  
 Gloria patri.

Pro



Pro pluribus pontificibus & martyribus.

Oratio

**B**eatôrum mârtyrum tuôrum pâriterque pontificum **N.** & **N**os, quâsumus Dómine, festa tueántur: & eôrum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum.

Si non fuerint pontifices, dicitur Oratio, vt in sequenti Missa.

Lectio libri Sapiéntiæ.

**I**ustôrum animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos torméntum mortis. Visi sunt óculis insipientium mori: & æstimâta est afflictio, éxitus illôrum. Et ab itinere iusto abiéerunt in exterminium: & quod à nobis est iter exterminij, illi autê sunt in pace. Et si corâ hominibus torménta passi sunt: spes illôrum immortalitâte plena est. In paucis vexâti, in multis bene disponéntur: quóniâ Deus tentâuit eos, & inuénit eos dignos se. Tâquam aurû in fornâce probâuit illos, & quasi holocâusti hóstiâ accêpit illos: & in tēpore erit respéctus illôrû. Fulgébunt iusti, & tâquam scintillæ in arûdineto discúrent. Iudicábunt natiónes, & dominabúntur pópulis: & regnâbit Dóminus illôrû in perpétuum.

**Exod. 15** **Graduale.** **G**loriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciès prodigia. **ψ.** Dexterâ tuâ, Domine, glorificata est in virtute, dexterâ manus tua confregit inimicos.

Alleluia, alleluia. **ψ.** Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & nomina eorum viuent in generatione & generationem, alleluia. Ecl. 44

Post Septuagesimam, Tractus.

**Q**ui seminant in lachrymis, in gaudio metent. **ψ.** Euntes ibant & flebât, mittentes semina sua. **ψ.** Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Ps. 125.

Sequéntia sancti euangélij secundum Lucam.

**I**n illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. **Cap. 21.** Cùm audieritis prælia & seditiónes, nolíte terreri: opórtet primùm hæc fieri, sed nõdum statim finis. Tunc dicêbat illis. Surget gens contra gentem: & regnum aduersus regnum: & terramótus magni erunt per loca: & pestilentiæ & fames, terróresq; de cælo & signa magna erunt. Sed ante hæc ómnia, iniiciet vobis manus suas: & persequéntur tradéntes in synagógas & custódias, trahétes ad reges & præfides propter nomen meum. Continget autem vobis in testimónium. Pónite ergo in córdibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeátis. Ego enim dabo vobis os & sapiéntiam: cui nõ póterunt resistere & cõtradícere omnes aduersarij vestri. Tradémini autem à paréntibus & frâtribus, & cognâtis & amícis: & morte afficiét



ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

*Psal. 67.* **Offert.** Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel: ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi sue: benedictus Deus, alleluia. **Secreta.**

**A**desto, Domine, supplicatio-  
nibus nostris, quas in sanctorum tuorum commemoratione deferimus: ut qui nostrae iustitiae fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt, meritis adiuuemur. Per Dominum.

*Sap. 3.* **Communio.** Et si coram hominibus tormenta passi sunt: Deus tetavit eos, tanquam aurum in fornace probavit eos: & quasi holocausta accepit eos. **Postcommunio.**

**Q**uæsumus, Domine, salutaribus repleti mysteriis: ut quorum sollempnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per Dominum.

D E E O D E M  
Communi alia Missa.

Introitus. I.

*Ecl. 44.*



Sapientiam sanctorum narrat populi: & laudes eorum nunciet ecclesia: nomina autem eorum vivet in saeculum seculi.

*Psal. 32.*

**Psal.** Exultate iusti in Domino: re-  
ctos decet collaudatio. **Gloria.**

Oratio.

**D**eus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum **N.** & **N.** natalitia colere: da nobis in aeterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

**¶ Si fuerint, Pontifices, dicatur Oratio precedentis Missae, quod & in sequentibus servetur.**

Lectio libri Sapientiae.

**I**usti autem in perpetuum vivunt: & *Cap. 5.*  
apud Dominum est merces eorum: & cogitatio eorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vitionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam: & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile, & aequitatem.

**Grad.** Anima nostra sicut passer ere- *Ps. 123.*  
pta est de laqueo venantium. **V.** Laqueo contritus est, & nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit caelum & terram. **Alleluia, allel. V.** Iusti *Psal. 67*  
epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in laetitia, allel.

Post Septuagesimam, Tractus.

**Q**ui seminant in lachrymis, in gaudio metent. **V.** Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. **V.** Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. *Ps. 125.*

Sequen-



Sequentia sancti euangélj  
secúndum Lucam.

**I**N illo tēpore: Descéndens Iesus de monte, stetit in loco campēstri, & turba discipulōrum eius, & multitúdo copiōsa plebis ab omni Iudæa & Hierusalē: & Marítima, & Tyri & Sidōnis, qui vērnerant vt audírent eum, & sanarēntur à languóribus suis. Et qui vexabántur à spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quærēbat eum tângere: quia virtus de illo exíbat, & sanábat omnes. Et ipse eleuátis óculis in discipulos suos, dicēbat. Beáti páuperes: quóniam vestrum est regnum Dei. Beáti qui nunc esurítis: quóniam saturabímmini. Beáti qui nūc fletis: quia ridēbitis. Beáti éritis, cum vos óderint hómīnes, & cum separáuerint vos, & exprobráuerint, & eiécerint nomen vestrum tanquam malum, propter filium hómīnis. Gaudēte in illa die & exultáte: ecce enim merces vestra, multa est in cælo.

**Pf. 149.** **O**ffertor. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis: exaltationes Dei in faucibus eorum, alleluia.

Secreta.

**M**Vnera tibi Dñe nostræ deuotiōnis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum; & nobis salutaria te miserante reddatur. Per Dóminum.

**Communio.** Dico autem vobis <sup>Luc. 18.</sup> amicis meis, ne terreamini ab his qui vos persequuntur.

Postcommunio.

**P**Ræsta nobis, quæsumus, Dómine, intercedéntibus sanctis martyribus tuis **N.** & **N.** vt quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

D E E O D E M

Communi alia Missa.

Introitus. I.



Alus autē iustorum <sup>Pfal. 36.</sup> à Domino: & protector eorum est in tēpore tribulationis.

**Psal.** Noli æmulari in malignantibus: neque zelaue- <sup>ibidem.</sup> ris facientes iniquitatem. **ꝛ.** Gloria.

Oratio.

**D**Eus, qui nos ánnua sanctórum mártýrum tuórum **N.** & **N.** sollempnitáte lætíficas: concēde propítius: vt, quorum gaudémus méritis, instruámur exémp-  
lis. Per Dóminum.

**Lectio** epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Hebræos.

**F**Ratres: Rememorámini prí- <sup>Cap. 10.</sup> stinos dies: in quibus illumináti, magnum certámen sustinúistis passiónum. Et in áltero quidē oppróbriis & tribulatióibus spectáculum facti: in áltero autem sócij táliter cōuersántium effecti.

Nam



Nam & vincētis compāssi estis: & rapinam bonōrum vestrōrū cum gāudio suscepistis, cognoscētes vos habēre meliōrē & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remuneratiōnem. Patiētia enim vobis necessāria est: vt voluntātem Dei faciētes, reportētis promissiōnem. Adhuc enim mōdicum aliquāntulumq; qui ventūrus est, veniet, & nō tardābit. Iustus autem ex fide viuit.

*Psal. 33.* **Graduale.** Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. *ψ.* Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabuntur. **A**lleluia, alleluia. *ψ.* Te martyrum candidatus laudat exercitus, Domine, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

*Pf. 125.* **Q**ui seminant in lachrymis, in gaudio metent. *ψ.* Euntes ibant, & flebāt, mittentes semina sua. *ψ.* Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

**Sequētia sancti euangēlij secūndum Matthæum.**

*Cap. 24* **I**n illo tēpore: Sedēte Iesu super montem Oliuēti, accesserunt ad eum discipuli eius secretō, dicētes. Dic nobis, quādo hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consummatiōnis sæculi? Et respōdens Iesus, dixit eis. Vidēte,

ne quis vos seducat. Multi enim venient in nōmine meo dicētes, ego sum Christus: & multos seducēt. Auditūri enim estis prælia, & opiniōnes præliōrum. Vidēte, ne turbēmini. Opōrtet enim hæc fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt pestilentie, & fames, & terremōtus per loca. Hæc autē omnia, inītia sunt dolōrum. Tunc tradent vos in tribulatiōnem, & occident vos: & eritis odio omnibus gētibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi: & inuicē tradent: & odio habebunt inuicē. Et multi pseudoprophætæ surgent: & seducēt multos. Et quoniā abundābit inīquitas: refrigēscet charitas multōrū. Qui autē perseuerauerit vsq; in finem: hic saluus erit.

**Offertorium.** Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace, alleluia. *Sap. 3.*

**Secreta.**

**O**blātis, quæsumus, Dōmīne, placāre munēribus: & intercedētib; sanctis tuis. **N. & N.** à cunctis nos defende periculis. Per Dōminum nostrum.

**Communio.** Quod dico vobis *Mat. 10.* in tenebris, dicite in lumine, dicit Dominus: & quod in aure auditis, prædicare super tecta.



## Postcommunio.

**H**Æc nos commúnio, Dómine, purget à crimine: & intercedéntibus sanctis martyribus tuis **N. & N.** cęléstis remédij faciat esse confórtes. Per Dóminum.

ITEM ALIÆ EPISTOLÆ,  
& Euangel. pro plurib. martyrib.  
Lectio libri Sapiéntiæ.

**R**eddidit Deus iustis mercēdem labórum suórum: & dedúxit illos in via mirábili. Et fuit illis in velaménto diéi, & in luce stellárum per noctem. Tránstulit illos per mare rubrum, & transuēxit illos per aquam nímiā. Inimícos autem illórum demérsit in mare, & ab altitúdine inferórum edúxit illos. Ideò iusti tulérunt spólia impiórum: & decantauérūt Dñe nomen sanctum tuum, & víctricem manū tuam laudauérunt páriter Dómine Deus noster.

Lectio epístolæ beati Pauli apóstoli ad Romános.

**R**atres: Iustificáti ex fide, pacē habeamus ad Deum per Dñm nostrū Iesum Christum: per quē & habemus accéssum per fidem in grátiam istam in qua stamus, & gloriámur in spe glóriæ filiórum Dei. Non solùm autē: sed & gloriámur in tribulatióibus, sciéntes quod tribulatio paciéntiam operáatur: paciéntia autē probatióne, probatio verò spē. Spes autē nō

cōfúndit: quia cháritas Dei diffúsa est in córdibus nostris, per Spíritū sanctum, qui dátus est nobis.

Lectio epístolæ beati Pauli apóstoli ad Romános.

**R**atres: Nō sunt cōdignæ passiones huius témporis, ad futúram glóriam, quę reuelábitur in nobis. Nam expectatio creatúrae, reuelatióne filiórū Dei expéctat. Vanitati enim creatúra subiecta est, non volens: sed propter eū qui subiécit eā in spe: quia & ipsa creatúra liberábitur à seruitúte corruptiōnis, in libertátem glóriæ filiórū Dei. Scimus enim quòd omnis creatúra ingemíscit, & párturit vsque adhuc. Nō solùm autē illa, sed & nos ipsi primítias spíritus habētes, & ipsi intra nos gemimus adoptiōnem filiórum Dei, expectátes redemptiōnem corpóris nostri.

Lectio epístolæ beati Pauli apóstoli ad Corínthios.

**R**atres: Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei minístros, in multa paciéntia, in tribulatióibus, in necessitatibus, in angústiiis, in plagis, in carcéribus, in seditiōibus, in labóribus, in vigiliis, in ieiúniis. In castitáte, in sciéntia, in longanimitáte, in suauitáte, in spírítu sancto, in charitáte non ficta, in verbo veritátis, in virtúte Dei. Per arma iustitiæ à dextris & à sinístris. Per glóriā & ignobilitatē:

per



per infamiam & bonam famam: ut seductores & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: ut castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

*Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Hebraeos.*

*Cap. 11.* **F**Ratres: Sancti per fidem vicierunt regna: operati sunt iustitiam: adepti sunt repromissiones: obturauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt aciem gladii: conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello: castra vertierunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis: egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terrae. Et hi omnes, testimonio fidei, probati inuerti sunt. In Christo Iesu Domino nostro.

*Lectio libri Apocalypsis beati Iohannis apostoli.*

**I**N diebus illis: Respondit vnus *Cap. 7.* de senioribus, & dixit mihi. Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venerunt? Et dixit illi. Domine mi, tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna: & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos. Non esurient neque sitient amplius: nec cadet super illos Sol, neque vllus aestus. Quoniam Agnus qui in medio throni est, reget illos: & deducet eos ad vitae fontes aquarum: & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

*Sequentia sancti euangelij secundum Matthaeum.*

**I**N illo tempore: Videns Iesus *Cap. 5.* turbas, ascendit in montem. Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: & aperiens os suum, docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi



faturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint: & dixerint omne malum aduersus vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in caelis.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthaeum.*

<sup>Cap. II.</sup> **I**n illo tempore: Respondens Iesus dixit. Confiteor tibi pater Domine caeli & terrae: quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.*

<sup>Cap. II.</sup> **I**n illo tempore: Dicebat Iesus turbis Iudaeorum, & principibus sacerdotum. Vae vobis, qui aedificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini, quod consentitis operibus patrum uestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem aedificatis eorum sepulchra. Propterea & sapientia Dei dixit. Mittam ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occident & persequentur: ut inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista, a sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariae, qui periit inter altare & aedem. Ita dico vobis, requiratur ab hac generatione.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.*

<sup>Cap. I.</sup> **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit: spernit eum qui me misit. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes. Domine, etiam demonia in nomine tuo subiiciuntur nobis. Et ait illis. Videbam fatanam sicut fulgur de caelo cadentem. Ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, &

scor-



scorpiones, & supra omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocēbit. Verūntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus subiiciuntur vobis: gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.

*Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.*

**Cap. 12.** **I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Attendite à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Nihil autem opertum, quod non reueletur: neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timeate eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timeate. Nonne quinque passeret veniunt dipondio: & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis: omnis qui cunque confessus fuerit me coram hominibus: & filius hominis confitebitur eum coram angelis Dei.

**I N C O M M V N I**

**Confess. Pontif.**

**Introitus, I.**



Tatuit ei Dominus testamentum pacis, Ecl. 45. & principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum.

**Psalm.** Memento Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius. Ps. 131.

**v.** Gloria patri.

**Oratio.**

**D**A, quæsumus, omnipotens Deus: vt beati **N.** confessoris tui atque pontificis veneranda sollemnitas: & deuotionē nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

**Lectio libri Sapientie.**

**E**Cce sacerdos magnus, qui in Ecl. 44. diēbus suis placuit Deo, & inuentus est iustus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictiōnem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam: & inuenit gratiam coram oculis Domini. Magnificauit eū in conspectu regum: & dedit illi coronā gloriæ. Ecl. 45. Statuit illi testamentum sempiternum: & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificauit

**BB** ; illum



illum in glória. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum: in odorem suauitatis.

*Ecl. 44.* **Graduale.** Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.

*Ps. 109.* **Alleluia, alleluia.** Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec, alleluia.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, usque ad Alleluia, & ad eius Versum additur sequens.**

*Ecclesia 1481.* Hic est sacerdos, quem coronauit Dominus, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

*Ps. 112.* **Beatus vir, qui timet Dominum:** in mandatis eius cupit nimis. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

**Sequencia sancti euangelij secundum Mattheum.**

*Cap. 25.* **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum. Vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est a-

lia quinque. Similiter & qui duo talenta acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniã domini sui. Post multum verò temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens. Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce, alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium dñi tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait. Dñe, duo talenta tradidisti mihi: ecce, alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.

**Offert.** Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. **Secreta.**

**S**ancti tui, quæsumus, Domine, nos ubiq; letificent: vt dum eorum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dominum.

**Communio.** Fidelis seruus & prudens: quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram.

Post-



## Postcommunio.

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt de percēptis munēribus grātiās exhibēntes, intercedēte beāto **N.** confessōre tuo atque pontifice, beneficia potiōra sumāmus. Per Dóminum.

D E E O D E M  
Communi alia Missa.

## Introitus. 3.

Ps. 131.



Acerdotes tui, Dñe, induant iustitiam: & sancti tui exultent: propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui.

Eisdem.

**Psalm.** Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. **ψ.** Gloria patri.

## Oratio.

**E**Xaudi, quæsumus, Dómine, preces nostras: quas in beāti **N.** confessōris tui atque pontificis sollempnitāte defērimus: & qui tibi dignè méruit famulāri, eius intercedētibz méritis, ab ómnibus nos absolue peccātis. Per Dñm.

**Lectio epístolæ beāti Pauli apóstoli ad Hebræos.**

Cap. 7.

**F**Ratres: Plures facti sunt sacerdotes secūndū legem, iccirco quòd morte prohiberēntur permanēre. Iesus autem eò quòd maneat in ætérnum, sempitérnum habet sacerdotium. Vnde & saluāre in perpétuum potest, accédēs

per semetípsum ad Deum, semper viuens ad interpellāndum pro nobis. Talis enim decēbat vt nobis esset pōntifex, sanctus, innocens, impollūtus, segregātus à peccatōribz, & excelsior cælis factus. Qui non habet quotidie necessitātem (quemādmodum sacerdotēs) prius pro suis delictis hóstias offerre, deinde pro pópuli. Hoc enim fecit semel, se offerēdo, Dóminus noster Iesus Christus.

**Graduale.** Sacerdotes eius induant salutare: & sancti eius exultatione exultabunt. **ψ.** Illuc producam cornu Dauid: parauit lacernam Christo meo. Alleluia, alleluia. **ψ.** Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in ætérnum secundum ordinem Melchisedec, alleluia.

**¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, vsque ad Alleluia, & ad eius Versum additur sequens ψ.** Amavit eum Dñs, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.** Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. **ψ.** Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. **ψ.** Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

**Sequētia sancti euangélij secūndum Matthæum.**

**I**N illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Vigilate, quia ne-



scītis qua hora dōminus vester ventūrus sit. Illud autem scitōte, quōniā si sciret paterfamīlias qua hora fur venīret: vigilāret vtique, & non fineret pērfodi domum suam. Ideò & vos estōte parāti: quia nescītis qua hora filius hōminis ventūrus sit. Quis, putas, est fidēlis seruus & prudens, quē constituit dōminus super famīliam suam, vt det illis cibum in tēpore? Beātus ille seruus, quem cūm venerit dōminus eius, inuēnerit sic faciētem. Amen dico vobis, quōniam super omnia bona sua constituet eum.

Psal. 88.

**Offertor.** Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

**S**ancti **N.** confessōris tui atque pontificis, quæsumus, Dōmine, annua sollēmnitas pietāti tuæ nos reddat accēptos: vt per hæc piæ placatiōnis officia, & illum beāta retribūtio comitētur, & nobis grātiæ tuæ dona concīliet. Per Dōminum nostrum.

Mat. 24.

**Communio.** Beatus seruus, quem cūm venerit dōminus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

**Postcommunio.**

**D**eus fideliū remūnerātor animārum, præsta: vt beati **N.** confessōris tui atque pontificis, cuius venerādam celebrā-

mus festiuitātem: précibus indulgētiā consequāmur. Per Dōminum nostrum.

ITEM ALIÆ EPISTOLÆ  
& Euangel. pro Confess. Pontif.  
Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos.

**F**Ratres: Omnis pōntifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis que sunt ad Deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit iis quæ ignorant & errant: quōniam & ipse circūdatu est infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiā & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos.

**F**Ratres: Mementote præpositōrum vestrōrum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuētes exitum conuersatiōnis, imitāmini fidem. Iesus Christus heri & hōdie: ipse & in sæcula. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim grātia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulātibz in eis. Habemus altāre: de quo edere non habent potestātem, qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim



enim animálium infertur sanguis pro peccáto in sancta per pontíficem, horum córpora cremántur extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificáret per suum sanguinem pópulum, extra portam passus est. Exeámus igitur ad eum extra castra: improperiũ eius portántes. Non enim habémus híc manétem ciuitátem: sed futúram inquirimus. Per ipsum ergo offerámus hóstiã laudis semper Deo, id est, fructum labiõrum cõfítentiũ nómini eius. Beneficétiã autem & cõmuniõnis nolíte obliuisci. Tálibus enim hóstiis promerétur Deus. Obedíte præpõsitis vestris, & subiaccéte eis. Ipsi enim peruigilánt, quasi ratiõnem pro animábus vestris reddíturi.

*Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Lucam.*

**I**n illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Nemo accéndit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub módio: sed super candelábrum, vt qui ingrediúntur, lumen vídeant. Lucerna córporis tui, est óculus tuus. Si óculus tuus simplex fúerit: totum corpus tuũ lucidum erit. Si autem nequã fúerit: etiã corpus tuum tenebrõsum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo totum corpus tuum lucidum fúerit, non habens aliquam partem tenebræ-

rum, erit lucidum totum: & sicut lucerna fulgõris illuminábit te.

*Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Marcum.*

**I**n illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Vidéte, vigiláte, & oráte. Nescítis enim quando tempus sit. Sicut homo qui pégre profectus reliquit domum suam: & dedit seruis suis potestátẽ cuiusque óperis; & ianitori præcèpit vt vigilet. Vigiláte ergo (nescítis enim quando dõminus domus veniat: serò, an média nocte, an galli cantu, an manè) ne, cum venerit repente, inueniat vos dormiéntes. Quod autem vobis dico, ómnibus dico, Vigiláte.

**I N C O M M U N I  
Doctõrum. Introitus. 6.**



**I**n medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapiétiã, & intellectus: stolam gloriæ induit eum.

**Psalm.** Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime.

**ꝰ.** Gloria patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui pópulo tuo æternæ salutis beátũ **N.** ministrum tribuísti: præsta quæsumus: vt quẽ doctõrem vitæ habúimus in terris, intercessõrem habere mereámur in cælis. Per Dõminum.



Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Timotheum.

**2. Ca. 4.** **C**arissime: Testificor coram Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius: prædica verbum: in sta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurièntes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor: & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex: non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius.

**Gradual.** Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudiciū. **Ps.** Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

**Ps. 45.** **Alleluia, alleluia.** **Ps.** Amavit eum Dominus, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum, alleluia.

**¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, & ad Versum post alle-**

luia additur sequens **Ps.** Iustus germinabit sicut liliū, & florebit in æternum ante Dominum, alleluia. **Ps. 114.**

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**B**eatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. **Ps.** Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. **Ps.** Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

**Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terræ. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendant lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Nolite putare quonia veni soluere legem aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota unum aut vnus apex non preteribit à lege, donec omnia fiat. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines: minimus, vocabitur in regno cælorum. Qui autem



autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cælorum.

*Psalm. 91.* **Offertor.** Iustus vt palma florebit: sicut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur.

**Secreta.**

**S**Ancti tui **N.** nobis, Dómine, spira non desit oratio: quæ & mûnera nostra conciliet, & tuam nobis indulgéntiam semper obtineat. Per Dóminum.

*Mat. 24.* **Communio.** Fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram.

**Postcommunio.**

**V**T nobis, Dómine, tua sacrificia dent salûtem, beatus **N.** confessor tuus & doctor egregius precator accêdat. Per Dóminum.

ALIA EPISTOLA PRO  
Doctoribus.

Lectio libri Sapiéntiæ.

*Ecc. 39.* **I**ustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo, ad Dóminum qui fecit illum, & in conspéctu altissimi deprecabitur. Apériet os suum in oratione: & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dóminus magnus voluerit, spíritu intelligentiæ replébit illum: & ipse tanquam imbres emittet eloquia sapiéntiæ suæ, & in oratione confitebitur Dómino. Et ipse diriget consiliûm eius, & disciplinam: & in absconditis suis consiliabitur.

Ipse palàm faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Dómini gloriabitur. Collaudabunt multi sapiéntiam eius, & vsque in sæculum non delébitur. Non recêdet memória eius, & nomen eius requirêtur à generatiône in generatióem. Sapiéntiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enunciat ecclésia.

I N C O M M V N I  
Confess. non Pontif.

Introitus. 6.



**S**i iusti meditabitur *Psalm. 36.* sapiéntiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius.

**Psalm.** Noli æmulari *ibidem.*

in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. **V.** Gloria.

Oratio.

**D**Eus qui nos beati **N.** confessoris tui annua sollempnitate lætificas: concède propitius: vt cuius natalitia cõlimus, étiam actiões imitemur. Per Dóminum nostrum Iesum.

Lectio libri Sapiéntiæ.

**B**Eatus vir, qui inuétus est sine *Ecc. 32.* mácula: & qui post aurû non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus



fēctus inuēntus est, & erit illi glō-  
ria ætērna. Qui pōtuit trānsgrēdi,  
& non est trānsgrēssus: facere ma-  
la, & non fecit. Ideo stabilita sunt  
bona illius in Dōmīno: & elec-  
mōsynas illius enarrābit omnis  
ecclesiā sanctōrum.

*psal. 91.* **Graduale.** Iustus vt palma flore-  
bit: sicut cedrus Libani multiplicabi-  
*ibidem.* tur in domo Domini. *ψ.* Ad annun-  
ciandum manē misericordiam tuam:  
& veritatē tuam p̄r noctē. **A**lleluia,  
*lac. 1.* alleluia. *ψ.* Beatus vir, qui suffert ten-  
tationem, quoniā cum probatus fue-  
rit, accipiet coronam vitæ, alleluia.

**¶** Tempore Paschali omittitur  
Graduale, & additur sequens *ψ.*

*Escl. 45.* Amavit eum Dñs, & ornauit eum,  
stolam gloriæ induit eum, Alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

*ps. 111.* **B**eatus vir, qui timet Dominum: in  
mandatis eius cupit nimis. *ψ.* Potens  
in terra erit semen eius: generatio re-  
ctorum benedicetur. *ψ.* Gloria & di-  
uitiæ in domo eius: & iustitia eius  
manet in sæculum sæculi.

**Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Lucam.**

*cap. 12.* **I**n illo tēpore: Dixit Iesus di-  
scipulis suis. Sint lumbi vestri  
præcincti, & lucernæ ardētes in  
mānibus vestris. Et vos, similes  
homīnibus expectāntibus dōmi-  
num suum, quando reuertatur à  
nūptiis: vt cūm vēnerit & pulsā-  
uerit, confestim apēriant ei. Beāti

serui illi, quos cum vēnerit dōmi-  
nus, inuēnerit vigilātes. Amen  
dico vobis, quōd præcīngēt se, &  
faciet illos discūmbere, & trān-  
siens ministrābit illis. Et si vēnerit  
in secūnda vigilia, & si in tērtia  
vigilia vēnerit, & ita inuēnerit:  
beāti sunt serui illi. Hoc autem  
scitōte, quōniam si sciret paterfa-  
mīlias qua hora fur venīret: vigi-  
lāret vtique, & non sineret p̄fo-  
di domum suam. Et vos estōte pa-  
rāti: quia qua hora non putātis, fi-  
lius homīnis veniet.

**Offertor.** **V**eritas mea & miseri- *psal. 88.*  
cordia mea cum ipso: & in nomine  
meo exaltabitur cornu eius.

**Secreta.**

**L**Audis tibi, Dōmīne, hōstias  
limmolāmus in tuōrum com-  
memoratiōne sanctōrum: quibus  
nos & præsentibus exui malis  
confidimus, & futuris. Per Dōmi-  
num nostrum Iesum Christum  
filium tuum.

**Communio.** **B**eatus seruus, quem *Mat. 24.*  
cūm venerit dōmīnus, inuenerit vi-  
gilantem: amen dico vobis, super  
omnia bona sua constituet eum.

**Postcommunio.**

**R**Efecti cibo, pōtuque cælesti,  
Deus noster, te supplices ex-  
orāmus: vt in cuius hęc comeme-  
moratiōne: percēpimus, eius mu-  
niāmur & præcibus. Per Dōmi-  
num nostrum Iesum.



D E E O D E M

Communi alia Missa.

Introitus. I.

Psal. 91.



Vstus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur; plantatus in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.

Ibidem.

**Pfalm.** Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. **ψ.** Gloria patri.

Oratio.

**A** Désto, Dómine, supplicatió-  
nibus nostris, quas in beáti  
**N.** cōfessōris tui sollemnitate de-  
fērimus: vt qui nostræ iustitiæ fi-  
dúciā non habēmus, eius qui  
tibi plácuit, precibus adiuuēmur.  
Per Dóminum.

**Léctio epístolæ beáti Pauli apó-  
stoli ad Corínthios.**

I. Ca. 4.

**F**Ratres: Spectáculum facti su-  
mus mundo, & ángelis, & ho-  
mínibus. Nos stulti propter Chri-  
stum: vos autē prudentes in Chri-  
sto. Nos infirmi: vos autem fortes.  
Vos nóbiles: nos autem ignóbiles.  
Vsq̄ue in hanc horam & esurí-  
mus, & sitímus, & nudi sumus, &  
cólaphis cædimur, & instábiles  
sumus, & laborāmus operāntes  
mánibus nostris. Maledícimur: &  
benedícimus. Persecutióne páti-  
mur: & sustinēmus. Blasphemā-  
mur: & obsecrāmus. Tanquā pur-  
gamēta huius mundi facti sumus,

ómnium peripsēma vsq; adhuc.  
Nō vt cōfundā vos, hęc scribo: sed  
vt filios meos caríssimos móneo.  
In Christo Iesu Dómino nostro.

**Graduale.** Os iusti meditabitur <sup>Psal. 36.</sup>  
sapientiam, & lingua eius loquetur  
iudicium. **ψ.** Lex Dei eius in corde  
ip̄sius: & non supplantabuntur gres-  
sus eius. **Alleluia, alleluia.** **ψ.** Beatus <sup>Pf. 111.</sup>  
vir, qui timet Dominum, in manda-  
tis eius cupit nimis, alleluia.

**¶ Tempore Paschali omittitur  
Graduale, & additur sequens ψ.**  
Iustus germinabit sicut lilium, &  
florebit in æternum ante Dominum, <sup>Os. 14.</sup>  
alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**B**eatus vir, qui timet Dominum: in <sup>Pf. 111.</sup>  
mandatis eius cupit nimis. **ψ.** Potens  
in terra erit semen eius: generatio re-  
ctorum benedicetur. **ψ.** Gloria & di-  
uitiæ in domo eius: & iustitia eius  
manet in sæculum sæculi.

**Sequentia sancti euangélj  
secúndum Lucam.**

**I**N illo témpore: Dixit Iesus di- <sup>Cap. 12.</sup>  
scípulis suis. Nolíte timēre pu-  
sillus grex, quia complácuit patri  
vestro dare vobis regnum. Véndi-  
te quæ possidētis, & date eleemó-  
synam. Fácite vobis sácculos qui  
non veteráscunt, thesáurum non  
deficiéntem in cælis: quò fur non  
apprópiat, neque tinea corrúmpit.  
Vbi enim thesáurus vester est,  
ibi & cor vestrū erit.

Offer-



Psal. 20.

**Offertor.** In virtute tua, Domine, lætabitur iustus, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei. **Secreta.**

**P**restā nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut nostræ humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata sit honore sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet. Per Dominum.

Mat. 19.

**Communio.** Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus, omnipotens Deus: ut qui cælestia alimenta percipimus, intercedente beato N. confessore tuo, per hęc contra omnia aduersa muniamur. Per Dñm.

ITEM ALIA EPISTOLA ET  
Euang. pro confess. non pontif.

Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Philippenses.

Cap. 3.

**F**ratres: Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrificiam: ut & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est,

sed illam quæ ex fide est Christi Iesu, quæ ex Deo est iustitia in fide: ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionis illius: configuratus morti eius, si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis. Non quod iam acciperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam in quo & comprehensus sum à Christo Iesu.

Sequētia sancti euangēlij  
secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Cap. 19.

Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos. Negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderant eum: & miserunt legationem post illum, dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est, ut rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam: ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus, dicens. Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alter venit, dicens. Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit, dicens.



dicens. Dómine , ecce mna tua quam hábui, repósta est in sudário. Tímui enim te, quia homo austêrus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminâsti. Dicit ei. De ore tuo te iú dico serue nequam. Sciébas quòd ego homo austêrus sum, tollens quod nō pósui, & metens quod non seminâui: & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego véniens cum vsúris vtique exegissem illam? Et astántibus dixit. Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Dómine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dábitur, & abundábit: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.

**D E E O D E M**  
 Communi pro Abbatibus alia  
 Missa. Introitus. 6.

**S** iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius.

**Psalm.** Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. **ψ.** Gloria.

**Oratio.**

**I**ntercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti **N.** abbátis commēdet: vt, quod nostris méritis non

valêmus, eius patrocínio assequámur. Per Dóminum.

**Léctio libri Sapientíæ.**

**D**iléctus Deo & homínibus, cuius memória in benedictióne est. Símilé illū fecit in glória sanctórum, & magnificáuit eum in timóre inimicórum, & in verbis suis monstra placáuit. Glorificáuit eū in conspéctu regū, & iussit illi corā pópulo suo, & ostēdit illi glóriã suam. In fide & lenitâte ipsius sanctū fecit illū, & elégit eum ex omni carne. Audíuit enim vocē ipsius, & indúxit illum in nubē. Et dedit illi corā præcepta, & legem vitæ & disciplínæ.

**Graduale.** Dómine præuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. **ψ.** Vitam petiit à te, & tribuisti ei longitudiné dierum in sæculum sæculi. Alleluia, alleluia. **ψ.** Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur, alleluia.

**¶** Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens **ψ.** Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternū ante Dominum, allel.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**B**eatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. **ψ.** Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. **ψ.** Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Sequén-

Psalm. 36.



Ibidem.



Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.

**Cap. 19.** **I**n illo tempore: Dixit Simō Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sum⁹ te: quid ergo erit nobis? Iesus autē dixit illis. Amē dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me, in regeneratiōne cū sederit filius hōminis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Israēl. Et omnis qui reliquerit domū, vel fratres, aut sorores: aut patrē, aut matrē, aut vxōrem, aut filios, aut agros propter nomen meum; centuplum accipiet, & vitā æternam possidēbit.

**Psal. 20.** **Offertor.** Desiderium animæ eius tribuisti ei, Dñe: & voluntate labiorū eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

**Secreta.**

**S**acris altāribus, Dōmine, hostias superpōsitas sanctus **N.** abbas quæsumus, in salutē nobis prouenire depōscat. Per Dñm.

**Matt. 28** **Comm.** Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dñs super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. **Postcommunio.**

**P**rotegat nos, Dñe, cū tui perceptiōne sacramēti beātus **N.** abbas pro nobis intercedēdo: vt & cōuersatiōnis eius experiāmur insignia, & intercessiōnis ipsius percipiāmus suffrāgia. Per Dñm.

**I N C O M M V N I**

**V I R G I N V M .**

**P R O V I R G I N E**

**& martyre. Introitus. 5.**



quæ dilexi nimis.

**Psal.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. *ibidem.* Gloria.

**Oratio.**

**D**eus, qui inter cætera potētiae tuæ miracula, etiam in sexu fragili victōriam martyrij contulisti: concēde propitius: vt qui beātæ **N.** virginis & mārtyris tuæ natalitia cōlimus: per eius ad te exēpla gradiāmur. Per Dñm.

**Lectio libri Sapientia.**

**C**onfitēbor tibi Dōmine rex, & collaudābo te Deum saluatōrem meum. Confitēbor nōmini tuo: quōniā adiutor & protector factus es mihi: & liberāsti corpus meum à perditōne, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantium mendācium: & in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberāsti me secūdam multitudinem misericordiæ nōminis tui à rugiētib⁹ pręparatis ad escam: de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulatiōnum, quæ circūdedē-

runt



runt me. A pressúra flammæ, quæ circúndedit me: & in médio ignis non sum æstuâta. De altitúdine ventris ínferi, & à lingua coinquinâta, & à verbo mendáci, à rege íniquo, & à lingua iniústa. Laudâbit vsq̃ue ad mortem ánima mea Dñm: quóniam éruis sustinētes te, & líberas eos de máribus géntium, Dómine Dēus noster.

*Psal. 44.* **Graduale.** Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. *ψ.* Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ.

*Ibidem.* **A**lleluia, alleluia. *ψ.* Adducentur regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi in lætitia, alleluia.

**¶** **Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens *ψ.*** Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prosperè procede, & regna, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

*Psal. 44.* **V**eni sponsa Christi, accipe coronã, quam tibi Dominus præparauit in in æternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. *ψ.* Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ confortibus tuis. *ψ.* Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prosperè procede, & regna.

**Sequéntia sancti euangélij secúndum Matthæum.**

*Cap. 25.* **I**n illo tēpore: Dixit Iesus discípulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cælòrum de-

cem virgínibus: quæ accipiētes lámpades suas, exiérunt óbuiam sponso & sponsæ. Quinq; autem ex eis erant fátuæ, & quinque prudētes. Sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpserunt óleum secum. Prudētes verò accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Morã autem faciēte sponso, dormitauerunt omnes, & dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exíte óbuiam ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, & ornauerunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt. Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ extingúuntur. Respóderunt prudētes, dicētes. Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite pótius ad vendētes, & émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: & quæ parátæ erāt, intrauerunt cum eo ad núptias, & clausa est iánua. Nouíssimè verò véniunt & réliquæ vírgines, dicētes. Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, ait. Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.

**Offertor.** Afferentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi. *Psal. 44.*

**Secreta.**

**S**Vscipe, Dómine, múnera, quæ Sin beátæ **N.** vírginis & márti-

CC

ris



ris tuæ sollempnitâte defêrimus: cuius nos confidimus patrocínio liberâri. Per Dóminum.

*Ps. 118.* **Commun.** Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, in tuis iustificationibus, vt non confundar. **Postcommunio.**

**A**vxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: & intercedente beata N. vírgine & mártire tua, sempiterna faciant protectiône gaudere. Per Dóminum.

I T E M P R O  
Virgine & Mártire alia  
Missa. Introitus. 2.

*Ps. 118.*



E expectauerunt peccatores vt perderet me: testimonia tua, Domine, intellexi: omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

*Ps. 118.*

**Psalm.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. **V.** Gloria.

**Oratio.**

**I**ndulgentiam nobis, quæsumus, Dómine, beata N. virgo & martyr impleret: quæ tibi grata semper extitit, & mérito castitatis, & tuæ professiône virtutis. Per Dóminum.

**Lectio libri Sapientiae.**

*Ecl. 51.*

**D**omine Deus meus, exaltasti super terram habitatióem

meam, & pro morte defluente deprecata sum. Inuocaui Dóminum patrem Dómini mei, vt non derelinquat me in die tribulatiónis meæ, & in tempore superbórum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo illud in confessiône, & exaudita est oratio mea. Liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor tibi, & laudem dicam nómini tuo, Domine Deus noster.

**Graduale.** A diuabit eam Deus *Ps. 44.* vultu suo: Deus in medio eius non commouebitur. **V.** Fluminis impetus latificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.

**Alleluia, alleluia.** **V.** Hæc est virgo sapiens, & vna de numero prudentum, alleluia.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens V.**

O quam pulchra est casta generatio cum claritate, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**V**eni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. **V.** Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ confortibus tuis. **V.** Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna. *Ps. 44.*

**Sequens**



Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro: quæ qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum, simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum, simile est regnum cælorum sagene, missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum implêta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei. Etiam Domine. Ait illis. Ideo, omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

**Offert.** Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi. **Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine, beatæ **N.** virginis & martyris tuæ

dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**Communio:** Feci iudicium & iustitiam, Dñe, non calumnientur mihi superbi: ad omnia mandata tua dirigebam: omnem viam iniquitatis odio habui.

**Postcommunio.**

**D**ivini muneris largitate satiati, quæsumus, Domine Deus noster: ut intercedente beata **N.** virgine & martyre tua: in eius semper participatione viuamus. Per Dominum.

**I N C O M M U N I P L U R I U M**  
**Virginum & Martyrum.**

Omnia dicuntur ut supra pro vna Virgine & Martyre, excepta Oratione quæ dicitur ut sequitur, & Epistola, De virginibus præceptum Domini. quæ dicitur ut infra in Communi virgin. non Martyr. pagina 37.

**Oratio.**

**D**A nobis, quæsumus, Domine Deus noster: sanctarum virginum & martyrum tuarum **N.** & **N.** palmas incessabili veneratione venerari: ut quas dignamente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum nostrum Iesum Christum.



## Secreta.

**I**Ntende, quæsumus, Dómine, múnera, altáribus tuis pro sanctárum mártýrum & vírginum tuárum **N. & N.** festiuitáte propósita: vt sicut per hæc beáta mystéria illis glóriam contulísti, ita nobis indulgéntiam largiáris. Per Dóminum. **Postcommunio.**

**P**Ræsta nobis, quæsumus, Dómine, intercedéntibus sanctis martyribus atque vírginibus tuis: vt quód ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

**PRO VIRGINE**  
tantum. **Introitus. 8.**



**D**ilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.

**Psalm.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. **¶** Gloria. **Oratio.**

**E**Xaudi nos Deus salutáris noster: vt sicut de beáte **N.** vírginis tuæ festiuitáte gaudémus: ita piæ deuotiõnis erudiámur affectu. Per Dóminum nostrum.

**Lectio epístolæ beati Pauli**  
apóstoli ad Corínthios.

**F**Ratres: Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seípsum comméndat, ille pro-

bátus est: sed quem Deus coméndat. Vtinã sustinerétis módicum quid insipientiæ meæ: sed & supportâte me. Æmulor enim vos Dei emulatiõne. Despõdi enim vos vni viro, vírginem castam exhibere Christo.

**Graduale.** **S**pecie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna. **¶** Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. **A**lleluia, alleluia, **¶** Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia, alleluia.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens.**

**¶** Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna, alleluia.

**Post Septuagesimam. Tractus.**

**A**udi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. **¶** Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filiæ regum in honore tuo. **¶** Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi, **¶** Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.

**Euangelium.** **S**imile est regnum cælorum decem virginibus, vt supra in Missa Virg. & Mart. pag. 33.

**Offert.** Filiæ regum in honore tuo, astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

**Secre-**



## Secreta.

**A**ccépta tibi sit, Dñe, sacrátæ plebis oblátio, pro tuòrum honóre sanctòrum: quorū se méritis de tribulatióne percepisse cognóscit auxiliū. Per Dóminum.

*Mat. 25.* **Comm.** **Q**uinque; prudétes virgines acceperunt oleū in vasis suis cū lampadibus: media autē nocte clamor factus est, ecce sponsus venit: exite obviam Christo Dño. **Postcommun.**

**S**atiásti, Dñe, famíliam tuam munéribus sacris: eius, quæsumus, semper interuentiōne nos réfove, cuius sollémnia celebrámus. Per Dóminum.

ITEM PRO VIRGINE  
tantum alia Missa. Introitus. 2.

*Psal. 44.*

Vltū tuū deprecabūtur omnes diuītes plebis: adducuntur regi virgines post eā: proximæ eius adducuntur tibi in lætitia & exultatione. **Psal.**

*Ibidem.*

Eructavit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. **V.** Gloria. **Orat.**

**E**Xaudi nos Deus salutāris noster: vt sicut de beatæ **N.** virginis tuæ festiuitate gaudemus: ita piæ deuotiōnis erudiāmur affectu. Per Dóminum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corínthios.**

*1. Ca. 7.*

**F**Ratres: De virginibus præceptum Dñi non habeo: confi-

lium autem do, tanquam misericórdiam consecutus à Dño, vt sim fidélis. Exístimo enim hoc bonū esse propter instantē necessitatem, quóniam bonum est hómini sic esse. Alligatus es vxóri? noli quærere solutiōnē. Solutus es ab vxóre? noli quærere vxórem. Si autem accéperis vxórem: non peccásti. Et si núpserit virgo, non peccáuit. Tribulatiōnem tamen carnis habébunt huiúsimodi. Ego autē vobis parco. Hoc itaq; dico fratres, tempus breue est: Réliquum est, vt & qui habent vxóres, tanquam nō habentes sint: & qui flent, tanquā non flētes: & qui gaudent, tanquam nō gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtūtur hoc mundo, tanquā non vtāntur. Præterit enim figūra huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxóre est: solícitus est quæ Dómini sunt, quómodo pláceat Deo. Qui autē cū vxóre est, solícitus est quæ sunt mundi, quómodo pláceat vxóri: & diuisus est. Et múlier innúpta & virgo cógitat quæ Dñi sunt: vt sit sancta & corpore & spírítu. In Christo Iesu Domino nostro.

**Graduale.** **C**oncupiuit rex decoré tuum: quoniam est Dominus Deus tuus. **V.** Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. *Psal. 44.*

**Alleluia, allel. V.** Hęc est virgo sapiēs,



& vna de numero prudentum, allel.

**¶** Tempore Paschali omittitur  
 Sap 4. Graduale, & additur sequens  $\psi$ . O  
 quàm pulchra est casta generatio cū  
 claritate, alleluia.

Post Septuagesimam, Tractus.

Psal. 44. **A** udi filia, & vide; & inclina aurem  
 tuam: quia concupiuit rex speciem  
 tuam.  $\psi$ . Vultum tuum deprecabūtur  
 omnes diuites plebis: filia regum in  
 honore tuo.  $\psi$ . Adducentur regi vir-  
 gines post eam: proximæ eius afferē-  
 tur tibi.  $\psi$ . Afferentur in lætitia & ex-  
 ultatione: adducētur in tēplum regis.

**Euangelium.** Simile est regnum  
 cælorū thesauro abscondito, vt supra  
 in Missa Virg. & Mart. pag. 35.

Psal. 44. **Offert.** Afferentur regi virgines post  
 eam, proximæ eius afferentur tibi, in  
 lætitia & exultatione: adducentur in  
 templum regi Domino. **Secreta.**

**A** ccepta tibi sit, Dñe, sacrata  
 plebis oblatio, pro tuorū ho-  
 nōre sanctōrum: quorum se mēri-  
 tis de tribulatiōne percepisse co-  
 gnōscit auxiliū. Per Dōminum.

Mat. 13. **Commun.** Simile est regnum cæ-  
 lorum homini negotiatori quærenti  
 bonas margaritas: inuenta autē vna  
 pretiosa margarita, dedit omnia sua,  
 & comparauit eam. **Postcommun.**

**S** atiasti, Dōmine, familiā tuam  
 munēribus sacris: eius, quæsu-  
 mus, semper interuentiōne nos  
 réfoue, cuius sollēmnia celebrā-  
 mus. Per Dōminum.

I N C O M M V N I

N O N V I R G I N V M.

P R O V N A M A R T Y R E

non Virgine. Introitus. 2.



E expectauerūt pec-  
 catores vt perderēt  
 me: testimonia tua,  
 Dñe, intellexi: om-  
 nis consummationis  
 vidi finem: latū mā-  
 datum tuum nimis. **Psal.** Beati <sup>Pf. 118.</sup>

immaculati in via, qui ambulant in le-  
 ge Domini.  $\psi$ . Gloria. **Oratio.**

**D** eus, qui inter cætera potén-  
 tiæ tuæ miracula, étiam in  
 sexu fragili victōriam martyrij  
 contulisti: concède propitius: vt  
 qui beatæ **N.** mārtyris tuæ natali-  
 tia cōlimus, per eius adte exēpla  
 gradiāmur. Per Dōminum.

**Si fuerint plures.** **Oratio.**

**D** a nobis, quæsumus, Dñe  
 Deus noster, sanctarū mār-  
 tyrum tuarū **N.** & **N.** palmas in-  
 cessabili veneratiōne venerari: vt  
 quas digna mente non pōssumus  
 celebrāre, humilibus saltem fre-  
 quentēmus obsequiis. Per Dñm.

**Epist.** Confitebor tibi Dñe rex. vt  
 sup. in Missa Virg. & Mart. pa. 32.

**Graduale.** Dilexisti iustitiam, &  
 odisti iniquitatem.  $\psi$ . Propterea vn-  
 xit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ. <sup>Psal. 44.</sup>

**A** lleluia, alleluia.  $\psi$ . Specie tua, &  
 pulchritudine tua: intende, prosperē  
 procede, & regna, alleluia. <sup>ibidem.</sup>

**¶** Tem-



**¶** Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens *ψ*.

*Psal. 44.* Propter veritatem & mansuetudinē, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

Veni sponsa Christi, accipe coronam quam tibi Dñs præparauit in eternū: pro cuius amore sanguinē tuum fudisti. *ψ*. Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatē: propterea vixit te De<sup>9</sup>, Deus tuus, oleo latitię præ cōfortibus tuis. *ψ*. Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prosperē procede, & regna.

*ibidem.*

**-Euangel.** Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. *vt supra, pagina 35.*

*Psal. 44.*

**Offertor.** Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te De<sup>9</sup> in eternū, & in sæculū sæculi, allel. **Secreta.**

**S**uscipe, Dñe, múnera, quæ in beátæ **N.** mártiris tuæ sollēnitātē deférimus: cuius nos confidimus patrocínio liberári. Per dñm.

**Si fuerint plures. Secreta.**

**I**ntēde, quæsumus, Dómine, múnera, altáribus tuis pro sanctárum mártirum tuárum **N.** & **N.** festiuitate propósita, vt sicut per hæc beáta mystéria illis glóriá contulísti, ita nobis indulgéntiam largiáris. Per Dóminum.

*Psal. 118.* **Commun.** Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum: lætabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa.

**Postcommunio.**

**A**uxiliéntur nobis, Dómine, assumpta mystéria: & intercedente beáta **N.** mártire tua: sempiterna fáciant protectiōne gaudere. Per Dóminum.

**Si fuerint plures. Postcommunio.**

**P**ræsta, nobis, quæsumus, Dómine, intercedéntibus sanctis martyribus tuis: vt quod ore contingimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

P R O N E C

Virg. nec Martyre

Introitus. 3.



Ognoui Dñe quia *ψ. 118.* equitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas, à mandatis tuis timui.

**Psal.** Beati immaculati in via, qui *ibidem.* ambulant in lege Domini. *ψ*. Gloria.

**Oratio.**

**E**xáudi nos Deus salutáris noster: vt sicut de beátæ **N.** festiuitate gaudémus: ita piæ deuotiōnis erudiámur affectu. Per Dóminum nostrum.

**Lectio libri Sapiéntiæ.**

**M**ulierem fortem quis inueniet? *Pro. 31.* Procul, & de vltimis finibus prétiū eius. Confidit in ea cor viri sui: & spóliis nō indigēbit. Reddet ei bonum, & nō malum,



omnibus diēbus vitæ suæ. Quæsi-  
uit lanā & linū: & operāta est con-  
filio manūū suārū. Facta est quasi  
nauis institōris de longē portās pa-  
nem suū. Et de nocte surrēxit, dē-  
ditque prædam domēsticis suis: &  
cibaria ancillis suis. Considerāuit  
agrū, & emit eū: de fructu manūū  
suārū plantāuit vineam. Accin-  
xit fortitudine lumbos suos: & ro-  
borāuit brāchiū suum. Gustāuit  
& vidit, quia bona est negotiatio  
eius: non extinguetur in nocte lu-  
cerna eius. Manum suam misit ad  
fortia: & dīgiti eius apprehendē-  
rūt fufum. Manū suā apēruit ino-  
pi: & palmas suas extēdit ad pau-  
perem. Non timēbit dōmū suæ a-  
frigoribus niuis: omnes enim do-  
mēstici eius vestiti sunt duplici-  
bus. Stragulātam vestem fecit sibi;  
byssus & pūrpura indumentum  
eius. Nōbilis in portis vir ei⁹, quā-  
do sederit cum senatoribus terræ.  
Sīndonem fecit & vēdidit, &  
cīngulū tradidit Chananeo. For-  
titudo & decōr indumētum eius,  
& ridēbit in diē nouissimo. Os  
suum apēruit sapiētię: & lex cle-  
mētię in lingua eius. Considē-  
rāuit sēmitas domus suæ: & panē  
otiōsa non comēdit. Surrexerunt  
filij eius, & beatissimam prædica-  
uerunt: vir eius, & laudāuit eam.  
Multæ filiæ congregauerunt di-  
uitias: tu supergressa es vniuersas.

Fallax grātia, & vana est pulchri-  
tudo: mulier timens Dōminum,  
ipsa laudabitur. Date ei de fructu  
manuum suarum: & laudent eam  
in portis opēra eius.

**Gradual.** Diffusa est gratia in la-  
biis tuis, propterea benedixit te Deus  
in æternū. *ψ.* Propter veritatē, & mā-  
suetudinē, & iustitiā, & deducet te mi-  
rabiliter dextera tua. **Alleluia, allel. *ψ.***  
Specie tua, & pulchritudine tua: intē-  
de, prosperē procede, & regna, allel. *ibidem.*

**Tempore Paschali omittitur  
Graduale, & additur sequens *ψ.***

Propter veritatem, & mansuetudi-  
nem, & iustitiam, & deducet te mira-  
biliter dextera tua, alleluia. *ibidem.*

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**A**udi filia, & vide, & inclina aurem  
tuam: quia concupiuit rex speciē tuā. *ibidem.*

*ψ.* Vultum tuum deprecabuntur om-  
nes diuites plebis: filiæ regum in ho-  
nore tuo. *ψ.* Adducentur regi virgi-  
nes post eam: proximæ eius afferētur  
tibi. *ψ.* Afferentur in lætitia, & exulta-  
tione: adducentur in templum regis.

**Euangelium.** Simile est regnum  
cælorum thesauro abscondito in agro.  
vt supra, pagina 35.

**Offertor.** Diffusa est gratia in la-  
biis tuis: propterea benedixit te Deus  
in æternum, & in sæculum sæculi. *Psal. 44.*

**Secreta.**

**A**ccēpta tibi sit, Dñe, sacratæ  
plebis oblatio, pro tuōrum  
honōre sanctōrum, quorū se mēri-  
tis de-



tis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

*Psal. 44.* **Comm.** Diluxisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vixit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ confortibus tuis. **Postcommunio.**

**S**atiasti, Domine, familiam tuam munèribus sacris: eius, quæsumus, semper interuentione nos refoue, cuius sollèmnia celebramus. Per Dominum.

ITEM ALIA EPISTOLA  
pro vidua.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Timotheum.

*1. Ca. 5.* **C**arissime: Viduas honora: quæ verè viduæ sunt. Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet: discat primùm domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem verè vidua est & desolata: speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die. Nam quæ in deliciis est: viuens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet: fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnus viri vxor, in operibus bonis testimoniũ habes: si filios educauit, si hospitio recèpit, si sancto-

rum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrãuit: si omne opus bonum subsecuta est.

IN ANNIVERSARIO  
Dedicationis Ecclesiæ.

Introitus. 2.



Erribilis est locus iste: hic domus Dei est, & porta cæli: & vocabitur aula Dei. *Gen. 28.*

**Psalm.** Quam dilecta tabernacula tua *Psal. 83.*

Dñe virtutum! concupiscit, & deficit anima mea in atria Dñi. *7.* Gloria.

Oratio.

**D**eus, qui nobis per singulos annos, huius sancti tēpli tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysteriis repræsentas incolumes: exaudi preces populi tui, & presta: vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur. Per Dominum.

Lectio libri Apocalypsis beati Iohannis apostoli.

**I**n dièbus illis: Vidi ciuitatem sanctam Hierusalèm nouam descendentem de cælo, à Deo paratam, sicut sponsam ornata viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis: *Cap. 21.*



erit eorū Deus. Et abstérget Deus omnem láchrymam ab óculis eorū: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abiérunt. Et dixit qui sedēbat in throno: Ecce noua faciō ómnia.

**Graduale.** Locus iste à Deo factus est, inæstimabile sacramentum, irreprehensibilis est. *ŷ.* Deus, cui astat angelorum chorus, exaudi preces seruatorum tuorum. **A**lleluia, alleluia. *ŷ.*

*Pf. 137.* Adorabo ad templum sanctū tuum, & confitebor nomini tuo, alleluia.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens ŷ.**

*Math. 7.* Bene fundata est domus Domini, super firmam petram, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

*Pf. 124.* **Q**ui confidunt in Dño, sicut mons Sion, non cōmouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalē. *ŷ.* Mōtes in circuitu eius, & Dñs in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsq; in saculum.

**Sequētia sancti euangélij secūndum Lucam.**

*Cap. 19.* **I**n illo tēpore: Ingréssus Iesus perambulābat Iericho. Et ecce vir nómine Zachæus: & hic erat princeps Publicanōrum, & ipse diues. Et quærēbat vidēre Iesum quis esset: & non póterat præ turba, quia statūra pusillus erat. Et præcurrens ascēdit in árbōrem sycomōrum vt vidēret eum: quia inde erat transitūrus. Et cum ve-

nisset ad locū, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum. Zachæe, festinans descēde: quia hódie in domo tua opórtet me manēre. Et festinans descēdit: & excēpit illū gaudens. Et cūm vidērent omnes, murmurābant, dicētes, quòd ad hóminem peccatōrem diuertisset. Stans autem Zachæus dixit ad Iesum. Ecce dimidiū bonorū meorum, Dómine, do paupéribus: & si quid áliquem defraudāui, reddo quádruplum. Ait Iesus ad eum. Quia hódie salus dómui huic facta est: eò quòd & ipse sit filius Abraham. Venit enim filius hóminis quærere, & saluum facere quod perierat.

**Et dicitur Credo.**

**Offert.** Dñe De<sup>9</sup> in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa: & populum tuū, qui repertus est, vidi cum ingenti gaudio: Deus Israel custodi hanc voluntatē, Dñe Deus. **Secreta.**

**A**nnue, quæsumus, Dómine, précibus nostris: vt quicunque intra tēpli huius, cuius anniuersarium dedicatiōnis diem celebrāmus, ambitū continēmur: plena tibi atque perfectā cōrporis & animæ deuotiōne placeāmus: vt dum hæc vota præsentia reddim<sup>9</sup>, ad æterna præmia, te adiuuante, peruenire mereāmur. Per Dñm.

**Communio.** Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit: & qui

quærit,



quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

**Postcommunio.**

**D**eus, qui de uiuis & eléctis lapidibus ætérnum maieftáti tuæ præparas habitáculum: auxiliáre pópulo tuo supplicánti: vt quod ecclésiæ tuæ próficit corporalibus spátiis, spirituálibus amplificétur augméntis. Per Dñm.

inuocántibus nomen tuum, defénsiõnis tuæ sentiátur auxiliũ.

Per Dóminum. **Postcommunio.**

**Q**uæsumus, omnípotés Deus: vt in hoc loco, quem nómini tuo indigni dedicauimus, cunctis peténtibus aures tuæ pietátis accómmodes. Per Dóminum.

**I N F R A O C T A V A M**

**D**edicationis Ecclesiæ, & die octaua dicitur Missa vt supra in Anniuersario Dedicationis Ecclesiæ. Sed infra Octauam secunda Oratio dicitur de S. Maria, **C**oncede. **t**ertia Ecclesiæ. vel pro Papa.

**I**n ipsa die **D**edicat. Ecclesiæ Missa dicitur vt sup. in Anniuersario **D**edicat. exceptis Orat. quæ dicuntur vt sequitur. Et dicitur **C**redo. **O**ratio.

**D**eus, qui inuisibíliter ómnia contémnes, & tamé pro salúte generis humáni signa tuæ potétia: visibíliter osténdis: téplum hoc poténtia tuæ inhabitatiõnis illústra: & concède: vt omnes, qui huc deprecáturi cõueniunt, ex quacúnq; tribulatiõne ad te clamauerint, consolatiõnis tuæ beneficia cõsequántur. Per Dñm. **S**ecreta.

**D**eus, qui sacrandõrũ tibi auctor es múnery, effunde super hanc oratiõnis domũ benedictiõnẽ tuam: vt ab ómnibus in ea.

**I**N IPSA DIE DEDICATIONIS altaris, totum officium agitur vt supra in Anniuersario **D**edicat. Ecclesiæ, præter Orat. loco quarum dicuntur sequentes. Et dicitur **C**redo. **O**ratio.

**D**eus, qui ex omni coaptatiõne sanctõrum, ætérnum tibi condis habitáculum: da ædificatiõni tuæ increménta cæléstia: vt quorum hic reliquias pio amõre: cõpléctimur, eõrum semper méritis adiuuémur. Per Dóminum.

**S**ecreta.

**O**Mnípotés sempitérne Deus, altáre hoc nómini tuo ædificátũ cæléstis virtútis benedictiõne sanctífica, & ómnibus in te sperántibus auxiliij tui munus osténde: vt & hic sacramentõrum virtus, & votõrum obtineátur effectus. Per Dñm. **P**ostcommun.

**Q**uæsumus omnípotés Deus: vt in hoc loco nómini tuo dedicáto cunctis peténtibus aures tuæ pietátis accómmodes. Per Dóminum nostrum.



¶ Sequentes Missæ votiua, licet pro sacerdotis deuotione quacunque die dici possint per hebdomadam, quando festum duplex non occurrit (quod tamen passim nisi rationabili de causa fieri non debet, sed quoad fieri potest, Missa cum officio conueniat) cuique tamen diei propria Missa potest assignari: vt Feria ij. (nisi dicatur pro defunctis) Missa de Trinitate. Feria iij. de angelis. Feria iiij. de Apostolis. Feria v. de Spiritu sancto. Feria vj. de Cruce. Sabbatho de S. Maria. In ipsis non dicitur Gloria in excelsis. nec Credo. nisi Missa dicatur pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa. In Missa autem S. Trinitatis, & in Missa B. Mariæ, & in Missa Angelorum, dicitur tantum Gloria in excelsis.

M I S S A D E  
Sancta Trinitate. Introitus. 8.



Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Tob. 12.

Psal. 8.

Psal. Domine Dñs noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! ¶ Gloria. Et dicitur Gloria in excelsis.

Oratio.

Omnípotēs sempitérne Deus, qui dedísti famulis tuis in

cōfessione veræ fidei æternæ Trinitatis glóriam agnóscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatē: quæsumus: vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniámur aduersis. Per Dóminum.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios

**F**Ratres: gaudete, perfecti estote, exhortamini, idē sapiate, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Grátia Dñi nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis, Amen. Cap. 13.

Gradual. Benedictus es Dñe, qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim. ¶ Benedictus es Dñe in firmamento cæli, & laudabilis in sæcula. Dan. 3.

Alleluia, allel. ¶ Benedictus es Dñe Deus patrum nostrorum, & laudabilis in sæcula, alleluia.

¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, vsque ad primum Alleluia, & additur alius Versus, vt sequitur. ¶ Benedicamus patrem & filium, cum sancto spiritu, alleluia.

Post Septuagesimam, Tractus. Te Deū patrē ingenitum, te filium vnigenitum, te spiritū sanctū paraclitum, sanctam & indiuiduā Trinitatē, toto corde cōfitemur, laudamus, atq; benedicim⁹. ¶ Quoniã magn⁹ es tu, & faciēs mirabilia, tu es De⁹ solus. ¶ Tibi la⁹, tibi gloria, tibi gratiarũ actio, in sæcula sēpiterna, ô beata Trinitas.

Sequén-



Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.

**I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis, qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagógis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitrêtur se obsequium præstare Deo. Et hæc facient vobis: quia non nouerunt patrem, neque me. Sed hæc locutus sum vobis: vt cum venerit hora, eorum remiscamini, quia ego dixi vobis.

**Offertor.** Benedictus sit Deus pater, vnigenitusque Dei filius, sanctus quoque spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam.

**Secreta.**

**S**anctifica, quæsumus, Domine Deus noster, per tui sancti nominis inuocationem, huius oblationis hostiam, & per eam nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Præfatio:** Qui cum vnigenito.

**Communio.** Benedicimus Deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam.

**Postcommunio.**

**P**roficiat nobis ad salutem corporis & anime, Domine Deus noster, huius sacramenti susceptio: & sempiternæ sanctæ Trinitatis, eiusdemque indiuiduæ unitatis confessio. Per Dominum.

**Tempore Paschali in fine Introitus, in fine Offertorij, & Communionis, tam in superiori, quam in sequentibus Missis vbi non habetur, additur alleluia.**

**PRO GRATIARVM**  
actione dicitur Missa de S. Trinitate, vel de Spiritu sancto, vel de sancta Maria, additis sequentibus Orationibus. **Oratio.**

**D**eus, cuius misericordiæ non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus, piissimæ maiestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes: vt qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad præmia futura disponas. Per Dominum.

**Secreta.**

**O**dorem, Domine, sacrificij huius cum gratiarum actionibus suscipe suauitatis, & præsta: vt quos exaudire, & incolumes seruare dignatus es: ab omni in posterum aduersitate custodias: & in tuo seruitio, & amore concrescant. Per Dominum.

**Post-**



## Postcommunio.

**D**Eus, qui néminē in te sperā-  
tem, nímium afflígi permít-  
tis, sed piū précibus præstas audí-  
tū: pro postulatióibus nostris, vó-  
tis que suscéptis grátias ágimus, te  
piússime deprecántes: vt per hæc,  
quæ sumpsimus; à cunctis éripi  
mereámur aduérfis. Per Dñm.

## M I S S A D E

## Angelis. Introitus. 3.

Pf. 102.



Benedicite Dominum  
omnes angeli eius,  
potentes virtute: qui  
facitis verbum eius,  
ad audiendam vocem

ibidem.

sermonum eius. **Psal.** Benedic anima  
mea Domino, & omnia que intra me  
sunt, nomini sancto eius. **ψ.** Gloria.  
**Et dicitur G**loria in excelsis Deo.

## Oratio.

**D**Eus, qui miro órdine ange-  
lórū ministéria, hóminumq;  
dispénfas: concède propítius, vt  
quibus tibi ministrántibus in celo  
semper assistitur, ab his in terra  
vita nostra muniátur. Per Dñm.

**Léctio libri Apocalypsis beáti Io-  
ánnis apóstoli.**

cap. 5.

**I**N diēbus illis: Audíui vocē an-  
gelórū multórū in circúitu  
thróni & animáliū & seniórū:  
& erat númerus eórū míllia míl-  
lium, dicéntium voce magna. Di-  
gnus est agnus qui occísus est, ac-

cíperere virtútem, & diuinitátem,  
& sapiéntiam, & fortitúdinem, &  
honórem, & glóriam, & benedi-  
ctiõnem. Et omnem creatúrā  
quæ in celo est, & super terram, &  
sub terra, & quæ sunt in mari, &  
quæ in eo: omnes audíui dicentes.  
Sedénti in thróno, & agno, bene-  
dictio, & honor, & glória, & po-  
téstas in sæcula sæculórū. Et quá-  
tuor animália dicébant: Amen Et  
vigintiquátuor senióres cecidé-  
runt in facies suas, & adorauerunt  
viuentem in sæcula sæculórum.

**Gradual.** **L**audate Dominum de **Pf. 148.**  
cælis, laudate eum in excelsis. **ψ.** Lau-  
date eum omnes angeli eius, laudate  
eum omnes virtutes eius.

**A**lleluia, alleluia. **ψ.** In conspectu an- **Pf. 137.**  
gelorum psallam tibi, adorabo ad  
templum sanctum tuum, & confite-  
bor nomini tuo, alleluia.

**¶** **Tempore Paschali omittitur  
Graduale, & additur sequens ψ.**

Angelus Domini descendit de celo, **Mat. 28.**  
& accedens reuoluit lapidem, & se-  
debat super eum, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**B**enedicite Dominum omnes angeli **Pf. 102.**  
eius: potentes virtute, qui facitis ver-  
bum eius. **ψ.** Benedicite Domino **ibidem.**  
omnes virtutes eius: ministri eius,  
qui facitis voluntatem eius. **ψ.** Bene- **ibidem.**  
dicite Domino omnia opera eius, in  
omni loco dominationis eius bene-  
dic anima mea Domino.

Sequén-



Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Ioānnem.

**Cap. 1.** **I**N illo tēpore: Vidit Iesus Nathanaél veniētem ad se: & dicit de eo. Ecce verè Israēlīta, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanaél. Vnde me nosti? Respōdit Iesus, & dixit ei. Priúsq̄a te Philippus vocāret, cūm essēs sub ficu, vidi te. Respōdit ei Nathanaél, & ait. Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israēl. Respōdit Iesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his vidēbis. Et dicit ei. Amen, amen dico vobis, vidēbitis cælum apértum, & angelos Dei ascendētes & descendētes supra filium hóminis.

**Aper. 3.** **Offert.** Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua: & data sunt ei incensa multa: & ascendit fumus aromatum de manu angeli in conspectu Dei.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Dómine, laudis offerimus, suppliciter deprecāntes: vt eásdem angélico pro nobis interueniēte suffrágio, & placātus accípias, & ad salútem nostram prouenīre concēdas. Per Dóminum nostrum.

**Communio.** Angeli, Archangeli, Principatus, & Potestates, Virtutes cælorum, Dominationes, & Throni, Cherubim atque Seraphim, Dóminum benedicite in æternum.

## Postcommunio.

**R**eplēti, Dómine, benedictiōne cēlesti, suppliciter implorāmus: vt quod fragili celebrāmus officio, sanctōrū Angelōrum atq; Archangelōrum nobis prodēsse sentiāmus auxilio. Per Dñm.

**¶** Alia Missa votiuā de sancto Michaële archágelō, prout in eius Dedicatiōe, mense Septembri.

M I S S A V O T I V A  
de SS. Apostolis Petro &  
Paulo. Introitus. 2.

Ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Ps. 138.

**Psalm.** Dominè probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ibidem. **V.** Gloria patri.

**Oratio.**

**D**eus, cuius dēxtera beātum Petrum ambulāntem in flúctibus, ne mergerētur, erexit; & coapóstolum eius Paulum tertio naufragāntem de profúndo pélagi liberāuit: exáudi nos propítius, & concēde: vt ambōrum méritis, æternitātis glóriam cōsequāmur. Qui viuis & regnas.

**Lectio áctuum Apostolōrum.**

**I**N diēbus illis: Per manus apostolōrum fiēbant signa & prodígia multa in plebe. Et erāt vnánimiter Cap. 5.



nímiter omnes in pórticu Salomónis. Cæteròrum autem nemo audêbat se coniúgere illis: sed magnificâbat eos pópulus. Magis autem augebâtur credentium in Dómino multitúdo viròrum ac mulierum: itavt in plâteas eicírent infirmos, & pónent in léctulis & grabátis: vt veniente Petro, saltem vmbra illíus obumbrâret quenquam illòrum, & liberaréntur ab infirmitátibus suis. Concurrêbat autem & multitúdo vicinârum ciuitátum Hierusalém, afferéntes ægros, & vexátos à spírítibus immúndis: qui cûrabântur omnes.

*psal. 44.* **Graduale.** Constitues eos principes super omnem terram: meiores erunt nominis tui Domine. *psal. 138.* *psal. 138.* Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. **A**lleluia, alleluia. *psal. 138.* Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

*psal. 125.* **Q**ui seminant in lachrymis, in gaudio metent. *psal. 125.* Euntes ibant & flebát, mittentes semina sua. *psal. 125.* Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

**Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Matthæum.**

*cap. 19.* **I**N illo témpore: Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus ómnia, & secúti sumus te:

quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quòd vos, qui secúti estis me, in regeneratione, cum sèderit filius hóminis in sede maiestâtis suæ, sedébitis & vos super sedes duódecim, iudicâtes duódecim tribus Israél. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrê, aut matrem, aut vxórem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accípiet, & vitam ætérnam possidêbit.

**Offertorium.** *psal. 118.* In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

**Secrera.**

**O**fferimus tibi, Dómine, preces & múnera: quæ, vt tuo sint digna còspéctu, apostolòrum tuòrum Petri & Pauli précibus adiuuémur. Per Dóminum.

**Communio.** *Mat. 19.* Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel.

**Postcommunio.**

**P**Rótege, Dómine, pópulum tuum, & apostolòrum tuòrum Petri & Pauli patrocínio confidentem, perpétua defensióne còserua. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

**T**émpore Paschali dicitur Missa vt in festo sancti Marci, præter Orationem, Epistolam, & Euangelium, quæ dicuntur vt suprâ.



M I S S A D E

Spiritu sancto.

Introitus. 8.



Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.

cap. 1.

psal. 67.

**Psalm.** Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. **v.** Gloria. **Oratio.**

**D**eus, qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum. in unitate eiusdem.

**Lectio actuum Apostolorum.**

cap. 8.

**I**n diebus illis: Cum audissent apostoli qui erant Hierosolymis, quia recepit Samaria verbum Dei: miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum.

psal. 52.

**Graduale.** Beata gens, cuius est Dominus Deus eorum: populus quem elegit Dominus in hereditatem sibi. **v.** Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Wegen  
sclitur.

**A**lleluia, alleluia. **v.** Veni sancte spi-

ritus: reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende, alleluia.

**¶** Tempore Paschali omittitur **Graduale, & additur sequens v.**

Emitte spiritum tuum, & creabuntur: **ps. 109.** & renouabis faciem terrae, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terrae. **v.** **ibidem.**

O quam bonus & suavis est, Domine, spiritus tuus in nobis. **v.** Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

**Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Si quis diligit me, **Cap. 14.**

sermone meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me, patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus autem, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quaecumque dixerero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique,

DD

quia



quia vado ad patrē: quia pater maior me est. Et nūc dixi vobis, priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credātis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquā. Sed, vt cognōscat mundus, quia diligo patrē: & sicut mādātum dedit mihi pater, sic facio.

*Psal. 67.* **Offertor.** Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis: à templo sancto tuo, quod est in Hierusalem, tibi offerēt reges munera. **Secreta.**

**M**Vnera, quæsumus, Dñe, oblāta sanctīfica: & corda nostra sancti Spiritus illustratiōne emūnda. Per Dōminum. in vnitāte eiūsdem.

**Præfat.** Qui ascendens super omnes cælos.

*Aff. 2.* **Communio.** Factus est repente de cælo sonus aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedētes: & repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia Dei,

**Postcommunio.**

**S**Ancti spiritus, quæsumus, Dōmine, corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersiōne fœcūndet. Per Dōminum. in vnitāte eiūsdem.

AD POSTULANDVM  
gratiā Spiritus sancti, dicitur Missa vt suprā, cum sequentibus Orati onibus.

**Oratio.**

**D**Eus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum: purifica per infusiōnem sancti Spiritus cogitatiōnes cordis nostri: vt te perfectē diligere, & dignē laudāre mereāmur. Per Dñm. in vnitāte eiūsdem. **Secreta.**

**H**Æc oblātio, quæsumus, Dōmine, cordis nostri maculas emūndet: vt sancti Spiritus digna efficiātur habitatio. Per Dōminum. in vnitāte eiūsdem.

**Postcommunio.**

**C**oncēde, quæsumus, omnipotens Deus, sanctum nos spiritum votis promereri sedulis: quatenus eius grātia, & ab omnibus liberēmur tentatiōnibus, & peccatōrum nostrōrum indulgentiam mereāmur accipere. Per Dōminum. in vnitāte eiūsdem.

**P**otest etiā in hac quinta Feria dici Missa votiua de sanctissimo Sacramento, quæ habetur in eius festo.

M I S S A D E  
sancta Cruce.

**Introitus. 4.**



**N**Os autem gloriari oportet in cruce Dñi nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita & resurrectio nostra: per quem saluati & liberati sumus. *Gal. 6.*

**Psalm.**



Psal. 66.

**Psal.** Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultū suum super nos, & misereatur nostri. *ŷ.*  
Gloria patri. **Oratio.**

**D**EUS, qui vnigēniti filij tui pretiōso sāguine, viuificā crucis vexillum sanctificāre voluisti: concēde, quęsumus, eos, qui eiūsdem sanctę Crucis gaudent honōre, tua quoque vbique protectiōne gaudēre. Per eūdem.

**Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippēses.**

Cap. 2.

**F**RATRES: Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illū: & donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nōmine Iesu omne genu flectatur, cęlestium, terręstrium, & infernōrum: & omnis lingua confiteatur, quia Dōminus Iesus Christus in glōria est Dēi patris.

Phil. 2.

**Gradual.** Christus factus est pro nobis obediēs vsq; ad mortē: mortē autē crucis. *ŷ.* Propter quod & Deus exaltauit illū: & dedit illi nomen, quod est super omne nomē. **A**lleluia, all. *ŷ.* Dulce lignū, dulces clauos, dulcia ferēs pōdera: quę sola fuisti digna sustinere regē cęlorum, & Dñm, alleluia.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens ŷ.**

Psal. 95.

Dicite in gentibus, quia Dōminus regnauit à ligno, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**A**doramus te Christe, & benedicimus tibi: quia per crucem tuam redemisti mundum. *ŷ.* Tuam crucem adoramus Domine, tuam gloriosam recolimus passionem: miserere nostri, qui passus es pro nobis. *ŷ.* O crux benedieta, quę sola fuisti digna portare regem cęlorum & Dominum.

**Sequētia sancti euangēlij secūndum Matthæum.**

**I**n illo tēpore: Assumpsit Iesus duōdecim discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce, ascēdimus Hierosōlymam, & filius hōminis tradētur Principibus Sacerdōtum & Scribis, & condemnābunt eum morte, & tradent eum Gētibus ad illudēdum, & flagellāndum, & crucifigēdum: & tertia die resurget. Cap. 20.

**Offertor.** **P**rotege, Domine, plebem tuam per signum sanctę crucis, ab omnibus insidiis inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus feruitutem, & acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum.

**Secreta.**

**H**ęc oblatio, quęsumus, Dōmine, ab omnibus nos purget offēnsis: quę in ara crucis immolāta, etiā totiūs mundi tulit offēnsam. Per Dōminum nostrū Iesum Christum filium tuum.

**Præfatio.** Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti.



**Cómun.** Per signum crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

**Postcommunio.**

**A** Désto nobis, Dñe Deus noster: & quos sanctę crucis letari facis honore, eius quoq; perpetuis defēde subsidiis. Per Dñm.

**¶** Tempore Paschali, loco primę Orationis, dicitur sequens. **Orat.**

**D**Eus, qui pro nobis filium tuū crucis patibulum subire voluisti, vt inimici a nobis expelleres potestatem: cōcēde nobis famulis tuis: vt resurrectionis grātiam consequāmur. Per eundem Dōminum nostrum.

Et ad Introitum, Offertorium, & Communionem, additur alleluia, vt supra in propria rubrica dictum est, pag. 45.

**ALIA MISSA DE  
Passione Domini nostri  
Iesu Christi.**

**Introitus.**



**H**umiliauit semetipsum Dominus Iesus Christus vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.

**Psalm.** Misericordias Domini in æternum cantabo: in generatione & generationem. **¶** Gloria.

**Oratio.**

**D**omine Iesu Christe, qui de cælis ad terram de sinu patris descendisti, & sanguinē tuum pretiōsum in remissionem peccatorum nostrōrū fudisti: te humiliter deprecāmur: vt in die iudicij, ad dexteram tuam audire mereāmur, venite benedicti. Qui viuis.

**Lectio Zacharię prophętę.**

**H**ęc dicit Dōminus: Effundam super domum Dauid, & super omnes habitantes Hierusalēm, spīritum grātię, & miserationis: & aspicient in eum quem confixerunt: & plangent eū placentu quasi super vnigēnitum: & dolēbunt super eum, vt doleri solet in morte primogēniti. In illa die erit plāctus magnus in Hierusalēm: & dicētur. Quid sunt plagę istę in medio mānuū tuārum? Et dicet. His plagatus sum in domo eōrum, qui diligēbant me. Frāmea suscitāre super pastōrem meum, & super virum cohārēntem mihi, dicit Dōminus exercituum: Percute pastōrem, & dispergētur oves. Ait Dominus omnipotens.

**Graduale.** Improperium expectauit cor meum, & miseriam: & sustinui, qui simul mecum contristaretur, & non fuit: consolantem me quæsiui, & non inueni. **¶** Dederūt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt



me aceto. Alleluia, alleluia. *ψ.* Auerex noster: tu solus nostros es miseratus errores: patri obediens, ductus es ad crucifigendum: vt agnus mansuetus ad occisionem, alleluia.

**Tempore Paschali, Gradualio-misso, ad *ψ.* cum alleluia, additur sequens *ψ.*** Tibi gloria ofanna: tibi triumphus & victoria, tibi summæ laudis & honoris corona, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

*1/a. 53.* Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. *ψ.* Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum.

*Ibidem.* *ψ.* Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. *ψ.* Disciplina pacis super eum: & liuore eius sanati sumus.

**Sequētia sancti euangēlij secūndum Ioānnem.**

*Cap. 19.* **I**n illo tēpore: Sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, vt consummarētur scriptūra, dicit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam aceto plenam, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cū ergo accepisset Iesus acētū, dixit. Consummatū est. Et inclināto capite tradidit spiritum. Iudæi ergo (quonia parascēue erat) vt non remanērent in cruce cōrpora sabbatho (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogauerunt Pilātum, vt frangerentur eōrum crura, & tol-

lerentur. Venērunt ergo milites: & primi quidē fregērunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autē cū venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregērunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & cōtinuò exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimōnium perhibuit: & verum est testimōnium eius.

**Offertor.** Insurrexerunt in me viri iniqui: absque misericordia quæsierunt me interficere: & non pepercerunt in faciem meam spuerere: lanceis suis vulnerauerunt me, & concussa sunt omnia ossa mea.

**Secreta.**

**O**blātum tibi Dōmine sacrificium, intercedēte vnigēniti filij tui passiōne, viuificet nos semper & mūniat. Qui tecum viuit & regnat.

**Communio.** Foderunt manus *Psal. 21.* meas & pedes meos: diuenerunt omnia ossa mea.

**Postcommunio.**

**D**omine Iesu Christe, fili Dei viui, qui hora sexta, pro redemptione mundi, crucis patibulum ascendisti, & sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecāmur: vt post obitum nostrum, paradisi iānuas nos gaudēter introire concēdas. Qui viuis & regnas.



M I S S A V O T I V A  
de S. Maria, ab Aduentu vsque  
ad Natiuitatem.

Introitus. I.



Orate cæli desuper, & nubes pluant iustum: aperiat<sup>r</sup> terra, & germinet saluatorem.

*Psalm.* Benedixisti

Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. *V.* Gloria. *Notandum quod omni tēpore in Missis B. Virginis, dicitur Gloria in excelsis.*

Oratio.

**D**EUS, qui de beatæ Marię virginis utero, verbum tuum, ángelo nunciante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuēmur. Per eundem Dóminum.

*Lectio Isaïæ prophætæ.*

**I**N diēbus illis: Locutus est Dóminus ad Achaz, dicens. Peti tibi signum à Dómino Deo tuo in profundum inférni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Nō petam: & nō tentābo Dóminum. Et dixit: Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis est, molēstos esse hominibus, quia molēsti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce, virgo concipiet, & páriet filium, & vocábitur nomen

eius Emmanuél: Butyrum & mel cōmedet, vt sciat reprobāre malum, & eligere bonum.

*Graduale.* Tollite portas principes vestras, & eleuamini portę æternales, & introibit rex glorię. *V.* Quis ascēdet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus, & mundo corde. *A*lleluia, alleluia. *V.* Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, alleluia. *Luc. 1.*

*Sequētia sancti euangélij secundum Lucam.*

**I**N illo tēpore: Missus est ángelus Gábriel à Deo in ciuitatem Galilæę, cui nomē Nazaréth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingressus ángelus, ad eam dixit: Ave gratia plena, Dóminus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quę cum audisset, turbata est in sermōne eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait ángelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim grátiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & páries filium: & vocábis nomen eius Iesum. Hic erit magnus: & filius altissimi vocábitur. Et dabit illi Dóminus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in ætérnum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad ángelum.



lum. Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis, est sextus illi quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.

Luc. 1.

**Offertor.** Aue Maria, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui.

**Secreta.**

**I**N mentibus nostris, quæsumus Domine, veræ fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine, Deum verum & hominem confitemur: per eiusdem salutiferæ resurrectionis potentiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiã. Per eundem Dominum.

**Præfatio.** Et te in veneratione beatæ Mariæ: quæ in sequentibus quoque Missis de sancta Maria dicitur: etiam tempore Paschali, vel infra quascunq; Octauas eius Missa dicatur.

Ista. 7.

**Communio.** Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel.

**Postcommunio.**

**G**Ratiam tuam, quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde: vt qui, angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem.

**A N A T I V I T A T E**  
vsque ad Purificationem.

**Introitus. 2.**

Vltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducetur regi virgines post eam: proximæ eius adducetur tibi in lætitiã & exultatione. Psal. 44.

**Psal.** Eruetavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ibidem.

**Oratio.**

**D**Eus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fecundata, humano generi præmia prestisti: tribue quæsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quam meruimus auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitãte spiritus sancti Deus.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Titum.**

**C**arissime: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ Cap. 3.



quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. In Christo Domino nostro.

*Psal. 44.* **Graduale.** Speciosus forma præ filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis, *ψ*. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. **A**lleluia, alleluia. *ψ*. Post partum virgo inuiolata permansisti: Dei genitrix intercede pro nobis, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**  
Gaude Maria virgo, vt in sequenti Missa.

**Sequentia sancti euangélij  
secundum Lucam.**

*Cap. 2.* **I**n illo tempore: Pastores loquebantur ad inuicem. Trascamus vsq; Bethlehém: & videamus hoc verbū quod factum est: quod fecit Dñs, & ostendit nobis. Et venerūt festinantes: & inuenērūt Mariam & Ioseph, & infāntem pōsitum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictū erat illis de pūero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati sunt: & de his, quæ dicta erant à pastoribus ad

iplos. Maria autē cōseruabat omnia verba hæc, cōferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & viderant: sicut dictum est ad illos.

**Offertor.** Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima, quia ex te ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster. **Secreta.**

**M**Vneribus nostris, quæsumus, Domine, precibusque fuscēptis: & cælestibus nos munda mysteriis, & clemēter exaudi. Per Dominum.

**Communio.** Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium.

**Postcommunio.**

**H**æc nos commūnio, Domine, purget à crimine: & intercedente beata Dei genitrice Maria: cælestis remēdij faciat esse confortes. Per eundem.

**A. PURIFICATIONE  
vsque ad Pascha.**

**Introitus. 2.**



*Sedulius.* Alue sancta parens, enixa puerpera regem: qui cælum, terramque regit in sacula sæculorum.

**Psalm.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. *Psal. 44.* Gloria patri.

**Ora**



## Oratio.

**C**oncède nos famulos tuos quæsumus, Dñe Deus, perpétua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriósa beate Mariæ semper virginis intercessiõne, à præsentí liberári tristitia, & æterna pèrfrui lætítia. Per Dóminum.

## Lectio libri Sapientia.

Ecl. 24.

**A**B iníto & ante sæcula creata sum: & vsque ad futúrum sæculum non desinam: & in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Hierusalém potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine sanctõrum detentio mea.

**Gradual.** Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inueta es mater Saluatoris. *v.* Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. **A**lleluia, allel. *v.* Virga Iesse floruit, virgo Deum & hominẽ genuit: pacem Deus reddidit: in se reconcilians in a summis, alleluia.

Num. 17

## Post Septuagesimam, Tractus.

**G**aude Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti. *v.* Quæ Gabrielis archàngeli dictis credidisti. *v.* Dũ virgo Deum & hominẽ genuisti: & post partum virgo inuolata permansisti. *v.* Dei genitrix intercede pro nobis.

Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.

**I**N illo tempore: Loquente Iesu cap. 11. ad turbas, extollens vocẽ quædam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

**Offert.** Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster.

## Secreta.

**T**Va, Dómine, propitiatiõne, & beatæ Mariæ semper virginis intercessiõne, ad perpétuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per Dóminum.

**Communio.** Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium. **Postcommunio.**

**S**umptis, Dómine, salutis nostræ subsidiis, da, quæsumus, beatæ Mariæ semper virginis patrocinis nos ubiq; protegi, in cuius veneratiõne hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Dóminum.

## A PASCHA VSQVE

ad Pentecosten. **Introitus.** 2.

Alue sancta parens, sedulite. enixa puerpera regẽ: qui cælum, terramq; regit in sæcula sæculorum, alleluia, allel.

DD. 5.

Psalm.



Psal. 44

**Psal.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. *Ps.* Gloria.

**Oratio.**

**C**oncède nos famulos tuos quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis & cõporis sanitate gaudere: & gloriõsa beate Mariæ semper virginis intercessiõne, à præsentis liberari tristitia, & æternâ perfrui lætitia. Per Dóminum.

**Lectio libri Sapientia.**

Ecl. 24.

**A**B initio & ante sæcula creata sum: & vsque ad futurum sæculum non desinam: & in habitatiõne sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Hierusalém potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine sanctõrum detentio mea.

Num. 17

**Alleluia, allel. Ps.** Virga Iesse floruit: virgo Deum & hominem genuit: pacem Deus reddidit: in se reconcilians

Luc. 1.

ima summis. **Alleluia, Ps.** Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, alleluia.

**Sequẽtia sancti euangelij  
secundum Ioannem.**

Cap. 19.

**I**n illo tempore: Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleopha, & Maria Magdalene. Cùm vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum itatem quem diligebat,

dicit matri suæ. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

**Offertor.** Beata es virgo Maria, quæ omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit, & in æternum permanes virgo, alleluia.

**Secreta.**

**T**va, Dómine, propitiatiõne, & beate Mariæ semper virginis intercessiõne: ad perpétuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per Dóminum.

**Communio.** Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium, alleluia.

**Postcommunio.**

**S**umptis Dómine salutis nostræ subsidiis: da, quæsumus, beate Mariæ semper virginis patrocinis nos ubiq; protegi: in cuius veneratiõne, hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Dóminum.

**A P E N T E C O S T E  
vsque ad Aduentum.**

**Introitus. 2.**

Alue sancta parens, *Sedulim.*  
enixa puerpera regẽ:  
qui cælũ, terramque  
regit in sæcula sæculorum. **Psal.** Eructa-

*Psal. 44.*

uit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. *Ps.* Gloria.

**Oratio.**



## Oratio.

**C**oncède nos famulos tuos quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitate gaudere: & gloriósa beátæ Mariæ semper vírginis intercessiône, à præsentí liberári tristitia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum nostrum.

## Lectio libri Sapiéntiæ.

Ecl. 24.

**A**B inítio & ante sæcula creata sum: & vsque ad futúrum sæculum non desinam: & in habitatióne sancta coram ipso ministráui. Et sic in Sion firmáta sum: & in ciuitate sanctificáta simíliter requiéui: & in Hierusalém potestas mea. Et radicáui in pópulo honorificáto: & in partes Dei mei hæreditas illíus: & in plenitúdine sanctórum detentio mea.

**Graduale.** Benedicta es venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. *V.* Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

**A**lleluia, alleluia. *V.* Post partum virgo inuiolata permansisti: Dei genitrix intercede pro nobis, alleluia.

Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Lucam.

Cap. II.

**I**n illo tēpore: Loquente Iesu ad turbas, extóllens vocem quædam mulier de turba, dixit illi. Beátus venter qui te portáuit, &

vbera quæ fuxísti. At ille dixit. Quinínimo, beáti qui áudiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

**Offertorium.** A ue Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

## Secreta.

**T**Va, Dómine, propitiatióne, & beátæ Mariæ semper vírginis intercessiône, ad perpétuam atque præsentem hæc oblátio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitáte spíritus sancti Deus: per ómnia secula sæculórum. *R.* Amen.

**Communio.** Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium.

## Postcommunio.

**S**umptis, Dómine, salutis nostræ subsidiis, da, quæsumus, beátæ Mariæ semper vírginis patrocinii nos vbique prótegi: in cuius veneratióne hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Dóminum.

ALIAE MISSAE VOTIVAE  
pro diuersis rebus quacunque die  
dici possunt, nisi fuerit Dominica,  
vel officium duplex, quæ tamen  
passim non dicantur, nisi vrgenti  
de causâ: vt suprâ dictum est de  
aliis Missis votiuis.



## MISSA PRO

quacunq; necessitate.

Introitus. i.



Alus populi ego sum, dicit Dñs : de quacunq; tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos, & ero illorum Dñs in

*Psal. 77.* perpetuum. *Psal.* Attendite popule meus legē meā : inclinate aurē vestrā in verba oris mei. *ψ.* Gloria. *Oratio.*

**I**neffabilem misericordiā tuam Domine, nobis clemēter ostēde: vt simul nos & à peccātis omnibus exuas, & à pœnis quas pro his meremur, erīpias. Per Dñm.

*Lectio Hieremīæ prophētae.*

*Cap. 14.* **S**i iniquitates nostræ contēderint cōtra nos: Dñe fac propter nomen tuum : quoniam multæ sunt auersiones nostræ. Tibi peccauimus, expectatio Israēl, saluator eius in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es Dōmine, & nomen tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos, Dōmine Deus noster.

*Graduale.* Liberasti nos, Domine, ex affligētibus nos : & eos qui nos oderunt, confudisti. *ψ.* In Deo laudabimur tota die : & nomini tuo confitebimur in sæcula.

**A**lleluia, allel. *ψ.* Propitius esto Dñe peccatis nostris: nequando dicāt gentes, vbi est Deus eorum? alleluia.

**T**empore Paschali, Graduale onmittitur & ad *ψ.* alleluia, additur sequens *ψ.* Exultabo, & lætabor in misericordia tua: quoniā respexisti humilitatē meam: saluasti de necessitatibus animam meam, alleluia.

*Post Septuagesimam, Tractus.*

**D**e necessitatibus meis eripe me Domine: vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea. *ψ.* Ad te Domine leuavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei. *ψ.* Etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

*Sequētia sancti euangēlij secundum Marcum.*

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Habete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicūq; dixerit huic monti, Tolle, & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcūque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quecūq; orantes pētitis, credite quia accipiētis, & euenient vobis. *Cap. 11.*

*Offertorium.* Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Domine: & super iram inimicorum meorum extends manum tuam: & saluum me fecit dextera tua.

*Secreta.*

**P**urificet nos, Dōmine, quæsumus, mūneris præsentis oblatio:



latio: & dignos sacra participatiō-  
ne perficiat. Per Dōminum.

*Ps. 118.* **Communio.** Memento verbi tui  
seruo tuo Domine, in quo mihi spem  
dedisti : hæc me consolata est in hu-  
militate mea. **Postcommunio.**

**P**Ræsta, quæsumus, Dōmine,  
vt terrēnis affēctibus expiati,  
ad supēri plenitudinem sacra-  
menti, cuius libauimus sancta,  
tendāmus. Per Dōminum.

M I S S A P R O  
peccatis. **Introitus.**



*Sap. 11.* Misere omniū Do-  
mine, & nihil odisti  
eorum quæ fecisti:  
dissimulans peccata  
hominū propter pæ-  
nitentiam, & parcens illis, quia tu es  
Dominus Deus noster.

*Psal. 56.* **Psalm.** Misere mei Deus, misere  
mei : quoniam in te confidit anima  
mea. **Gloria.**

**Oratio.**  
**E**Xaudi, quæsumus, Dōmine,  
supplicum preces, & cōfiten-  
tium tibi parce peccatis: vt pāriter  
nobis indulgētiā tribuas benī-  
gnus, & pacem. Per Dōminum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apō-  
stoli ad Romānos.**

*Cap. 7.* **F**Ratres: Condelēctor legi Dei  
secūndum interiōrem hōmi-  
nem. Vīdeo autem aliam legem in  
membris meis, repugnāntem legi  
mentis meæ : & captiuātem me in

lege peccati, quæ est in membris  
meis. Infelix ego homo, quis me  
liberābit de corpore mortis hu-  
ius? Grātia Dei per Iesum Chri-  
stum Dōminum nostrum.

**Graduale.** Propitius esto Domine  
peccatis nostris, ne quando dicant  
gentes, vbi est Deus eorum? **ψ.** Adu-  
ua nos Deus salutaris noster, & pro-  
pter honorem nominis tui, Domine,  
libera nos. **Alleluia, alleluia. ψ.** Deus  
iudex, iustus, fortis, & patiens : nun-  
quid irascetur per singulos dies? **allel.**

**Tempore Paschali, Graduali  
omisso, ad ψ. cum alleluia, additur  
sequens ψ.** Auditui meo dabis gau-  
dium & lætitiā, & exultabunt ossa  
humiliata, alleluia. *Psal. 50.*

**Post Septuagesimam, Tractus.**  
**D**e profundis clamaui ad te Domi-  
ne, Domine exaudi vocem meam. **ψ.**  
Fiant aures tuæ intendentes in ora-  
tionem serui tui. **ψ.** Si iniquitates ob-  
seruaueris Domine, Domine quis  
sustinebit? *Ps. 129.*

**Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Lucam.**

**I**N illo tēpore : Dixit Iesus di-  
scipulis suis. Pētite, & dābitur  
vobis: quærite, & inueniētis: pul-  
sate, & aperiētur vobis. Omnis e-  
nim qui petit, accipit: & qui quæ-  
rit, inuenit: & pulsanti aperiētur.  
Quis autem ex vobis patrem pe-  
tit panem, nunquid lapidem da-  
bit illi? Aut piscem : nunquid ser-  
pēntem *Cap. 11.*



péntem pro pisce dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester de caelo, dabit spiritum bonum petentibus se?

Ps. 101.

**Offertorium.** Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine, placationis & laudis offerimus: ut & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.

Luc. 11.

**Communio.** Petite, & accipietis: quaerite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit: & qui quaerit, inuenit, & pulsanti aperietur, alleluia.

**Postcommunio.**

**P**raesta nobis aeternae saluator: ut percipientes hoc munere veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.

**M I S S A P R O**  
eligendo summo Pontifice sede vacante dicitur de Spiritu sancto, vel ut sequitur.

**Introitus.**

Vscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet, & aedificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. *I. Re. 2.*

**Psalm.** Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. *Ps. 131.*  
*v.* Gloria patri. **Oratio.**

**S**upplici, Domine, humilitate deposcimus: ut sacrosanctae Romanae ecclesiae concedat pontificem illum tua immensa pietas: qui & pio in nos studio semper tibi placitus, & tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriam tui nominis reuerendus. Per Dominum nostrum.

**Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Hebraeos.**

**F**ratres: Adeamus cum fiducia ad thronum gratiae eius: ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in hisque sunt ad Deum: ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolare possit his qui ignorant & errant:



errant: quóniam & ipse circúnda-  
tus est infirmitate: & propter ea  
debet, quemádmódum & pro pó-  
pulo, ita & pro semetípso offerre  
pro peccátis. Nec quisquam su-  
mit sibi honôrem: sed qui vocâtur  
à Deo tanquã Aaron. Sic & Chri-  
stus non semetípsum clarificâuit,  
vt pónitífex fieret: sed qui locûtus  
est ad eum, Fílius meus es tu, ego  
hódie genui te. Quemádmódum  
& in álio loco dicit, Tu es sacerdos  
in ætérnum, secúndum ordinem  
Melchisedec. Qui in diêbus car-  
nis suæ, preces, supplicatiónesque  
ad eum, qui possit eum saluum fá-  
cere à morte, cum clamôre válido,  
& láchrymis offerens, exaudítus  
est pro sui reueréntia.

**Gradual.** Pontifex sacerdos magnus  
inter fratres suos, super cuius caput fu-  
sum est unctiõnis oleum, & cuius ma-  
nus in sacerdotio consecratę sunt, ve-  
stitusque est sanctis vestibus: debuit  
per omnia fratribus simulari. *Ps.* Vt  
misericors fieret & fidelis pontifex  
ad Deum, vt repropitiaret debita po-  
puli. **A**lleluia, alleluia. *Ps.* Sacerdos sit  
sanctus, sicut ego sum Dominus, qui  
sanctifico vos, alleluia.

**T**épo<sup>re</sup> Paschali, Graduali omif-  
so, ad *Ps.* cū alleluia, additur sequens  
*Ps.* Ego sū pastor bon⁹: & cognosco o-  
ues meas, & cognoscūt me meæ, allel.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

*Ps.* 136: Surge Domine in requiem tuam, tu

& arca sanctificationis tuæ. *Ps.* Sacer-  
dotes tui induantur iustitiam, & san-  
cti tui exultatione exultabūt. *Ps.* Pro-  
pter David seruum tuum, non auer-  
tas faciem Christi tui.

**Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Ioánnem.**

**I**n illo témpore: Dixit Iesus di-  
scípulis suis. Si diligitis me, mán-  
dáta mea seruâte. Et ego rogábo  
patrem, & álium paráclitum da-  
bit vobis, vt máneat vobíscum in  
ætérnum, spíritum veritátis, quē  
mundus non potest accípere, quia  
non videt eum, nec scit eum. Vos  
autē cognoscētis eum: quia apud  
vos manébit, & in vobis erit. Non  
relinquam vos órphanos: véniam  
ad vos. Adhuc módicum: & mun-  
dus iam me non videt. Vos autem  
vidébitis me: quia ego viuo, &  
vos viuétis.

**Offertor.** Non participantur san-  
cta, donec exurgat pontifex in osten-  
sione, & veritate. **Secreta.**

**T**væ nobis, Dómine, abun-  
dántia pietátis, indúlgeat: vt  
per sacra múnera quæ tibi reue-  
rénter offerimus, gratum maieftá-  
ti tuæ pontíficem sanctæ matris  
ecclésiæ regímini præesse gaudeâ-  
mus. Per Dóminum.

**Communio.** Veste sancta vtetur  
pontifex, qui fuerit cōstitutus, & qui  
ingredietur tabernaculum testimo-  
nij, vt ministret in sanctuario.

Post-



## Postcommunio.

**P**Retiõsi cõrporis & sanguinis tui nos, Dõmine, sacramento refectos mirifica tuæ grátia maiestatis de illius summi pontificis confessiõne lætificet: qui & plebem tuam virtutibus instruat, & fidelium mentes spirituãlium aromatum odõre perfundat. Qui viuis & regnas in vnitãte spíritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculõrum. *R.* Amen.

**I**N DIE CREATIONIS & coronationis Papæ, & eiusdem diei anniuersario, dicitur Missa vt in Cathedra B. Petri, cum Orat. Deus omnium fidelium. *omissis* Orationibus Sanctorum Petri & Pauli. Et dicitur *C*redo.

**I**N ANNIVERSARIO creationis Episcopi dicitur sequēs Missa. Introitus. Sacerdotes tui. de communi confess. pontif. pag. 23. *omissa* Oratione festi, cuius loco dicitur Oratio. Deus omnium fidelium, sicut pro Papa, & vbi dicitur, Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, nomet ecclesiam, cui præest, dicens: Ecclesiæ. *N.* vel huic præesse voluisti. Epistola dicitur, Omnis pont. de commun. confess. pont. pag. 24 & Euangel. Videte, vigilate, & orate, de eodem commun. pagina 25. Et dicitur *C*redo.

**MISSA AD TOLLENDUM schisma, vel pro quacunque necessitate Ecclesiæ.**

## Introitus.



Aluos nos fac, Domine Deus noster: & congrega nos de nationibus: vt confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua.

*Psal.* Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. *ÿ.* Gloria.

## Oratio.

**D**eus qui errata corrigis, & dispersa congregas, & congregata conseruas: quæsumus: super pópulum Christiãnum tuæ vniõnis gratiã clemẽter infunde: vt diuisiõne reiecta, vero pastõri ecclesiæ tuæ se vniens, tibi dignè valeat famulari. Per Dõminum nostrum Iesum.

*Lectio* epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephésios.

**F**Ratres: Obscuro vos, vt dignè ambulētis vocatiõne qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate: solliciti seruare vnitatem spíritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spíritus: sicut vocati estis in vna spe vocatiõnis vestræ. Vnus Dõminus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus & pater omnium,



omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique autē nostrum data est grātia secūndum mensūrā donatiōnis Christi: donec occurrāmus omnes in vnitātem fidei & agnitiōnis filij Dei, in virū perfectum, in mensūrā ætātis plenitudinis Christi, vt iam nō simus paruuli, fluctuantes, & circūferāmur omni vento doctrinæ in nequitiā hominum, in astutiā ad circumuentiōnem errōris. Veritatē autem faciētes in charitatē, crescāmus in illo per omnia, qui est caput, Christus: ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturā subministratiōnis, secūdū operatiōnē in mensūrā vniuscuiusq; membri, augmentū corporis facit in ædificatiōnem sui in charitatē. Hoc igitur dico & testificor in Dño: vt iā non ambulētis, sicut & gentes ambulānt in vanitatē sensus sui, tenebris obscuratū habēntes intellēctū, alienati à vita Dei per ignorāntiam, quæ est in illis propter cecitatem cordis ipsorum. Qui desperāntes, semetipsos tradiderunt impudicitix, in operatiōnem immunditiæ omnis, in auaritiam. Vos autem non ita didicistis Christum: si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Christo Iesu Domino nostro.

**Gradual.** Rogate quæ ad pacē sunt Hierusalē: & abundantia diligentibus te. *Ps. 121.* *Ps. 147.* Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. **A**lleluia, alleluia.

*Ps. 147.* Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, alleluia.

**Tempore Paschali, Graduali omissio, ad v. cū alleluia, additur sequens v.** Qui posuit fines tuos pacē, & adipe frumenti satiat te, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**N**otus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. *Ps. 57.* Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. *Ps. 57.* Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum.

**Sequētia sancti euangēlij secūndum Ioānnem.**

**I**n illo tempore: Subleuatis Iesus oculis in cælum, dixit. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnū, sicut & nos. Cū essem cum eis, ego seruābam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt scriptura impleretur. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum implētum in semetipsis. Ego dedi eis sermōnē tuum: & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos à malo. De mundo non sunt:

EE sicut



sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum: ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in unum.

Rom. 15.

**Offertor.** **D**et vobis Deus idipsum sapere in alterutrum: ut unanimi vno ore honorificetis Deum nostrum.

**Secreta.**

**M**vnera hæc pro unione populi Christiani tibi, Domine, oblata sanctifica: per quam unitatis & pacis in ecclesia tua nobis dona concede. Per Dominum.

I. Cor. 10.

**Commun.** **V**nus panis & unum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus.

**Postcommunio.**

**H**æc tua, Domine, sumpta sacra communio, sicut fidelium in te unitionem præsignat: sic in tua ecclesia unitatis, que sumus, operetur effectum. Per Dominum nostrum Iesum.

**MISSA CONTRA paganos. Introitus.**



**E**xurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem: quare faciem tuam auertis? obliu-

iscer tribulationem nostram: adhæsit in terra venter noster: exurge Domine adiuua nos, & libera nos.

**Psalm.** Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. **V. Gloria.**

**Oratio.**

**O**Mnipotens sempiternus Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, & omnium iura regnorum, respice in auxilium Christianorum: ut gentes paganorum, quæ in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur. Per Dominum.

**Epistola.** In diebus illis: Orauit Mardocheus ad Dominum, dicens. **ut supra in Feria iiii. post secundam Dominicam Quadragesimæ. 109.**

**Graduale.** Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus: tu solus altissimus super omnem terram. **V.** Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. **A**lleluia, alleluia.

**V.** Excita, Domine, potentiam tuam, & veni: ut saluos facias nos, alleluia.

**¶** **Tempore Paschali, Graduali omisso, ad V. cum alleluia, additur sequens V.** Deus virtutum conuertere, respice de caelo, & vide, & visita

vineam



vineam istam : & perfice eam quam plantauit dextera tua, alleluia.

Post Septuagesimam, Tractus.

*Psal. 78.* **A** diuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos: & propitius, esto peccatis nostris propter nomen tuum. Ne forte dicant in gentibus, vbi est Deus eorum? & innotescat coram oculis nostris. Vltio sanguinis seruatorum tuorum qui effusus est, intrât in conspectu tuo gemitus cõpeditorum.

**Euangel.** Quis vestrum habebit amicũ. vt in Rogationibus. xxiiij.

*Psal. 17.* **Offertor.** Populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis: quoniam quis Deus preter te Domine?

**Secreta.**

**S**acrificium, Domine, quod si immolamus, intende: vt propugnatores tuos ab omni eruas paganorum nequitia, & in tuæ protectionis securitate constituas. Per Dominum.

*Psal. 118.* **Communio.** In salutari tuo anima mea, & in verbum tuum speraui: quando facies de persequentibus me iudicium? iniqui persecuti sunt me, adiuua me Domine Deus meus.

**Postcommunio.**

**P**roterector noster aspice Deus, & propugnatores tuos à paganorum defende periculis: vt ab omnibus perturbacionibus semoti, liberis tibi mentibus seruiant. Per Dominum.

MISSA TEMPORÉ belli.

**Introitus.**



Eminiscere miserationum tuarum, Domine, & misericordie tuæ quæ à sæculo sũt, ne vnquam dominetur nobis inimici nostri, libera nos Deus Israel, ex omnibus angustiis nostris.

*Psal. 24.*

**Psal.** Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, nõ erubescã. Gloria. **Oratio.**

*videns.*

**D**eus qui cõteris bella, & impugnatõres in te sperantium potetia tuæ defensionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam, vt omniũ inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus. Per Dominum.

**Lectio Hieremias Propheta.**

**I**n diebus illis: Accesserunt omnes principes bellatorum: dixeruntque ad Hieremiam prophetam. Ora pro nobis ad Dominum Deum tuum. Et factum est verbum Domini ad Hieremiam. Vocauitque Iohanan filium Caree, & omnes principes bellatorum, & vniuersum populum à minimo vsque ad magnũ. Et dixit ad eos. Hæc dicit Dominus Deus Israel, ad quẽ misisti me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius. Si quiescetes maseritis in terra hac, ædificabo vos, & nõ destruiam:

*Cap. 42.*



struam: plantabo, & non euellam. Iam enim placatus sum super malo, quod feci vobis. Nolite timere a facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis. Nolite metuerere eum, dicit Dominus: quia vobiscum sum ego, ut saluos vos faciam, & eruam de manu eius. Et dabo vobis misericordias, & miserabor vestri: & habitare vos faciam in terra vestra. Dicit Dominus omnipotens.

*Psal. 76.* **Gradual.** Tu es Deus, qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuam. *Ps.* Liberasti in brachio tuo populum tuum: filios Israel & Ioseph. **A**lleluia, alleluia. *Ps.*

*Psal. 58.* Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me, alleluia.

**Tempore Paschali, Graduali omissio, ad Ps. cum alleluia, additur sequens Ps.** Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exaltabo manum misericordiam tuam, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

*Psal. 108.* Domine, non secundum peccata nostra que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. *Ps.* Domine,

*Psal. 78.* ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiam tuam, quia pauperes facti sumus nimis. *Ps.* Adiua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

**Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.**

**I**n illo tempore: Accesserunt ad Iesum discipuli secretò, dicentes. Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi? Et respondens Iesus, dixit illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes. Ego sum Christus: & multos seducunt. Audituri enim estis prælia, & opinionones præliorum. Videte ne conturbemini. Oportet enim hæc fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt pestilentia, & fames, & terræ motus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolorum.

**Offertor.** Populum humile saluum facies, Domine, & oculos superbiorum humiliabis: quoniam quis Deus præter te Domine?

**Secreta.**

**S**acrificium, Domine, quod immolamus, intende placatus: ut ab omnibus nos eruat bellorum nequitias, & in tuæ protectionis securitate constituat. Per Dominum.

**Communio.** Inclina aurem tuam, accelera, ut eruas nos.

**Postcommunio.**

**D**eus regnorum omnium, regumque dominator: qui nos, & percutiendo sanas, & ignoscendo conseruas: prætende nobis misericordiam.



sericórdiam tuam : vt tranquillitâte pacis tua potestâte seruâta, ad remédia correctiônis vtâmur. Per Dóminum nostrum.

M I S S A P R O  
pace. Introitus.



A pacem Domine sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui, & plebis tuæ Israel.

Becl 36.

Ps. 121.

**Psalm.** Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. **V.** Gloria.

**Oratio.**

**D**Eus à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt ópera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest, pacem: vt corda nostra mandâti tuis dedita: & hóstiũ sublâta formidine, tempora sint tua protectiõe tranquillã. Per Dóminum.

**Lectio libri Machabæorum**

2. Ca. 1.

**I**N diẽbus illis: Oratiõnem faciẽbant sacerdotes, dum offerrent sacrificium pro pópulo Israél: Iónatha inchoãnte, cæteris autem respondẽtibũ, & dicẽtibũ. Beneficiat vobis Deus: & meminerit testamẽti sui, quod ad Abraham, Isaác, & Iacob locũtus est, seruõrum suõrum fideliũ: & det vobis cor omnibus, vt colãtis eum, & faciãtis eius voluntãtem.

Adapériat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis: & faciat pacem. Exáudiat oratiõnes vestras, & reconciliẽtur vobis: nec vos dẽserat in tẽpore malo Dominus Deus vester.

**Graduale.** Rogate quæ ad pacem *Ps. 121.*

sunt Hierusalem, & abundantia diligentibus te. **V.** Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

**A**lleluia, alleluia. **V.** Lauda Hierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion, alleluia. *Ps. 147.*

**Tempore Paschali Graduali omisso, ad V. cum alleluia, additur sequens V.** Qui posuit fines tuos *ibidem.* pacẽ: & adipe frumenti satiat te, allel.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**N**otus in Iudæa Deus: in Israél magnum nomen eius. **V.** Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion. **V.** Ibi confregit potentias: arcum, scutum, gladium, & bellum. *Ps. 75.*

**Sequẽtia sancti euangeliij secũndum Ioãnnem.**

**I**N illo tẽpore: Cũ serò esset *Cap. 20.* die illo, vna sabbathõrum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæõrum: venit Iesus, & stetit in medio, & dicit eis. Pax vobis. Et cũ hoc dixisset, ostẽdit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso Dõmino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hæc

EE 3 cum



cum dixisset, insufflauit: & dixit eis. Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

*Ps. 134.* **Offert.** Laudate Dominum, quia benignus est: psallite nomini eius, quoniam suaue est: omnia quaecunque voluit, fecit in caelo & in terra.

**Secreta.**

**D**eus, qui credentes in te populos nullis finis concuti terroribus: dignare preces & hostias dicatae tibi plebis suscipere: ut pax a tua pietate concessa, Christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per Dominum.

*10an. 14.* **Communio.** Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis.

**Postcommunio.**

**D**eus auctor pacis & amator: quem nosse, viuere: cui seruire, regnare est: protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: ut qui in defensione tua confidimus, nullius hostilitatis arma timeamus. Per Dominum.

**M I S S A P R O**  
vitanda mortalitate.

**Introitus.**



*3.Re. 24*

Recordare Domine testamenti tui, & dic angelo percutienti, cesset iam manus tua, & non desoletur terra,

& ne perdas omnem animam viuētem. **Psalm** Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem, Ioseph. *Psal. 79.*  
v. Gloria patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui non mortem, sed poenitentiam desideras peccatorum: populum tuum ad te reuertentem propitius respice: ut dum tibi deuotus existit, iracundiae tuae flagella ab eo amoueas. Per Dominum.

**Lectio libri Regum.**

**I**n diebus illis: Immisit Dominus pestilentiam in Israel de mane usque ad tempus constitutum: & mortui sunt ex populo, a Dan usque Bersabee, septuaginta milia virorum. Cumque extendisset manum suam angelus Domini super Hierusalem ut disperderet eam: misertus est Dominus super afflictionem populi sui, & ait angelo percutienti. Sufficit nunc. Contine manum tuam. Erat autem angelus Domini iuxta aream Areunae Iebusaei. Dixitque Dauid ad Dominum: cum vidisset angelum cedentem populum. Ego sum qui peccaui: ego, qui iniquum egi. Isti qui oues sunt, quid fecerunt? Veritatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei. Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei. Ascende, & constitue altare Domino in area Areunae Iebusaei. Et ascendit Dauid, iuxta sermonem Gad, quem pra-



præcéparat ei Dóminus. Et pro-  
pitiátuse est Dóminus terræ, & co-  
híbita est plāga ab Israél.

*Pf. 106.* **Gradual.** **M**isit Dñs verbū suum, &  
sanauit eos: & eripuit eos de morte  
eorum. *Psal. 68.* **A**lleluia, allel. *Psal. 68.* Saluum me  
fac Deus, quoniam intrauerunt aque  
vsque ad animam meam, alleluia.

**Tempore Paschali, Graduali**  
**omisso, ad v. cum alleluia, additur**  
**sequens v.** Saluabo populū meum  
Israël in die malo: & ero eis in Deum,  
in veritate & iustitia, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

*Pf. 102.* **D**omine, non secundum peccata no-  
stra quæ fecimus nos: neque secun-  
dum iniquitates nostras retribuas no-  
bis. *Psal. 78.* Domine, ne memineris iniqui-  
tatum nostrarum antiquarum: citò  
anticipent nos misericordiæ tuæ, quia  
pauperes facti sumus nimis. *Psal. 78.* Adu-  
ua nos Deus salutaris noster: & pro-  
pter gloriam nominis tui, Domine,  
libera nos, & propitius esto peccatis  
nostris propter nomen tuum.

**Sequentia sancti euangélj**  
**secundum Lucam.**

*Cap. 4.* **I**N illo tempore: Surgens Iesus  
de Synagoga, introiuit in do-  
mum Simónis. Socrus autem Si-  
mónis tenebatur magnis febribus.  
Et rogauerunt illū pro ea. Et stans  
super illam, imperauit febrim: & di-  
misit illam. Et continuo surgens,

ministrabat illis. Cū sol au-  
tem occidisset: omnes, qui habé-  
bant infirmos variis languoribus,  
ducébant illos ad Iesum. At ille sin-  
gulis manus impónens, curabat  
eos. Exibant autē dæmónia à mul-  
tis clamántia & dicéntia: quia tu es  
filius Dei. Et increpans, non siné-  
bat ea loqui, quia sciébant ipsum  
esse Christū. Facta autē die, egrés-  
sus ibat in desértū locum: & turbę  
requirébant eum: & uenérūt vsq;  
ad ipsum, & detinébant illum, ne  
discéderet ab eis. Quibus ille ait.  
Quia & aliis ciuitatibus opórtet  
me euāgelizāre regnum Dei: quia  
ideo missus sum. Et erat prædicās  
in synagógis Galilææ.

**Offert.** **S**tetit pontifex inter mor- *Num. 16*  
tuos & uiuos, habens thuribulum  
aureum in manu sua, & offerens in-  
censi sacrificium: placauit iram Dei,  
& cessauit quassatio à Domino.

**Secreta.**

**S**uaueniāt nobis, Dómine, sa-  
crificij præsentis oblatio: quæ  
nos & ab erroribus vniuersis po-  
tenter absoluat, & à totius erípiat  
perditionis incursu. Per Dñm.

**Communio.** **M**ultitudo languen- *Ioan. 5.*  
tium, & qui vexabantur à spiritibus  
immundis, ueniebant ad eū: quia vir-  
tus de illo exibat, & sanabat omnes.

**Postcommunio.**

**E**Xaudi nos, Deus salutaris no-  
ster: & pópulum tuū ab ira-



cúndiã tuã terróribus líberum  
miseriçordiã tuã fac lagitãte se-  
cûrum. Per Dóminum.

M I S S A P R O

infirmis. Introitus.

*Psal. 54.*



Xaudi Deus oratio-  
nem meam, & ne de-  
spexeris deprecationem  
meam: intende  
in me, & exaudi me.

*Ibidem.*

**P**salms Contristatus sum in exercita-  
tione mea: & conturbatus sum à vo-  
ce inimici, & à tribulatione peccato-  
ris. *V.* Gloria. **O**ratio.

**O**Mnípotēs sempitérne Deus,  
salus ætérna credéntium, ex-  
áudi nos pro famulis tuis infirmis,  
pro quibus misericórdiã tuã im-  
plorãmus auxiliũ: vt réddita sibi  
sanitãte, gratiãrum tibi in ecclé sia  
tua réferant actiões. Per Dñm.

Léctio epístolæ B. Iacóbi apóstoli.

*Cap. 5.*

**F**Ratres: Tristãtur áliquis ve-  
strum? oret. Æquo ánimo est?  
psallat. Infirmãtur quis in vobis?  
indûcat presbyterose ecclésiẽ, & o-  
rent super eũ, vngétes eũ óleo in  
nómine Dñi. Et orãtio fidei saluã-  
bit infirmũ, & alleuiãbit eũ Dñs:  
& si in peccãtis fúerit, dimittén-  
tur ei. Confitémini ergo altéru-  
trum peccãta vestra: & orãte pro  
inuicem, vt saluémini.

*Psal. 9.*

**Graduale.** Miserere mei, Domine,  
quoniam infirmus sum; sana me Dñe.

*V.* Conturbata sunt omnia ossa mea,  
& anima mea turbata est valdè.

**A**lleluia, alleluia. *V.* Domine exaudi *Pf. 101.*  
orationem meam: & clamor meus ad  
te veniat, alleluia.

Versus tempore Paschali, & Tra-  
ctus post Septuagesimam, vt suprà  
in Missa tempore belli, pag. 68.

Sequéntia sancti euangélij  
secúndum Matthæum.

**I**n illo témpore: Cùm introisset *Cap. 8.*

Iesus Caphárnaum, accéssit ad  
eum Centúrio, rogans eum, & di-  
cens. Dómine, puer meus iacet in  
domo paralyticus, & malè tor-  
quétur. Et ait illi Iesus. Ego vé-  
niam: & curãbo eum. Et respón-  
dens Centúrio, ait. Dómine, non  
sum dignus, vt intres sub tectum  
meum: sed tantum dic verbo, &  
sanãbitur puer meus. Nam & ego  
homo sum sub potestãte constitũ-  
tus, habens sub me mílites: & dico  
huic, vade; & vadit: & álio, veni;  
& venit: & seruo meo, fac hoc; &  
facit. Aúdiens autem Iesus, mirã-  
tus est: & sequéntibus se dixit.

Amen dico vobis, non inuénit tan-  
tam fidem in Israel. Dico autem  
vobis, quòd multi ab oriénte &  
occidénte vénient, & recumbent  
cum Abrahã, Isaác, & Iacob in  
regno cælórum: filij autem regni  
eiiciéntur in ténebras exterióres.  
Ibi erit fletus, & stridor déntium.  
Et dixit Iesus Centurióni. Vade:

& si-



& sicut credidisti, fiat tibi. Et factus est puer in illa hora.

*Psal. 54.* **Offertor** Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende in me, & exaudi me.

**Secreta.**

**D**eus, sub cuius nutibus vitæ nostræ momenta decurrunt, suscipe preces & hostias famulorum tuorum, pro quibus ægrotantibus misericordiam tuam imploramus: ut de quorum periculo metuimus, de eorum salute lætemur. Per Dominum.

**Communio.** Illumina faciem tuam super seruum tuum, & saluum me fac in tua misericordia Domine: non confundar, quoniam inuocaui te.

**Postcommunio.**

**D**eus infirmitatis humanæ singulare præsidium: auxiliij tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem: ut ope misericordiae tuæ adiuti, ecclesiæ tuæ sanctæ incolumes representari mereantur. Per Dominum.

M I S S A P R O

Sponso & sponsa. **Introitus.**



Eus Israel coniungat vos: & ipse sit vobiscum, qui misertus est duobus vniciis: & nunc, Domine, fac eos plenius benedicere te.

*Ps. 127.* **Psalm.** Beati omnes qui timent Do-

minum: qui ambulant in viis eius. Gloria patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui tam excellenti mysterio, coniugalem copulam consecrasti, ut Christi & ecclesiæ sacramentum præsignares in foedere nuptiarum: præsta quaesumus: ut quod nostro ministratur officio: tua benedictione potius impleatur. Per eundem.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephésios.**

**F**ratres: Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino: quoniam vir, caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesiæ. Ipse, saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas ut corpora sua. Qui suam vxorem diligit: seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius. Pro-



pter hoc, relinquet homo patrem & matrē ſuam: & adherēbit vxōri ſuæ. Et erunt duo in carne vna. Sacramētum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto & in Ecclēſia. Verūntamen & vos ſinguli, vnusquīſque vxōrem ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor autem timeat virum ſuum.

*Pſ. 127.* **Gradual.** Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. *ŷ.* Filij tui ſicut nouellæ oliuarū in circuitu menſæ tuæ. **A.** lleluia, allel. *ŷ.* Mittat vobis Dominus auxilium de ſancto: & de Sion tueatur vos, alleluia,

**Tempore Paſchali, Graduali omiſſo, ad ŷ. cum alleluia, additur**

*Pſ. 127.* **ſequens ŷ.** Benedicat vobis Dñs ex Sion, qui fecit cælum & terram, allel.

**Post Septuageſimam, Tractus.**

*Pſ. 127.* **E**cce ſic benedicetur omnis homo qui timet Dñm. *ŷ.* Benedicat tibi Dñs ex Sion: & videas bona Hieruſalē omnibus diebus vitæ tuæ. *ŷ.* Et videas filios filiorū tuorum: pax ſuper Iſrael.

**Sequētia ſancti euangēlij ſecūndum Matthæum.**

*Mat. 19.* **I**n illo tēpore: Acceſſerunt ad Ieſum Phariſæi tentāntes eum, & dicētes. Si licet hōmini dimittere vxōrē ſuā quacūq; ex cauſa? Qui reſpōdens, ait eis. Nō legiſtis, quia qui fecit hōminem ab inītio, māſculum & ſcēminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc, relinquet homo patrē & matrē, &

adherēbit vxōri ſuæ: & erunt duo in carne vna. Itaq; iam non ſunt duo: ſed vna caro. Quod ergo De⁹ coniūxit, homo non ſeparet.

**Offertor.** In te ſperaui Domine: dixi, tu es Deus meus: in manibus tuis tempora mea. **Secreta.**

**S**uſcipe, quæſumus, Dñe, pro ſacra cōnūbij lege munus oblatū: & cuius largitor es mūneris, ōperis eſto diſpōſitor. Per Dñm.

**Dicto, P**ater noſter, **Sacerdos** antequam dicat **L**ibera nos quæſumus Domine. ſtans in cornu Epitōlæ, verius ſponſum & ſponſam ante altare genuflexos, dicit ſuper eos ſequentem Orationem.

**O**remus.

**P**ropitiare, Dñe, ſupplicatiōnib⁹ noſtris: & inſtitutis tuis, quibus propagatiōnem humani gēneris ordināſti, benignus aſſiſte: vt quod te auctōre iūngitur, te auxiliante ſeruētur. Per Dōminum.

**O**remus.

**D**eus, qui poteſtate virtūtis tuæ de nihilo cuncta feciſti: qui diſpōſitis vniuerſitātis exordiis, hōmini ad imāginem Dei factō, ideo inſeparabile mulieris adiutōrium condidiſti, vt ſcēmineo cōrpori de virili dares carne principium, docens quod ex vno placuiſſet inſtitui, nunquam liceret diſiūngi. Deus, qui tam excellēti myſtērio coniugālem cōpulam,

con-



consecrâsti, vt Christi & ecclésiæ Sacramentum præsignâres in fœdere nuptiârûm. Deus, per quem mûlier iungitur viro, & societas principâliter ordinâta, ea benedictiône donâtur, quæ sola nec per originâlis peccâti pœnam, nec per diluuij est ablâta sententiam. Réspice propítius super hanc famulam tuam, quæ maritâ iungenda consortio, tua se expetit protectiône múniri. Sit in ea iugum dilectiônis & pacis: fidêlis & casta nubat in Christo, imitatricque sanctârûm permâneat fœminârû. Sit amâbilis, vt Rachel viro suo. Sâpiens, vt Rebécca Longæua & fidêlis, vt Sara. Nihil in ea ex áctibus suis ille auctor præuaricatiônis vsúrpet. Nexa fidei, mandâti que permâneat, vni thoro iuncta. Contactus illicitos fúgiat. Múniat infirmitatē suã róbore disciplinæ. Sit verecúdia grauis, pudóre venerâbilis, doctrínis celéstibus erudíta. Sit fœcúnda in sóbole, sit probâta & innocens. Et ad beatôrum réquiem, atq; ad cæléstia regna peruéniat. Et vídeant ambo filios filiôrum suôrum, vsq; ad tertiam & quartam generatiônem: & ad optâtam peruéniant senectutem. Per Dóminum.

Tunc conuersus ad medium altaris, frangat hostiam more solito & prosequatur Missam.

**Communio.** Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum: & videas filios filiorum tuorum: pax super Israel.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus, omnipotês Deus, institûta prouidentię tuæ pio fauóre comitâre: & quos legitima societâte connéctis, longæua pietâte custódi. Per Dóminum.

¶ **Post** I te missa est. Sacerdos antequâ det benedictionē, conuersus ad sponsum & sponsam, dicat.

**D**eus Abrahám, Deus Isâac, & Deus Iacob sit vobiscum: & ipse adimpleat benedictiônem suam in vobis: vt videâtis filios filiôrum vestrôrum vsque ad tertiam & quartam generatiônem: & póstea vitam ætérnam habeâtis sine fine, adiuuante Dómino nostro Iesu Christo: qui cum patre & spírítu sancto, viuit & regnat, Deus, per ómnia sæculôrum. *R.* Amen.

¶ **Moneat** Sacerdos oratione graui, vt sibimetipsis seruent fidē. Orationis tempore, & præsertim ieiuniorum ac sollemnitatûm, casti maneant: & vir vxorem, atque vxor virum diligat, & in timore Dei permaneât. Postea eos aspergat, & det benedictionem: & dicat, vt solitum est, Euangelium sancti Ioannis: **I**n principio erat verbum.

**ORA-**



**O R A T I O N E S**  
 DICENDAE IN MISSA AD  
 libitum Sacerdotis, cum iis quæ  
 in propriis Missis assignantur,  
 quando non est duplex.

Ad poscēda suffragia sanctorum.

Oratio.

1 **C**oncēde, quæsumus, omni-  
 potens Deus: vt intercēssio  
 nos sanctæ Dei genitrīcis Mariæ,  
 sanctorumq; omnium apostolō-  
 rum, martyrum, confessōrum, at-  
 que virginum, & omnium electō-  
 rum tuōrum, vbique lætificet: vt  
 dum eōrum mērita recōlimus, pa-  
 trocīnia sentiāmus. Per Dñm.

Secreta.

**O**blātis, Dōmine, placāre mu-  
 nēribus: & intercedētibz  
 omnibus sanctis tuis, à cūctis nos  
 defēde periculis. Per Dōminum.

Postcommunio.

**S**umpsimus, Dōmine, beātæ  
 Mariæ semper virginis, & om-  
 nium sanctorum tuōrum memō-  
 riam recolētes, sacramēta cælē-  
 stia: præsta, quæsumus: vt quod  
 tēporāliter gerimus, ætēnis gāu-  
 diis cōsequāmur. Per Dōminum.

¶ Alia Oratio, vt supra Oratio.

2 **A**cunctis nos, quæsumus, Dō-  
 mine, mentis & cōporis de-  
 fēde periculis: & intercedēte  
 beāta & gloriōsa semperque vir-  
 gine Dei genitrīce Maria, cum  
 beātis apōstolis tuis Petro & Pau-

lo, atque beāto **N.** & omnibus  
 sanctis: salutē nobis tribue be-  
 nīgnus, & pacem: vt destrūctis ad-  
 uersitatibus & erroribus vniuer-  
 sis, ecclēsia tua secūra tibi seruiat  
 libertāte. Per Dōminum.

Secreta.

**E**xāudi nos, Deus salutāris no-  
 ster: vt per huius sacramēti  
 virtūtem, a cunctis nos mentis &  
 cōporis hōstibus tueāris, grātiā  
 tribuens in præsentī, & glōriā  
 in futūro. Per Dōminum.

Postcommunio.

**M**vndet, & mūniat, nos quæ-  
 sumus, Dōmine, diuīni sa-  
 cramēti munus oblātum: & in-  
 tercedēte beāta virgine Dei ge-  
 nitrīce Maria, cum beātis apōsto-  
 lis tuis Petro & Paulo, atque beā-  
 to **N.** & omnibus sanctis: à cun-  
 ctis nos reddat & peruersitatibus  
 expiātos, & aduersitatibus expē-  
 dītos. Per Dōminum.

¶ Pro omni gradu Ecclesiæ. Orat.

**O**Mnīpotēs sempitērne Deus,  
 cuius spīritu totum corpus  
 Ecclēsiæ sanctificātur, & régitur:  
 exāudi nos pro vniuersis ordīni-  
 bus supplicātes: vt grātię tuę mū-  
 nēre ab omnibus tibi grādibus fi-  
 dēliter seruiātur. Per Dñm. in vni-  
 tātē eiūsdem.

Secreta.

**D**a famulis tuis, Dōmine, in-  
 dulgētiā peccatōrum,  
 consolatiōnem vitæ, gubernatiō-  
 nem



nem perpétuam : vt tibi seruién-  
tes, ad tuam iúgiter misericórdiam  
peruenire mereántur. Per Dñm.

## Postcommunio.

**L**ibera, quæsumus, Dómine, à  
peccátis & hóstibus tibi fá-  
mulos supplicántes : vt in sancta  
conuersatióne viuéntes, nullis af-  
ficiátur aduérſis. Per Dóminum.

## ¶ Pro Papa.

## Oratio.

4 **D**eus ómniũ fidélium pastor  
& rector, famulum tuum **N.**  
quem pastórem ecclésiæ tuæ præ-  
esse voluísti, propítius respice : da  
ei, quæsumus, verbo & exémplo  
quibus præest, proficere : vt ad vi-  
tam vnà cum grege sibi crédito  
perueniat sempitérnã. Per Dñm.

## Secreta.

**O**blátis, quæsumus, Dñe, pla-  
cãre munéribus : & famulũ  
tuum **N.** quem pastórem ecclésiæ  
tuæ præesse voluísti, assidua pro-  
tectiõe gubernã. Per Dóminum.

## Postcommunio.

**H**æc nos, quæsumus, Dñe, di-  
uini sacraméti percéptio  
prótegat : & famulũ tuũ **N.** quem  
pastórem ecclésiæ tuæ præesse volu-  
ísti, vnà cum cõmísso sibi grege fal-  
uet semper & múniat. Per Dñm.

## ¶ Pro Imperatore.

## Oratio.

5 **D**eus regnórum ómniũ, &  
Christiáni máxime proté-  
ctor impérij : da seruo tuo Impera-  
tóri **N.** triúmphum virtútis tuæ

sciénter excólere : vt qui tua con-  
stitutiõe est princeps, tuo semper  
múnere sit potēs. Per Dóminum.

## Secreta.

**S**uscipe, Dómine, preces & hó-  
stias ecclésiæ tuæ pro salúte fá-  
mulĩ tui supplicántis : & in prote-  
ctiõe fidélium populórum, anti-  
qua bráchij tui operãre miracula :  
vt superátis pacis inimícis, secúra  
tibi seruiat Christiãna libértas.  
Per Dóminum.

## Postcommunio.

**D**eus, qui ad prædicandum e-  
térni regis euangélium Ro-  
mãnum impériũ præparãsti : præ-  
tende famulo tuo Imperatóri **N.**  
arma cæléstia, vt pax ecclesiãrum  
nulla turbétur tempestãte belló-  
rum. Per Dóminum.

## ¶ Pro Rege.

## Oratio.

**Q**uæsumus, omnipotēs Deus,  
vt famulus tuus **N.** rex no-  
ster, qui tua miseratiõe suscépit  
regni gubernácula, virtútũ etiã  
ómnium percípiat increméta :  
quibus decénte ornãtus, & vi-  
tiórum monstra deuitãre, & ad te,  
qui via, véritas, & vita es, gratiósus  
váleat peruenire. Per Dóminum.

## Secreta.

**M**vnera, quæsumus, Dómi-  
ne, oblãta sanctífica : vt &  
nobis vnigéniti tui corpus & san-  
guis fiant : & regi nostro ad obti-  
nendam ánimæ córporisque salú-  
tem :

tem :



tem: & ad peragendum iniunctū officium, te largiente, vsquequaq; proficiant. Per eundem.

*Postcommunio.*

**H**Æc, Dñe, oblatio salutāris famulum tuum **N.** regē nostrum ab omnibus tueatur aduersis: quatenus ecclesiasticæ pacis obtineat tranquillitatem: & post istius temporis decursum, ad æternam perueniat hæreditatem. Per Dñm.

*Pro Prælatiſ, & congregationibus eis commiſſis Oratio.*

7 **O**Mnipotēs ſempitærne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus: prætende ſuper famulos tuos & ſuper congregatiōnes illis commiſſas, ſp̄ritum gr̄atiæ ſalutāris: & vt in veritate tibi placēat, perpētuum eis rorem tuæ benedictiōnis infunde. Per Dñm. in vnitāte eiūſdem.

*Secreta.*

**H**Oſtias, Dñmine, famulōrū tuōrum placātus intēde: & quas in honōrem nōminis tui deuōta mente pro eis celebrāmus, proficere ſibi ſentiant ad medēlam. Per Dñm.

*Postcommunio.*

**Q** Vos cælēſti récreas múnere, perpētuo, Dñmine, comitāre præſidio: & quos fouēre non deſinis, dignos fieri ſempitærna redemptiōne concēde. Per Dñm.

*Pro congregatione & familia.*

*Oratio.*

**D**Efēde, quæſumus, Dñmine, beāta Maria ſemper virgine intercedēte, iſtam ab omni aduerſitate familiam: & toto corde tibi proſtrātam, ab hōſtium propitius tuēre clemēter inſidiis. Per Dñm.

*Secreta.*

**S**Vſcipe, quæſumus, clemēter omnipotēs Deus, oblatiōnem noſtræ deuotiōnis: & per virtutē huius ſacramēti, famulos tuos à cunctis prōtege aduerſitatibus. Per Dñm.

*Postcommunio.*

**S**Vmptis redemptiōnis noſtræ munēribus: præſta, quæſumus, omnipotens Deus, eōrum nobis celebratiōne, tuæ protectiōnis contra omnes aduerſitates ſubſidium. Per Dñm.

*Pro concordia in congregatione ſeruanda. Oratio.*

**D**Eus largitor pacis, & amātor charitātis: da famulis tuis veram cum tua voluntate concōrdiam: vt ab omnibus, quæ nos pulſant, tentatiōnibus liberēmur. Per Dñm.

*Secreta.*

**H**is ſacrificiis, Dñmine, quæſumus, concēde placātus: vt qui propriis orāmus abſolui delictis, non grauēmur extēnis. Per Dñm.

*Post-*



## Postcommunio.

**S**pirítum nobis, Dómine, tuæ  
Scharitátis infunde: vt quos v-  
no pane cælésti satiâsti, tua fácias  
pietâte cõcórdes. Per Dóminum.  
in vnitâte eiúsdem.

Contra persecutores Ecclesiæ.

Oratio.

10 **E**cclésiæ tuæ, quæsumus, Dó-  
mine, preces placátus admít-  
te: vt destrúctis aduersitatibus &  
erróribus vniuérfis, secúra tibi sér-  
uiat libertâte. Per Dóminum.

Secreta.

**P**rótege nos, Dómine, tuis my-  
stériis seruiéntes: vt diuínis re-  
bus inhæréntes, & corpore tibi  
famulémur, & mente. Per Dómi-  
num nostrum.

Postcommunio.

**Q**uæsumus, Dómine Deus  
noster: vt quos diuína trí-  
buis participatióne gaudére, hu-  
mánis non finas subiacére pericu-  
lis. Per Dóminum.

Contra persecutores, & malè  
agentes.

Oratio.

11 **H**ostium nostrórum, quæsu-  
mus, Dómine, elíde supér-  
biam: & eórum contumáciam  
dexteræ tuæ virtúte prostérne. Per  
Dóminum.

Secreta.

**H**uius, Dómine, virtúte my-  
sterij: & à própriis múdémur  
occúltis, & ab inimicórum libe-  
rémur insidiis. Per Dóminum.

## Postcommunio.

**P**rotéctor noster aspice Deus:  
& ab inimicórum nos defén-  
de perículis: vt omni perturbatió-  
ne semóta, líberis tibi méntibus  
seruiámus. Per Dóminum.

Tempore belli. Oratio.

12 **O**mnípotens & miséricors  
Deus, à bellórum nos, quæ-  
sumus, túrbine fac quiétos: quia  
nobis bona cuncta prestâbis, si pa-  
cem déderis mentis & corpóris.  
Per Dóminum nostrum Iesum  
Christum filium tuum.

Secreta.

**S**acrificium, Dómine, quod  
Simmolâmus, placátus intén-  
de: vt & ab omni nos bellórum  
éruat nequítia, & in tuæ prote-  
ctiõnis securitâte constituat. Per  
Dóminum nostrum.

Postcommunio.

**S**acro sancti corpóris & sangui-  
nis Dómini nostri Iesu Chri-  
sti refectiõne vegetáti: supplex  
te rogâmus omnípotens Deus: vt  
hoc remedio singulári, ab ómniũ  
peccatórum nos contagiõne pu-  
rífices, & à periculórum múnias  
incursiõne cunctórum. Per eún-  
dem Dóminum nostrum.

Pro quacunque necessitate, &  
re obtinenda. Oratio.

13 **D**eus refúgiũ nostrũ & virtus:  
adésto piis ecclésiæ tuæ pré-  
cibus auctor ipse pietátis, & presta:  
vt quod



vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dñm.

*Secreta.*

**D**A misericors Deus: vt hæc salutaris oblatio, & à propriis nos reatibus indefinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dñm.

*Postcommunio.*

**S**umpsimus, Dñm, sacri dona mysterij, humiliter deprecantes: vt quæ in tui commemoratione nos facere præcepisti, in nostræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas.

*Pro quacunque tribulatione.*

*Oratio.*

14 **N**E despicias, omnipotens Deus, pópulum tuum in afflictione clamantem: sed propter glóriã nóm̄inis tui, tribulatis succurre placatus. Per Dñm.

*Secreta.*

**S**uscipe, Dñm, propitius hostias, quibus & te placari voluisti, & nobis salutẽ potẽti pietate restitui. Per Dñm.

*Postcommunio.*

**T**ribulationem nostrã, quæsumus, Dñm, propitius respice: & iram tuę indignationis, quam iustè meremur, auerte. Per Dñm nostrum.

*Tempore famis & pestis. Orat.*

15 **D**A nobis, quæsumus, Dñm, piæ supplicationis effe-

ctum: & pestilentiam, famemque propitiatus auerte: vt mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire, & te miserante cessare. Per Dñm.

*Secreta.*

**D**Eus, qui humani generis vtrámque substantiam, præsentium munerum & alimentorum vegetas, & renouas sacramento: tribue quæsumus: vt eorũ & corporibus nostris subsidium nõ desit, & mentibus. Per Dñm.

*Postcommunio.*

**G**uberna, quæsumus, Dñm, temporalibus alimentis: quos dignaris æternis informare mysterijs. Per Dñm.

*Ad pluuiam petendam. Orat.*

**D**Eus, in quo viuimus, mouemur, & sumus: pluuiam nobis tribue congruentem: vt presentibus subsidiis sufficienter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus. Per Dñm.

*Secreta.*

**O**blatis, quæsumus, Dñm, placare muneribus: & opportunum nobis tribue pluuie sufficientis auxilium. Per Dñm.

*Postcommunio.*

**D**A nobis, quæsumus, Dñm, pluuia salutarem, & aridam terræ faciem fluentis cælestibus dignanter infunde. Per Dñm nostrum.

*Ad*



**¶ Ad serenitatem petendā. Orat.**

17 **A**D te nos, Dómine, clamantes exaudi: & aëris serenitatem nobis tribue supplicātibz: vt qui iustè pro peccātis nostris affligimur, misericórdia tua præueniente, cleméntiam sentiāmus. Per Dóminum.

*Secreta.*

**P**Ræueniat nos, quæsumus, Dómine, grátia tua semper & subsequatur: & has oblationes, quas pro peccātis nostris nómini tuo consecrādas deférimus, benignus assūme: vt per intercessiōnem sanctōrum tuōrum, cunctis nobis proficiant ad salūtem. Per Dóminum. *Postcommunio.*

**Q**uæsumus omnipotens Deus cleméntiam tuam: vt inundāntiam coërceas ímbrium, & hilaritatem vultus tui nobis impartiri dignêris. Per Dóminum.

*Ad tempestates repellendas.*

*Oratio.*

18 **A** domo tua, quæsumus, Dómine, spiritales nequitię repellantur: & aëreārum discēdat malignitas tempestātum. Per Dóminum nostrum.

*Secreta.*

**O**fferimus tibi, Dómine, laudes & múnera, pro concéssis beneficiis grátias referentes, & pro concedēdis semper suppliciter deprecāntes. Per Dóminum.

*Postcommunio.*

**O**Mnípotēs sempitérne Deus, qui nos & castigādo sanas, & ignoscēdo conseruas: præsta supplicibus tuis: vt & tranquillitatibus huius optatæ consolatiōnis lætēmur, & dono tuæ pietātis semper vtāmur. Per Dóminum.

**¶ Pro peste animalium. Oratio.**

**D**Eus, qui labóribz hóminū, 19 *É*tiam de mutis animalibus solátia surrogāsti: suppliciter rogāmus: vt sine quibus non alitur humāna conditio, nostris faciās vsibus non perire. Per Dñm.

*Secreta.*

**S**acrificiis, Dómine, placātus oblātis, opem tuā nostris temporibus clemēter impēde. Per Dóminum nostrum.

*Postcommunio.*

**B**enedictiōnem tuam, Dómine, pópulus fidēlis accípiat: qua corpore saluētur & mente: & congruā tibi semper exhibeat seruitutē: & propitiatiōnis tuę beneficia semper inuēniat. Per Dñm.

*Pro remissione peccatorum.*

*Oratio.*

**D**Eus, qui nullum respicis, sed 20 *Q*uātūmuis peccāntibus, per pœnitentiam pia miseratiōne placāris: respice propitius ad preces humilitātis nostræ: & illumina corda nostra: vt tua valeāmus implere præcépta. Per Dóminum.

FF *Secreta.*



*Secreta.*

**P**resens sacrificium, Dómine, quod tibi pro delictis nostris offerimus, sit tibi munus acceptum: & tam viuéntibus, quam defunctis proficiat ad salutē. Per Dóminum.

*Postcommunio.*

**E**xaudi preces famíliæ tuæ Omnípotens Deus, & præsta: vt sancta hæc, quæ à te sumpsimus, incorrupta in nobis te donante seruentur. Per Dóminum.

*Pro petitione lachrymarum.**Oratio.*

21 **O**mnípotens, & mitissime Deus, qui sitiénti pópulo fontem viuéntis aquæ de petra produxisti: educ de cordis nostri durítia cōpunctiōnis lachrymas: vt peccata nostra plangere valeamus, remissionemq; peccatorum, te miserante, mereamur accipere. Per Dóminum.

*Secreta.*

**H**anc oblatiōnē, quæsumus, Dómine Deus, quam tuæ maiestati pro peccatis nostris offerimus, respice propítius: & produc de óculis nostris lachrymarum flúmina: quibus débita flammârum incēdia valeant extingui. Per Dóminum.

*Postcommunio.*

**G**ratiam spíritus sancti, Dñe Deus, córdibus nostris clemēter infunde: quæ nos gemíibus lachrymarum efficiat mácu-

las nostrorū diluere peccatorum: atq; optatæ nobis, te largiēte, indulgētiæ præstet effectū. Per Dóminum. in vnitâte eiúsdem.

*Pro tribulatione peccatorum.**Oratio.*

22 **I**neffabilem misericordiã tuam nobis, Dñe, clemēter ostēde: vt simul nos & à peccatis omnib<sup>9</sup> exuas: & à pœnis, quas pro his meremur, erípias. Per Dóminum.

*Secreta.*

**P**urificet nos, quæsumus, Dómine, múnere præsentis oblatiō: & dignos sacra participatiōne perficiat. Per Dóminum.

*Postcommunio.*

**P**ræsta, quæsumus Dómine: vt terrenis affectibus expiati, ad supérni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus, sancta, tendamus. Per Dóminum.

*Pro deuotis amicis. Oratio.*

23 **D**eus, qui charitatis dona per grátiam sancti spíritus tuorum córdibus fidélium infudisti, da famulis & famulâbus tuis, pro quibustuã deprecâmur clemētiã, salutē mentis & córporis: vt te tota virtûte diligant, & quæ tibi placita sunt, tota dilectiōne perficiant. Per Dñm. in vnitâte eiúsdē.

*Secreta.*

**M**iserere, quæsumus, Dñe, famulis & famulâbus tuis, pro quibus hoc sacrificium laudis

tua



tuæ offerimus maiestati : vt per hæc sancta, supérne benedictiõnis grátiam obtíneant, & glóriam ætérnæ beatitúdinis acquirant. Per Dóminum. *Postcommunio.*

**D**Iuina, libátes mystéria, quæsumus, Dñe: vt hæc salutária sacraménta illis proficiant ad prosperitatē & pacem, pro quorum, quárumq; dilectiõne, hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Dóminum.

*Pro inimicis. Oratio.*

<sup>24</sup> **D**Eus pacis, charitatisq; amátor & custos : da ómnibus inimicis nostris pacē charitatemq; veram, cunctórumque eis remissionem tríbue peccatórum nósq; ab eórum insidiis potenter éripe. Per Dóminum. *Secreta.*

**O**blátis, quæsumus, Dómine, placáre munéribus : & nos ab inimicis nostris cleméter éripe: eisque indulgéntiam tríbue delictórum. Per Dóminum.

*Postcommunio.*

**H**æc nos cõmunio, Dñe, éruat à delictis: & ab inimicórum defendat insidiis. Per Dñm.

*Pro iter agentibus. Oratio.*

<sup>25</sup> **A**désto, Dómine, supplicatiõnibus nostris, & viam famulórum tuórum in salutis tuæ prosperitatē dispõne: vt inter omnes viæ & vitæ huius varietates, tuo semper protegántur auxilió. Per Dóminum.

*Secreta.*

**P**ropitiáre, Dñe, supplicatiõnibus nostris: & has oblatiõnes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benígnus assúme: vt viam illórum, & præcedente grátia tua dirigas, & subsequente comitari dignêris: vt de actu atque incolumitatē eórum, secúndum misericórdiæ tuæ præsidia gaudeámus. Per Dóminum. *Postcommunio.*

**T**Va, Dómine, famulos tuos sperántes in te, quæ sumpsimus sacraménta custódiat: & contra omnes aduersos tueántur incúrsus. Per Dóminum.

*Pro nauigantibus. Oratio.*

**D**Ēus, qui transtulisti patres <sup>26</sup> nostros per mare rubrum, & transuexisti eos per aquã nímiã, laudem tui nóminis decantántes: te suppliciter deprecámur: vt in nauí famulos tuos, repúlsis aduersitatibus, portu semper optábili, cúrsuque tranquillo tueáris. Per Dóminum nostrum.

*Secreta.*

**S**Vscipe, quæsumus, Dómine, preces famulórũ tuórum, cum oblatiõnibus hostiárũ: & tua mystéria celebrántes, ab ómnibus defende periculis. Per Dóminum.

*Postcommunio.*

**S**Anctificati diuino mystério, Smaiestatem tuam, Dómine, suppliciter deprecámur, & peti-



mus: vt, quos donis cælestibus interesse, per signum sanctæ Crucis & à peccatis omnibus abstrahas, & à periculis cunctis miseratus eripias. Per Dóminum.

*¶ Pro infirmis. Oratio.*

27 **O**Mnípotés sempitérne Deus, salus etérna credéntium: exáudi nos pro infirmis famulis tuis, pro quibus misericórdiæ tuæ implorámus auxiliúm: vt réddita sibi sanitáte, gratiárum tibi in ecclésia tua réferant actiões. Per Dóminum nostrum.

*Secreta.*

**D**Eus, sub cuius nútibus vitæ nostræ moménta decurrút: suscipe preces & hóstias famulorum tuorum, pro quibus misericórdiam tuam ægrotántibus implorámus: vt de quorum periculo metúimus, de eórum salúte lætémur. Per Dóminum.

*Postcommunio.*

**D**Eus, infirmitátis humánæ singuláre præsidium, auxiliij tui super infirmos famulos tuos osténde virtútem: vt ope misericórdiæ tuæ adiúti, ecclésiæ tuæ sanctæ incólumes repræséntari mereántur. Per Dóminum.

*Pro constituto in carcere. Oratio.*

28 **D**Eus, qui beátum Petrum à vinculis absolútum illæsum abire fecísti: famuli tui in captiuitate pófiti víncula absolue: & eum ipsius

méritis illæsum abire concède. Per Dóminum. *Secreta.*

**S**Vper has, quæsumus, Dómine, hóstias benedíctio copiôsa descéndat: quæ captiui nostri víncula soluat, & de eius liberatiõe nos citò lætíficet. Per Dóminum.

*Postcommunio.*

**P**Reces nostras, quæsumus, Dómine, cleménte exáudi: & per hæc sacraménta quæ sumpsimus, famulum tuum à vínculis suæ captiuitátis absolue. Per Dñm.

*¶ Pro tētatis & tribulatis. Oratio.*

**D**Eus, qui iustificas impium, & non vis mortem peccatorum: maiestatem tuam suppliciter deprecámur: vt famulos tuos de tua misericórdia confidéntes, cælesti prótegas benignus auxilió, & assidua protectiõe conférues: vt tibi iúgiter famuléntur, & nullis tentationibus à te separéntur. Per Dóminum nostrum. *Secreta.*

**H**Vius, quæsumus, Dñe, virtute mystérij, & à própriis nos munda delictis, & famulos tuos ab omnibus absolue peccatis. Per Dóminum. *Postcommunio.*

**P**Vríficent nos, quæsumus, Dómine, sacraménta quæ sumpsimus: & famulos tuos ab omni culpa líberos esse concède: vt qui consciéntiæ reatu constringuntur, cælestis remédij plenitudine gloriéntur. Per Dóminum.



## Ad repellēdas malascogitationes.

## Oratio.

30 **O**Mnīpotens & mitissime Deus, respice propitius preces nostras, & libera corda nostra de malārum tentationibus cogitationum: vt sancti spīritus dignū fieri habitāculum mereāmur. Per Dōminum. in vnitāte eiūsdem.

## Secreta.

**H**As tibi, Dōmine, offerimus oblationes pro salūte nostra: quatenus ānimas nostras ab imūndis cogitationibus purges, illasque custodias: & sancti spīritus grātia illumināre dignēris. Per Dōminum. in vnitāte eiūsdē.

## Postcommunio.

**D**Eus, qui illuminas omnem hōminem venientem in hūc mundum: illumina, quæsumus, corda nostra grātiæ tuæ splendōre: vt dignè maiestati tuæ ministrāre, teque æterna charitate diligere valeāmus. Per Dōminum.

## Ad postulandam charitatem.

## Oratio.

31 **D**Eus, qui diligentibus te facis cuncta prodēsse: da cōrdibus nostris inuiolābilem tuæ charitatis affectum: vt desideria de tua inspiratione concēpta, nulla possint tentatione mutāri. Per Dñm.

## Secreta.

**D**Eus, qui nos ad imāginem tuam, sacramētis renouas

& præceptis: pērfice gressus nostros in sēmitis tuis: vt charitatis donum, quod fecisti à nobis sperāri: per hæc quæ offerimus sacrificia, facias apprehēdi. Per Dñm.

## Postcommunio.

**S**ANCTI spīritus grātia, quæsumus, Dōmine, corda nostra illuminet: & perfectæ charitatis dulcēdine, abundāter reficiat. Per Dñm. in vnitāte eiūsdem.

## Ad postulandam patientiam.

## Oratio.

**D**EUS, qui vnigēniti tui patientia antiqui hostis contriūisti superbiam: da nobis, quæsumus, quæ idem piē pro nobis pertulit, dignè recōlere: sicque exemplo eius, nobis aduersantia æquanimiter tolerāre. Per eūndem.

32

## Secreta.

**M**VNERA nostræ oblationis, quæsumus, Dñe, placātus sūscipe: que, vt nobis patientiæ donum cōdonāre dignēris, maiestati tuę deuōta offerimus actiōne. Per Dōminum.

## Postcommunio.

**S**ACROSANCTA, Dñe, sumētes mystēria, amīssam nobis, quæsumus, reconcīlient grātiā: atq; munus patientiæ in illatis omnibus, semper & vbīq; protegēdo, impertiant. Per Dōminum.

## Ad postulandā cōtinentiā. Orat.

**V**Re igne sancti Spīritus renos nostros, & cor nostrum, Dō-

33



mine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus. Per Dñm. in vnitâte eiusdem.

*Secreta.*

**D**irumpere, Dñe, vincula peccatorum nostrorum: vt sacrificare tibi hostiâ laudis absolûta libertate possimus, retribue que ante tribuisti: & salua nos per indulgentiam, quos dignatus es saluare per gratiam. Per Dñm. *Postcom.*

**D**omine adiutor & protector noster, adiuua nos; & refloret caro nostra vigore pudicitie, & sanctimonie nouitate: ereptaque de manu tartari in resurrectionis gaudiu iubeas presertari. Per Dñm.

*¶ Pro salute viuorum. Oratio.*

34 **P**rætere, Domine, fidelibus tuis dexteram celestis auxilij: vt te toto corde perquirant, & que dignè postulant, consequi mereantur. Per Dominum. *Secreta.*

**P**ropitiare, Dñe, supplicationibus nostris: & has oblationes fidelium tuorum, quas tibi pro incolunitate eorum offerimus, benignus assume: & vt nullus sit irritum votu, nullus vacua postulatio: presta quesumus: vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dñm. *Postcomm.*

**D**A fidelibus tuis, quesumus, Dñe, in tua fide & sinceritate constantia: vt in charitate diuina firmati, nullis tentationibus ab

eius integritate vellatur. Per dñm.

*¶ Pro viuis & defunctis. Oratio.*

35 **O**Mnipotes sempiternus Deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum: omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decruimus: quosque vel presens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tue clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum. *Secreta.*

**D**Eus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quesumus: vt intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus, & nomina omnium fidelium beate predestinationis liber ascripta retineat. Per Dominum.

*¶ Postcommunio.*

**P**urificent nos, quesumus, omnipotens & misericors Deus, sacramenta que sumpsimus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis, presta: vt hoc tuum sacramentum: non sit nobis reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum:

sit



sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per Dominum.

MISSA IN COMMEMORATIONE omnium fidelium defunctorum. Introitus.



Requiem æternâ dona eis Dñe, & lux perpetua luceat eis.

*Psal.* Te decet hymnus, Deus, in Sion, &

tibi reddetur votum in Hierusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Deinde absolutè repetitur *R* equiè, vsque ad *Psalum*.

Oratio.

**F**idelium, Deus, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionē cūctorum tribue peccatorū: vt indulgentiā, quam semper optauerunt, piis supplicationibus cōsequantur. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitatē spiritus sancti Deus.

*Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios:*

**F**ratres: Ecce, mysteriū vobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba ( canet enim tuba ) & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, in-

dūere incorruptionem: & mortale hoc, induere immortalitatem.

Cū autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus verò peccati, lex. Deo autem grātas, qui dedit nobis victoriā per Iesum Christum Dominum nostrum.

*Graduale.* Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. *ψ.* In memoria æterna *ps. lxxi.* erit iustus: ab auditione mala non timebit.

*Tractus.* Absolue, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. *ψ.* Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. *ψ.* Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

*Sequentia.*

**D**ies iræ, dies illa,  
Soluēt sæclum in fauilla:  
Teste Dauid cum Sibylla.

**Q**uantus tremor est futurus,  
Quando iudex est venturus,  
Cuncta strictè discussurus.

**T**uba mirum spatgens sonum,  
Per sepulchra regionum,  
Coget omnes ante thronum.

**M**ors stupebit & natura,  
Cū resurget creatura,  
Iudicanti responsura.



**L**iber scriptus proferetur,  
In quo totum continetur,  
Vnde mundus iudicetur.

**I**udex ergo cum sedebit,  
Quicquid latet, apparebit:  
Nil inultum remanebit.

**Q**uid sum miser tunc dicturus?  
Quem patronum rogaturus?  
Dum vix iustus sit securus.

**R**ex tremendæ maiestatis,  
Qui saluandos saluas gratis,  
Salua me fons pietatis.

**R**ecordare Iesu pie,  
Quòd sum causa tuæ viæ,  
Ne me perdas illa die.

**Q**uærens me, sedisti lassus:  
Redemisti, crucem passus:  
Tantus labor non sit cassus.

**I**ustæ iudex vltionis,  
Donum fac remissionis  
Ante diem rationis.

**I**ngemisco, tanquam reus:  
Culpa rubet vultus meus:  
Supplicanti parce Deus.

**Q**ui Mariam absoluisti,  
Et latronem exaudisti:  
Mihi quoque spem dedisti.

**P**reces meæ non sunt dignæ:  
Sed tu bonus fac benignè:  
Ne perenni cremer igne:

**I**nter oues locum præsta,  
Et ab hædis me sequestra,  
Statuens in parte dextra.

**C**onfutatis maledictis,  
Flammis acribus addictis:  
Voca me cum benedictis.

**O**ro supplex & acclinis:  
Cor contritum quasi cinis,  
Gere curam mei finis.

**L**achrymosa dies illa,  
Qua resurget ex fauilla

**I**udicandus homo reus:  
Huic ergo parce Deus:

**P**ie Iesu Domine,  
Dona eis requiem. Amen.

**Sequentia sancti euangélj  
secúndum Ioánnem.**

**I**N illo tēpore: Dixit Iesus di- CAP. 5.  
scípulis suis, & turbis Iudæorū.  
Amen amen dico vobis: quia ve-  
nit hora & nunc est, quādo mór-  
tui áudient vocem filij Dei: & qui  
audierint, viuent. Sicut enim pa-  
ter habet vitam in semetípso: sic  
dedit & filio vitam habere in se-  
metípso: & potestatem dedit ei iu-  
dícium facere, quia filius hóminis  
est. Nolíte mirári hoc: quia venit  
hora, in qua omnes qui in monu-  
méntis sunt, áudient vocem filij  
Dei. Et procédent qui bona fecé-  
runt, in resurrectiõnem vitæ: qui  
verò mala egérunt, in resurrectiõ-  
nem iudícij.

**Offert.** Domine Iesu Christe, rex  
gloriæ, libera animas omnium fide-  
lium defunctorum de pœnis inferni,  
& de profundo lacu: libera eas de ore  
leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne  
cadant in obscurum: sed signifer san-  
ctus Michael repræsentet eas in lucē  
sanctā. Quā olim Abrahæ promisisti,  
& se-



& semini eius. *ψ.* Hostias & preces tibi, Dñe, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarū hodie memoriā facimus: fac eas, Dñe, de morte transire ad vitam. *Quam. Secreta.*

**H**ostias, quæsum⁹, Dñe, quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus intēde: vt quibus fidei Christianę meritū cōtulisti, dones & præmiū. Per Dñm.

**Communio.** Lux æterna luceat eis, Dñe. Cum sanctis tuis in eternū: quia pius es. *ψ.* Requie æternam dona eis Dñe: & lux perpetua luceat eis. Cum.

**Postcommunio.**

**A**nimabus, quæsumus, Dñe, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicatium: vt eas & à peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptiōnis facias esse participes. Qui viuis.

**Dicto, Dominus vobiscum, dicitur** Requiescant in pace. *℞. Amen. & nō datur benedictio. Sed dicto secreto, P* laceat, *&c. dicitur Euangel. S. Ioannis. I* n principio erat verbum.

**IN DIE OBITU**  
**seu depositionis defuncti.**

**Introitus.**



Equiem. æternā dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.

**Psal.** Te decet hymnus Deus in Sion, &

tibi reddetur votū in Hierusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. **R** equiem.

**Oratio.**

**D**eus, cui proprium est misereri semper & parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui **N.** quam de hoc sæculo hodie migrare iussisti, vt non tradas eam in manibus inimici, neq; obliuiscaris in finem: sed iubeas eam à sanctis angelis suscipi, & ad patriam paradisi perducī: vt quia in te sperauit & credidit, non pœnas æternas sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Dñm.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.**

**F**ratres: Nolumus vos ignorare 1. Cap. 4. re de dormientibus, vt nō contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent: Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Dñi, quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Dñi, nō preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dñs in iussu & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus ob-

**FF** 5 uiam:



uiam Christo in aëra: & sic semper cum Dño erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

**Graduale.** Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. *Ps. 111.* In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

**Tractus.** Absolve Domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. *Ps.* Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium ultionis. *Ps.* Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

**Sequentia.** Dies iræ, &c. vt supra, pag. 87.

**Sequentia sancti euangélj  
secúndum Ioánnem.**

*Cap. 11.* **I**n illo tempore: Dixit Martha ad Iesum. Domine, si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcúnque popósceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit ei Iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Dixit ei Iesus. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit, uiuet. Et omnis qui uiuit, & credit in me: non moriêtur in æternum. Credis hoc? Ait illi. Vtique Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei uiui, qui in hunc mundum uenisti.

**Offert.** Dñe Iesu Christe rex gloriæ, libera animas omniû fidelium defun-

ctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurû: sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahe promisisti, & semini eius. *Ps.* Hostias & preces tibi, Dñe, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarû hodie memoriã facimus, fac eas, Dñe, de morte trãfire ad vitam. **Quam.**

**Secreta.**

**P**ropitiare, quæsumus, Dñe, animæ famuli tui **N.** pro quo tibi hostiã laudis immolãmus, maiestãtẽ tuã suppliciter deprecãtes: vt per hæc piæ placatiõnis officia, peruenire mereãmur ad requiem sempiternam. Per Dóminum.

**Commun.** Lux æterna luceat eis, Dñe: Cum sanctis tuis in eternû: quia pius es. *Ps.* Requiem æternã dona eis. Dñe: & lux perpetua luceat eis. Cum.

**Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus, omnipotês Deus: vt anima famuli tui **N.** quæ hodie de hoc sæculo migrãuit, his sacrificiis purgãta, & à peccãtis expedita, indulgẽtiam pariter & vitam capiat sempiternam. Per Dóminum.

IN DIE TERTIO, SEPTIMO, & trigesimo depositionis defuncti, dicitur Missâ vt supra, exceptis Orat. quæ dicuntur vt infra. **Oratio.**

**Q**uæsumus, Domine: vt animæ famuli tui, cuius depositionis



tiōnis diē [tértium] vel [séptimū,] vel [trigésimū], cōmemorāmus, sanctōrum, atq; electōrū tuōrum largiri dignēris cōfōrtiū: & rorē misericōrdiæ tuæ perennē infundas. Per Dōminum. **Secreta.**

**M**Vnera, quæsumus, Dōmine, quæ tibi pro anima famuli tui offerimus, placatus intēde: vt remēdiis purgāta cēlestibus, in tua pietāte requiescat. Per Dōminum. **Postcommunio.**

**S**Vscipe, Dōmine, preces nostras pro anima famuli tui: vt si quæ ei maculæ de terrēnis cōtagiis adhæserūt, remissiōnis tuæ misericōrdia deleantur. Per Dōminum.

IN ANNIVERSARIO  
defunctorum. **Introitus.**



Equiem eternā dona eis Dñe: & lux perpetua luceat eis.

**Psal** Te decet hymnus Deus in Sion, &

tibi reddetur votum in Hierusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. **R**equiem.

**¶** Si pro vno fiat anniversarium, sequentes Orationes dicantur in singulari numero. **Oratio.**

**D**Eus indulgentiarum, Dōmine, da animabus famulōrū famularumque tuarum, quorum anniversarium depositiōnis diem cōmemorāmus, refrigerij sedem,

quiētis beatitudinem, & lūminis claritatem. Per Dōminum.

**Lectio libri Machabæorum.**

**I**N diēbus illis: Vir fortissimus 2. Cr. 12. Iudas, collatiōne facta, duodecim millia drachmas argēti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuōrum sacrificium, iustē & religiōsē de resurrectiōne cogitans. (Nisi enim eos qui ceciderant, resurrectūros sperāret, superfluum viderētur & vanū orare pro mortuis.) Et quia considerābat quōd hi, qui cū pietāte dormitiōnem accēperant, optimā haberēt repōsitā grātiā. Sancta ergo & salūbris est cogitatio pro defunctis exorare: vt à peccatis soluantur.

**Graduale.** **R**equiem æternā dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. **ψ.** In memoria æterna erit iustus: Ps. 111. ab auditione mala non timebit.

**Tractus.** Absolue, Domine, animas omnium fidelium defunctorum: ab omni vinculo delictorum. **ψ.** Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium ultionis. **ψ.** Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

**Sequētia sancti euangēlij  
secūndum Ioānnem.**

**I**N illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis & turbis Iudæorū. Cap. 8. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eiiciā foras. Quia descēdi de cælo, non vt faciam volūtatem

tem



tem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hæc est autem voluntas eius, qui misit me, patris: ut omne quod dedit mihi, non perdam exco: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est autem voluntas patris mei qui misit me: ut omnis qui videt filium, & credit in eum: habeat vitam æternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

**Offertor.** Domine Iesu Christe rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahamæ promissisti, & semini eius. *Ps.* Hostias & preces tibi, Dñe, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. Quam olim.

**Secreta.**

**P**ropitiare, Dñe, supplicationibus nostris, pro animabus famulorum famularumque tuarum, quorum hodie annua dies agitur, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis: ut eas sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dñm.

**Communio.** Lux æterna luceat eis Domine: Cum sanctis tuis in æternum: quia pius es. *Ps.* Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Cum sanctis.

**Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus, Domine, ut animæ famulorum famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus: his purgatae sacrificiis, indulgentiam pariter & requiem capiant sempiternam. Per Dominum nostrum.

**IN MISSIS QUOTIDIANIS defunctorum. Introitus.**



Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

*Psal.* Te decet hymnus, Deus, in Sion: &

tibi reddetur votum in Hierusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. **R**equiem.

**Pro defunctis Episcopis, seu Sacerdotibus. Oratio.**

**D**eus, qui inter apostolicos sacerdotes, famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus: ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Dominum.

**Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Oratio.**

**D**eus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam: ut nostræ congregatiōnis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt: beata Maria



ria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis: ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas. Per Dñm.

*Pro fidelibus defunctis generalis Oratio.*

**F**idelium, Deus, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optauerunt, piis supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas.

*Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.*

**C**ap. 14. **I**n diebus illis: Audiuí vocẽ de celo, dicentẽ mihi. Scribe. Beati mortui, qui in Dño moriuntur. A modò iã dicit spírítus, ut requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

**Graduale.** **R**equiem æternã dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. **V.** In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

**Tractus.** **A**bsolue, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. **V.** Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium ultionis. **V.** Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

*Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.*

**C**ap. 6. **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis, & turbis Iudæorũ.

Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in eternũ. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi ad inuicẽ, dicentes. Quomodo potest hic nobis carnẽ suã dare ad manducandũ? Dixit ergo eis Iesus. Amen, amẽ, dico vobis: nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis vitã in vobis. Qui manducat meã carnem, & bibit meũ sanguinem, habet vitã æternã. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

**Offertor.** **D**omine Iesu Christe rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucẽ sanctam: Quam olim Abraham promissisti, & semini eius. **V.** Hostias & preces tibi, Dñe, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarũ hodie memoriam facimus: fac eas, Dñe, de morte transire ad vitam. **Quam.**

*Pro defunctis Episcopis, seu Sacerdotibus. Secreta.*

**S**uscipe, Domine, quæsumus, pro animabus famulorũ tuorum pontificum, seu sacerdotum, quas offerimus hostias: ut quibus in hoc sæculo pontificale, seu sacerdotale donasti meritum: in cæ-

lesti



lésti regno sanctôrum tuôrum iú-  
beas coniungi cōsôrtio. Per Dñm.  
Pro defunctis fratribus, propin-  
quis, & benefactoribus.

*Secreta.*

**D**Eus, cuius misericordiæ non  
est númerus, sūscipe propi-  
tius preces humilitatis nostræ: &  
animâbus fratrum, propinquôrū,  
& benefactorum nostrorum, qui-  
bus tui nóm̄inis dedisti confessiō-  
nem: per hæc sacramenta salûtis  
nostræ, cunctôrū remissiōnem tri-  
bue peccatôrum. Per Dóminum.

*Pro fidelibus defunctis. Secreta.*

**H**ostias, quæsumus, Dómine,  
quas tibi pro animâbus fa-  
mulôrum famularumq; tuârum  
offérimus, propitiatus inténde: vt  
quibus fidei Christiánæ méritum  
contulisti, dones & præmium. Per  
Dóminum nostrum.

*Communio.* Lux æterna luceat  
eis Domine. Cum sanctis tuis in eter-  
num: quia pius es. *ψ.* Requiem æter-  
nam dona eis Domine: & lux perpe-  
tua luceat eis. Cum sanctis.

*Pro defunctis Episcopis, seu Sa-  
cerdotibus. Postcommunio.*

**P**rofit, quæsumus, Dómine,  
animâbus famulôrū tuôrum  
pontíficum seu sacerdotum, mi-  
sericordiæ tuæ implorâta clemén-  
tia: vt eius, in quo sperauerunt &  
crediderunt, ætérnum cāp̄iant te  
miserante cōsôrtium. Per Dñm.

Pro defunctis fratribus, propin-  
quis, & benefactoribus.

*Postcommunio.*

**P**ræsta, quæsumus, omnípotēs  
& misericors Deus; vt animæ  
fratrum, propinquôrum, & bene-  
factorum nostrorum, pro quibus  
hoc sacrificium laudis tuæ obtú-  
limus maiestati: per huius virtutē  
sacramenti, à peccatis ómnibus  
expiatæ, lucis perpétuæ, te mise-  
rante, recípiant beatitudinem.  
Per Dóminum.

*Pro fidelibus defunctis. Postcom.*

**A**nimâbus, quæsumus, Dó-  
mine, famulôrū famularūq;  
tuârum oratio proficiat supplicā-  
tium: vt eas & à peccatis ómnibus  
éxuas, & tuæ redemptiōnis facias  
esse partícipes. Qui viuis.

*Epistolæ & Euangelia supe-  
rius posita in vna Missa pro de-  
functis, possunt etiam dici in alia  
Missæ pro eisdem defunctis.*

## ORATIONES DIVER- SAE PRO DEFUNCTIS.

**¶** In die depositionis, & anni-  
uersario Summi Pontificis dicitur  
prima Missa, vt supra, pagina 87.  
præter Orationes, quæ dicuntur  
vt infra. *Oratio.*

**D**Eus, qui inter summos Sa-  
cerdotes famulum tuum **N.**  
ineffabili tua dispositiōe connu-  
merari voluisti, præsta, quæsumus:  
vt qui



vt qui vnigéniti filij tui vices in terris gerêbat, sanctôrum tuôrum pontificum consortio perpétuo aggregêtur. Per eundem.

*Secreta.*

**S**Vscipe, quæsumus, Dómine, pro ánima famuli tui **N.** summi pontificis quas offerimus hóstias : vt cui in sæculo pontificale donâsti méritum, in cælésti regno sanctôrum tuôrum iúbeas iungi consortio. Per Dóminum.

*Postcommunio.*

**P**ROsit, quæsumus, Dñe, ánime famuli tui **N.** summi pontificis misericórdiæ tuæ implorâta cleméntia, vt eius, in quo sperâuit & credidit, etérnũ cápiat te miserante consortium. Per Dóminum.

*Pro defuncto Episcopo dicitur prima Missa, vt sup. 87. Oratio vt infra. Oratio.*

**D**Eus, qui inter apostólicos Sacerdotes famulum tuum [pontificali] fecisti dignitate vigêre: præsta, quæsumus: vt eôrum quoque perpétuo aggregêtur consortio. Per Dóminum.

*Secreta.*

**S**Vscipe, Dómine, quæsumus, pro ánima famuli tui [pontificis] quas offerimus hóstias: vt cui in hoc sæculo [pontificale] donâsti méritum, in cælésti regno sanctôrum tuôrum iúbeas coiungi consortio. Per Dóminum.

*Postcommunio.*

**P**ROsit, quæsumus, Dñe, ánime famuli tui pontificis misericórdiæ tuæ implorâta cleméntia: vt eius, in quo sperâuit & credidit, etérnum cápiat te miserante consortium. Per Dóminum.

*¶ Pro defuncto Sacerdote dicitur eadem Oratio: sed vbi dicitur pontificali, dicatur, sacerdotali.*

*Pro defuncto Episcopo. alia Oratio.*

**D**A nobis, quæsumus, Dómine, vt animam famuli tui Episcopi, quam de huius sæculi eduxisti laboriôso certamine, sanctôrum tuôrum cœtui iúbeas esse consortem. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

*Secreta.*

**A**nnue nobis, quæsumus, Dómine, vt animæ famuli tui Episcopi, hæc profit oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxári delicta. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

*Postcommunio.*

**H**is sacrificiis, quæsumus omnípotens Deus: vt purgâta ánima & spíritus famuli tui Episcopi, ad indulgéntiam & refrigerium sempiternũ peruenire mereatur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitáte spíritus sancti Deus.

*Pro*



Pro defuncto Sacerdote  
alia Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, Dómine, vt ánima famuli tui sacerdotis, quem in hoc sæculo commorantē, sacris munéribus decorasti: in cælesti sede gloriósa, semper exúltet. Per Dóminum.

Secreta.

**S**Vscipe, quæsumus Dómine, pro ánima famuli tui sacerdotis, quas offerimus hóstias: vt cui sacerdotále donasti méritum, dones & præmium. Per Dóminum.

Postcommunio.

**P**Ræsta, quæsumus omnipotēs Deus: vt ánima famuli tui sacerdotis, in congregatióne iustórum æternæ beatitudinis iúbeas esse consórtem. Per Dñm.

*Si fuerint plures, dicatur vt supra in quarta Missa, pag. 92.*

Pro vno defuncto. Oratio.

**I**Nclína, Dómine, aurem tuã ad preces nostras, quibus misericórdiã tuã supplices deprecámur: vt ánima famuli tui, quã de hoc sæculo migrãre iussisti, in pacis ac lucis regiõne cõstituas: & sanctórum tuórum iúbeas esse consórtem. Per Dóminum. Secreta.

**A**Nnue nobis, quæsumus, Dómine: vt ánime famuli tui hæc profit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dóminum.

Postcommunio.

**A**Bsólue, quæsumus, Dómine, ánima famuli tui ab omni vínculo delictórum: vt in resurrectionis glória, inter sanctos & electos tuos, resuscitatus respíret. Per Dóminum nostrum.

Pro vna defuncta. Oratio.

**Q**Væsumus, Dómine, pro tua pietãte miserere ánime famulæ tuæ: & à cõtágiis mortalitãtis exútam, in æternæ saluatiõnis partem restitue. Per Dóminum.

Secreta.

**H**Is sacrificiis, quæsumus, Dómine, ánima famulæ tuæ à peccãtis omnibus exuãtur, sine quibus à culpa nemo liber éxstitit: vt per hæc pię placatiõnis officia, perpétuam misericórdiam consequãtur. Per Dóminum.

Postcommunio.

**I**Nuéniat, quæsumus, Dómine, ánima famulæ tuæ lucis æternę consórtium: cuius perpétuæ misericórdię consecúta est sacramentum. Per Dóminum.

Pro patre & matre,

Oratio.

**D**Eus, qui nos patrem & matrem honorãre præcepisti: miserere cleménter animãbus patris & matris meę: eórumque peccãta dimítte: méque eos in eterne claritãtis gáudio fac vidére. Per Dóminum nostrum.

Secreta.



*Secreta.*

**S**Vscipe sacrificiū, Dñe, quod tibi pro animabus patris & matris meæ offero: eisq; gaudiū sempiternum in regione viuorū concede: meq; cum illis felicitati sanctorum cōiunge. Per Dōminum.

*Postcommunio.*

**C**Ælestis participatio, Dñe, sacramenti, animabus patris & matris meę requiē & lucem obtineat perpetuā: meq; cum illis gratia tua corōnet æterna. Per Dñm.

*Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Oratio.*

**D**Eus, veniē largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clemētiā tuam: vt nostræ cōgregatiōnis fratres, propinquos, & benefactōres, qui ex hoc sēculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedēte: cū omnibus sanctis tuis: ad perpetuæ beatitudinis cōsortiū peruenire concedas. Per Dōminum.

*Secreta.*

**D**Eus, cuius misericordię non est nūmerus, suscipe propiti⁹ preces humilitatis nostræ: & animabus fratrū, propinquorū, & benefactorū nostrorū, quibus tui nominis dedisti cōfessionē: per hæc sacramēta salutis nostræ, cunctorum remissionē tribue peccatorū.

Per Dōminum: *Postcommunio.*

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotēs & misericors Deus: vt animæ

fratrum, propinquorū, & benefactorum nostrorū, pro quibus hoc sacrificiū laudis tuę obtulimus maiestati: per huius virtutē sacramenti à peccatis omnibus expiata, lucis perpetuæ te miserante recipiant beatitudinem. Per Dōminum.

*Pro his qui in cœmeterio requiescunt. Oratio.*

**D**Eus, cuius misericordiē animam fideliū requiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hic & vbīq; in Christo quiescentibus, da propiti⁹ veniā peccatorum: vt à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per eundem.

*Secreta.*

**P**RO animab⁹ famulorū famularumq; tuarum, & omnium catholicorum, hīc & vbīq; in Christo dormientium, hōstiam, Dñe, suscipe benignus oblata: vt hoc sacrificio singulari, vinculis horredē mortis exute, vitā mereantur eternam. Per eundem: *Postcommunio.*

**D**Eus, fideliū lumen animarū, adesto supplicatiōibus nostris: & da famulis & famulab⁹ tuis, quorū cōpōra hīc & vbīq; in Christo requiescunt, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per eundem.

*Pro fidelib. defunct. general. Orat.*

**F**ideliū, Deus, omnium cōditor & redemptor, animabus famulorum famularumq; tuarum



remissiōnē cunctōrū tribue peccatōrum: vt indulgētiā, quam semper optauerunt, piis supplicatiōnibus cōsequantur. Qui viuus.

*Secreta.*

**H**ostias, quæsumus, Dōmine, quas tibi pro animâbus famulōrū famulārumq; tuārum offerimus, propitiatus intēde: vt quibus fidei Christiānæ mēritum cōtulisti, dones & præmium. Per Dōminum. *Postcommunio.*

**A**nimâbus, quæsumus, Dñe, famulōrum famulārumque tuārum oratio proficiat supplicatium: vt eas & à peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptiōnis facias esse participes. Qui viuus.

*Pro pluribus defunctis. Oratio.*

**D**eus, cui propriū est misereri semper & parcere: propitiare animâbus famulōrū famulārūque tuārum, & omnia eōrū peccata dimitte: vt mortalitātis vinculis absolutæ, transire mereatur ad vitam. Per Dñm. *Secreta.*

**A**nue nobis, Dñe: vt animâbus famulōrū famulārumq; tuārū, hæc prosit oblatio: quā immolādo totius mūdi tribuisti relaxari delicta. Per Dñm. *Postcōm.*

**D**eus, cui soli cōpetit medicinā præstare post mortem: presta quæsumus: vt animæ famulōrū famulārumq; tuārū terrenis exitæ contagiis, in tuæ redēptiō-

nis parte numerentur. Qui viuus. *Alia pluralis vt supra. Oratio.*

**A**nimâbus, quæsumus, Dñe, famulōrum famulārumque tuārum misericordiā cōcēde perpetuam: vt eis proficiat in æternū, quod in te sperauerunt & crediderunt. Per Dñm. *Secreta.*

**H**is, Dñe, quæsumus, placatus intēde munéribus: & quod ad laudem tui nōminis supplicantes offerimus, ad indulgētiā proficiat defunctōrum. Per Dñm.

*Postcommunio.*

**S**upplices, Dñe, pro animâbus famulōrum famulārumque tuārum preces effundimus, obsecrantes: vt quicquid conuersatione contraxerunt humana: & clementer indulgeas, & in tuōrum sede lætantium cōstituas redemptōrum. Per Dōminum.

O R D O A D F A -  
C I E N D A M A Q V A M  
B E N E D I C T A M .

**D**IE DOMINICA, IN SACRISTIA præparato sale & aqua, Sacerdos celebraturus Missam, vel alius ad hoc deputatus, alba vel superpellicio indutus cum stola circa collum, primò dicit ꝑ. Ad iutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum & terram.

Deinde absolute incipit exorcismum salis.



**E**Xorcizo te, creatûra salis, per Deum ✠ uiuum: per Deum ✠ uerû: per Deum ✠ sanctû: per Deum, qui te per Elisêum prophetâ in aquâ miti iussit ut sanaretur sterilitas aque: ut efficiaris sal. exorcizâtû in salutē credentiû: & sis omnibus te sumētib⁹ sanitas animę & corporis: & effugiat atq; discēdat à loco in quo aspersum fueris, omnis phātasia & nequītia vel uersūtia diabōlicæ fraudis, omnisq; spīritus immūdu⁹ adiurātus. Per eum qui uētûrus est iudicāre uiuos, & mōrtuos, & sēculum per ignem. *R.* Amē.

*O*remus.

*O*ratio.

**I**mmēnsam clemētiā tuā, omnipotēs ætérne Deus, humīliter implorāmus: ut hāc creatūrā salis, quā in usum gēneris humani tribuisti, bene ✠ dicere, & facti ✠ ficāre tua pietāte dignēris: ut sit omnib⁹ sumētibus salus mētis & corporis: & quicquid ex eo tactû vel respersû fuerit, cāreat omni immūditia, omniq; impugnationē spīritālis nequītiæ. Per Dōminum.

*Exorcis. aque: & dicatur absolute.*

**E**Xorcizo te creatûra aque in nōmine Dei ✠ patris omnipotētis, & in nōmine ✠ Iesu Christi filij eius Dñi nostri, & in uirtûte sancti ✠ Spīritus: ut fias aqua exorcizāta ad effugandā omnem potestātē inimici, & ipsum inimicū eradicanē & explanāre ualeas cum angelis suis apostāticis: per uirtûtē eiūsdē Dñi nostri Ie-

su Christi: qui uentûrus est iudicāre uiuos & mōrtuos, & sēculū per ignē.

*R.* Amen. *O*remus. *O*ratio.

**D**Eus, qui ad salutē humani gēneris, māxima quæq; sacramēta in aquarū substantia cōdidisti: adesto propitius inuocationib⁹ nostris, & elemēto huic multimo-dis purificationib⁹ præparato uirtûtē tuę bene ✠ dictionis infunde: ut creatûra tua mystēris tuis seruies, ad abigēdos dæmones, mōrtbosq; pellēdos, diuinę grātiæ sumat effectû: ut quicquid in dōmibus uel in locis fideliū hęc unda resperserit, cāreat omni immūditia, liberētur à noxa: non illic resideat spīrit⁹ pēstilēs, nō aura corrupens: discēdāt oēs infidię latētis inimici: & si quid est, quod aut incolumitati habitatiū inuidet, aut quiēti, aspersiōne hui⁹ aque effugiat: ut salubritas per inuocationē facti tui nōminis expetita, ab omnibus sit impugnationib⁹ defēsa. Per dñm.

*Hic mittat sal in aquā, in modum crucis, dicendo semel.*

**C**ommistio salis & aque pariter fiat: in nōmine pa ✠ tris: & fi ✠ ij & spīritus ✠ sancti. *R.* Amen. *V.* Dñs uobiscum. *R.* Et cum spīritu tuo. *O*remus. *O*ratio.

**D**Eus, inuictæ uirtûtis auctōr, & insuperabilis impērij rex, ac sēper magnificus triūphātor: qui aduersæ dominationis vires



reprimis: qui inimici rugientis se-  
uitia superas: qui hostiles nequi-  
tias potenter expungas: te Dñe tre-  
metes & supplices deprecamur ac  
petimus: vt hanc creaturam falis, &  
aquæ dignanter aspicias: benignus  
illustres: pietatis tuæ rore sanctifi-  
ces: vt vbicunq; fuerit aspersa, per  
inuocationem sancti tui nominis,  
omnis infestatio immundi spiritus  
abigatur: terrorq; venenosi serpen-  
tis procul pellatur: & præsentia  
sancti spiritus nobis misericordiam  
tuam poscentibus, vbique adesse  
dignetur. Per Dñm.

¶ **Finis benedictione, Sacerdos**  
celebraturus, indutus pluuiali co-  
loris officio cõpetentis, accedit ad  
altare, & ibi cū ministris ad gradus  
genuflexus, accipit à Diacono as-  
persoriũ, & aspergit primò ter Al-  
tare, deinde se, & ministros semel  
singulos, incipiẽs Añam. **A** sperges  
me: chorus prosequitur, Dñe, &c.  
vt infra. Interim Celebrans asper-  
git clerum, deinde populum, dicẽs  
**Psal.** Misere. **tc tũ cũ** Gloria patri.

#### Antiphona.

**A** sperges me, Dñe, hyssopo, & mun-  
dabor: lauabis me, & super niuẽ de-  
albabor. **Psal.** Misere mei Deus se-  
cundũ magnã misericordiam tuam. **ÿ.**  
Gloria patri & filio, & Spiritui san-  
cto. Sicut erat in principio & nunc &  
semper, & in sæcula sæculorũ, Amen.  
**Et repetitur Añam.** **A** sperges me.

¶ **Supradicta Añam, prædicto modo**  
dicatur in aspersione aquæ bene-  
dictæ in Dñicis per totũ annũ: ex-  
cepto quod in Dñica de Passione,  
& in Dñica Palmarum nõ dicitur  
Gloria patri. Sed post **Psal. Misere**  
rere, repetitur immediatè **Antiph.**  
**A** sperges me. Excepto etiã tẽpore  
Paschali, scilicet à Dñica Paschæ  
vsq; ad Pent. quo tẽpore cantatur  
cõmuniter Añam. **V**idi aquã egrediẽ-  
tem de tẽplo, à latere dextro, alleluia:  
& omnes, ad quos peruenit aqua ista,  
salui facti sunt, & dicet, alleluia, allel.  
**Psal.** Cõfitemini Dño quoniam bo-  
nus: quoniã in sæculum misericordia  
eius. **ÿ.** Gloria patri. **R**epetitur Añam,  
**V**idi aquã. In Octaua verò Pent.  
resumitur **A** sperges me Domine.  
**F**initis Añis, supradictò modo, Sa-  
cerdos qui aspergit aquã, reuersus  
ad altare, ante gradus altaris stans  
dicat **ÿ.** Ostende nobis, Dñe, miseri-  
cordiam tuã. **T**ẽpore Paschali additur  
alleluia. **R.** Et salutare tuũ da nobis.  
**ÿ.** Dñe exaudi orationẽ meã. **R.** Et cla-  
mor me⁹ ad te veniat. **ÿ.** Dñs vobiscũ.  
**R.** Et cũ spiritu tuo. **O** remus. **O**rat.  
**E**Xaudi nos Dõmine sancte,  
pater omnipotens, æternæ  
Deus: & mittere digneris sanctum  
àngelum tuum de cõlis, qui custõ-  
diat, fõueat, prõtegat, vísitet, atq;  
defendat omnes habitantes in hoc  
habitaculo. Per Christum Dõmi-  
num nostrum. **R.** Amen.



## BENEDICTIO AGNI

## Paschalis.

ŷ. Adiutoriū nostrū in nomine Dñi.

℞. Qui fecit cælū & terrā. ŷ. Dñs vobiscū. ℞. Et cū spiritu tuo. O remus.

**D**Eus, qui per famulum tuum Mōysen, in liberatiōe pōpuli tui de Ægypto agnum occidi iussisti in similitudinē Dñi nostri Iesu Christi, & vtrōsq; postes domōrū de sanguine huius agni perūngi præcepisti: ita bene ✠ dicere & sancti ✠ ficāre dignēris hāc creatūrā carnis, quā nos famuli tui ad laudē tuā sūmere desiderām⁹: per resurrectiōnē Dñi nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit & regnat in sæcula sæculōrum. ℞. Amen.

Et mox aspergit aqua benedicta.

## BENEDICTIO PANIS.

ŷ. Adiutoriū nostrū in nomine Dñi.

℞. Qui fecit cælū & terrā. ŷ. Dñs vobiscū. ℞. Et cū spiritu tuo. O remus.

**D**omine Iesu Christe, panis angelōrum, panis viuus & æternæ vitæ, bene ✠ dicere dignāre panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto: vt omnes ex eo dignè gustātes, inde cōporis & animæ desiderābilē percipiānt sanitātem. Per Christum Dōminum nostrum. ℞. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

BENEDICTIO NOVO-  
rum fructuum.

ŷ. Adiutoriū nostrū in nomine Dñi.

℞. Qui fecit cælū & terrā. ŷ. Dñs vobiscū. ℞. Et cū spiritu tuo. O remus.

**B**ene ✠ dic, Dñe, hunc nouum fructum **N.** & præsta: vt qui ex eo in tuo sancto nōmine vescētur, cōporis & animæ salūte potiātur. Per Dōminum.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO AD QVOD-  
cunque comestibile.

ŷ. Adiutoriū nostrū in nomine Dñi.

℞. Qui fecit cælū & terrā. ŷ. Dñs vobiscū. ℞. Et cū spiritu tuo. O remus.

**B**ene ✠ dic, Dōmine, creatūrā **N.** vt sit remēdium salutāre generi humano: & præsta per inuocatiōnem sancti nōminis tui: vt quicūq; ex ea sūmpserint, cōporis sanitātem, & animæ tutelam accipiānt. Per Dōminum.

Aspergat id cum aqua benedicta.

## BENEDICTIO CANDELARVM.

ŷ. Adiutoriū nostrū in nomine Dñi.

℞. Qui fecit cælū & terrā. ŷ. Dñs vobiscū. ℞. Et cū spiritu tuo. O remus.

**D**omine Iesu Christe, fili Dei viui, bene ✠ dic cādēlas istas supplicatiōibus nostris: infūde eis, Dñe, per virtutē sanctæ cru ✠ cis benedictiōnē cælēstem, qui eas ad repellēdas tēnebras humano generi tribuisti: tālemq; benedictiōnē signāculo sanctæ cru ✠ cis accipiāt, vt quibuscūq; locis accēsæ siue pōsitæ fuerint, discēdant principes tenebrārū, & contremi-



scāt, & fūgiāt pāuidi cū omnibus  
ministris suis ab habitatiōib⁹ il-  
lis: nec præsumāt amplius inque-  
tāre, aut molestāre seruiētes tibi  
omnipotēti Deo. Qui uiuis.

*Et aspergatur aqua benedicta.*

**B E N E D I C T I O L O C I .**

ψ. Adiutoriū nostrū in nomine Dñi.

℞ Qui fecit cælū & terrā. ψ. Dñs vo-  
biscū. ℞. Et cū spiritu tuo. O remus.

**B**ene ✠ dic, Dñe Deus omni-  
potens, locū istum, vt sit in eo  
sanitas, castitas, victōria, virtus, hu-  
militas, bōnitas, & mansuetūdo,  
plenitūdo legis, & gratiārū actio,  
Deo patri & filio & spiritui sacto:  
& hæc benedictio māneat super  
hūc locū, & super habitātes in eo.  
Per Christū Dñm nostrū. ℞. Amē.

*Aspergatur aqua benedicta.*

**B E N E D I C T I O D O M V S**

*nouæ.*

ψ. Adiutoriū nostrū in nomine Dñi.

℞ Qui fecit cælū & terrā. ψ. Dñs vo-  
biscū. ℞. Et cū spiritu tuo. O remus.

**T**E Deum patrē omnipotē-  
tē suppliciter exorāmus pro  
hac domo, & pro eius habitatori-  
bus ac rebus: vt eā bene ✠ dicere,  
& sanctificāre, ac bonis omnibus  
ampliāre dignēris. Tribue igitur  
eis, Dñe, de rore cæli abundantia,  
& de pinguedine terræ vitæ sub-  
stantiam, & desideria voti eōrum  
ad effectum tuæ misericordiæ per-  
ducas. Ad intrōitū ergo nostrum

bene ✠ dicere & sanctificāre di-  
gnāre hanc domum, sicut benedi-  
cere dignatus es domū Abrahā,  
Isāac, & Iacob: & intra parietes  
domus istius, angeli tuæ lucis in-  
habitent, eamque, & eius habita-  
tores custodiant. Per Christū Dō-  
minum nostrum. ℞. Amen.

*Aspergat aqua benedicta.*

**B E N E D I C T I O T H A L A M I .**

ψ. Adiutoriū nostrū in nomine Dñi.

℞ Qui fecit cælū & terrā. ψ. Dñs vo-  
biscū. ℞. Et cū spiritu tuo. O remus.

**B**ene ✠ dic, Dñe, thalamū hūc:  
& oēs habitātes in eo, in tua  
pace cōsistant, & in tua voluntate  
permāneant, & senescāt, & multi-  
plicētur in longitudine diērum. Per  
Christū Dñm nostrum. ℞. Amen.

*Postea aspergat thalamum  
aqua benedicta.*

**B E N E D I C T I O**

*nouæ nauis.*

ψ. Adiutoriū nostrū in nomine Dñi.

℞ Qui fecit cælū & terrā. ψ. Dñs vo-  
biscū. ℞. Et cū spiritu tuo. O remus.

**P**ropitiāre, Dñe, supplicatiō-  
bus nostris, & bene ✠ dic nauim  
istā dextera tua sancta, & oēs  
qui in ea vehentur, sicut dignatus  
es benedicere arcā Noë ambulā-  
tem in diluuiō. Porrigere eis Dñe  
dexterā tuam, sicut porrexisti beā-  
to Petro ambulanti supra mare: &  
mitte sanctū angelū tuum de cæ-  
lis, qui liberet & custodiat eā sem-

per



per à periculis vniuersis, cū omnibus quæ in ea erunt: & famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper cursuq; tranquillo tuearis, transactisque riteque perfectis negotiis omnibus iterato, tēpore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Per Dōminum.

*Aspergat nauim aqua benedicta.*

**BENEDICTIO SACERDOTALIUM indumentorum in genere.**

*v.* Adiutoriū nostrum in nomine Domini. *℞.* Qui fecit cælum & terram. *v.* Dñs vobiscum. *℞.* Et cum spiritu tuo. *O* remus. *Oratio.*

**O**Mnipotēs sempitērne Deus, qui per Mōysen famulū tuū pontificalia, & sacerdotalia, atque leuitica vestimenta, ad explēdum ministērium eōrū in cōspēctū tuo ad honōrem, & decōrē nōminis tui fieri decreuisti: adēsto propitius inuocationibus nostris: & hæc indumenta sacerdotalia desuper irrigante grātia tua ingenti benedictione per nostræ humilitatis seruitutē purificāre, benedicere, & consecrāre digneris: vt diuiniscultibus, & sacris mysteriis apta & benedicta existant: hisque sacris vestibus pontifices, sacerdotes, seu leuitæ tui induti, ab omnibus impulsiónibus seu tētationibus malignōrū spirituū muniti & defēsi esse mereantur: tuisq; my-

stēriis aptè & condignè seruire, & inhærere, atque in his tibi placitè & deuotè perseuerāre tribue. Per Christum Dōminum nostrum.

*O* remus.

*Alia Oratio.*

**D**Eus, inuictæ virtutis auctor, & omnium rerū creātor ac sanctificātor: intēde propitius preces nostras: & hæc indumēta leuiticæ & sacerdotālis glōriæ, ministris tuis fruēda, tuō ore proprio benedicere, consecrāre, & sanctificare digneris: omnesq; eis vtētes, tuis mysteriis aptos, & tibi in eis deuotè & amabiliter seruiētes, gratos effici concēdas. Per Dñm.


*O* remus.

**D**omine De⁹ omnipotēs, qui vestimēta pōtificibus, sacerdotibus, & leuitis, in vsum tabernaculi fœderis necessāria, Mōysen famulū tuū āgere iussisti, eumque spīritu sapiētiæ ad id peragēdū repleuisti: hæc vestimēta in vsum & cultū mysterij tui sanctificare, benedicere, & consecrāre digneris: atque ministros altāris tui, qui ea induerint, septiformis Spīritus grātia dignanter repleri, atque castitatis stola, beāta facias cū bonōrū fructu operū ministērij congruentis immortalitate vestiri. Per Christum Dñm nostrū. *℞.* Amē.

*Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.*

**F I N I S.**







# ROMANI MISSALIS;

## COMPENDIO QVICQVID

IN EODEM CONTINE-

TVR, DILVCIDE ANTE

OCVLOS PONENTES.

D. CHRISTOPHORO

PLANTINO SVO;

HABES integerrime PLANTINE, nescio an ex animi sententia, certè vt nostra tulère negotia, INDICES Romani Missalis: quos, si me audies, anteaquam typis excudes, transmittes legendos iis qui eiusce disciplinæ vsum norint, quorum iudiciis vt stent cadantque, lubens feram.

Vale in Domino. 17. Februarij.

Anno M. D. LXXIII.

*Tua humanitati studiosissimus,  
David Michaël Regius Ant.*

Hi Indices, cum Missali Romano, vtiliter excudentur. 8. Martij.

Anno M. D. LXXIII.

*I. Molanus, Theologus Louanien.*

AD PIVM LECTOREM

H. BERSELIUS.

*Quo celebranda modo sint Pontificalia Sacra;  
Qua deceat Christam sollicitare prece;  
Perspicuo demonstrat iter nunc ordine lectis  
Indicibus; David Regius, ecce, tibi.*

INDEX



# ORDINEM EORVM OMNIVM, QVO MISSALE

ROMANVM EX DECRETO SACRO-  
SANCTI CONCILII TRIDENTINI RE-  
stitutum, ac dispositum est; comprehendens.

1. Epistola S. D. N. PII QVINTI ad vniuersos Christi fideles.
2. Eiusdem Epistola ad Christophorum Plantinum.
3. Rubricæ generales MISSÆ.
4. Ritus seruandus in Celebratione MISSÆ.
5. Defectus in Celebratione occurrentes.
6. Præparatio ad MISSAM.
7. Calendarium cum Elucidationib; & Tabulis.
8. Proprium MISSARVM de TEMPORE ab Aduentu ad Pascha.
9. Ordinarium MISSÆ.
10. Litaniz.
11. Præfationes { SOLLEMNES  
FERIALES.
12. Canon MISSÆ.
13. Reliquum de TEMPORE à Pascha ad Aduentum.
14. Proprium MISSARVM de SANCTIS à 29. Nouembris; ad 26. eiusdem Mensis diem.
15. Commune SANCTORVM.
16. VOTIVÆ MISSÆ.
17. ORATIONES ad diuersa pro libitu Sacerdotis.
18. DEFVNCTORVM MISSÆ cum eorundem Collectis.
19. Ordo consecrandi AQVAM Benedictam.
  1. Candelarum, in festo Purificat. B. Mariæ.
  2. Palmarum, Dominica in Ramis Palmarum.
  3. Cerei Paschalis, Sabbatho Sancto.
  4. Fontis, Sabbatho sancto.
20. Benedictiones {
  1. Agni Paschalis.
  2. Panis.
  3. Nouorum Fructuum.
  4. Ad quodcunque Comestibile.
  5. Candelarum.
  6. Loci.
  7. Domes nouæ.
  8. Thalami.
  9. Nouæ Nauis.
  10. Sacerdotalium Indumentorum in genere.



Totius Romani Missalis Typus.

<p><b>Ordinem Alphabeticum, vide folio 4.</b></p> <p><b>Tempore dierum</b></p> <p><b>Proprii de</b></p> <p><b>Sanctis fol. 14.</b></p>	<p>1 <b>V</b>igilia unius <i>Apostoli.</i></p> <p>2 } <b>P</b>ontificis</p> <p>3 } <b>V</b>nius <i>Mart.</i> Non<b>P</b>ontific.</p> <p>4 } Temp<b>P</b>aschal.</p> <p>5 } <b>P</b>lur. In<b>P</b>ascha.</p> <p>6 } <i>Mart.</i> Per<b>A</b>nnum.</p> <p>7 } <b>P</b>ontificum.</p> <p>8 } <b>C</b>onfessorum <b>D</b>octorum.</p> <p>9 } <b>N</b>on<b>P</b>ontific.</p> <p>10 } <b>A</b>bbatum.</p> <p>11 <b>V</b>irgin. &amp; <b>M</b>artyr.</p> <p>12 <b>V</b>irgin. tantum.</p> <p>13 <b>N</b>on<b>V</b>irg. pro vna <i>Mar.</i></p> <p>14 <b>N</b>ec virg. nec <i>Mart.</i></p> <p>o <b>D</b>edicatio Ecclesie.</p>	<p><b>MISSA.</b></p> <p>1 <b>E</b>go autem sicut.</p> <p>2 } <b>S</b>tatuisti ei Dominus.</p> <p>3 } <b>S</b>acerdotes Dei.</p> <p>4 } <b>I</b>n virtute tua.</p> <p>5 } <b>L</b>atrabitur Iustus.</p> <p>6 } <b>P</b>rotextisti me.</p> <p>7 } <b>S</b>ancti tui Domine.</p> <p>8 } <b>I</b>niret in conspectu.</p> <p>9 } <b>S</b>apientiam Sanctorum.</p> <p>10 } <b>S</b>alus autem Iustorum.</p> <p>11 } <b>S</b>tatuisti ei Dominus.</p> <p>12 } <b>S</b>acerdotes tui.</p> <p>13 } <b>I</b>n medio Ecclesie.</p> <p>14 } <b>O</b>s iusti medit.</p> <p>o } <b>I</b>ustus ut palma.</p> <p>1 } <b>O</b>s iusti medit.</p> <p>2 } <b>L</b>oquebar de.</p> <p>3 } <b>M</b>e expectauerunt.</p> <p>4 } <b>D</b>ilexisti iustitiam.</p> <p>5 } <b>V</b>ultum tuum.</p> <p>6 } <b>M</b>e expectauerunt.</p> <p>7 } <b>C</b>ognoui Domine.</p> <p>8 } <b>T</b>erribilis est locus.</p>	<p><b>Paramentorum Color.</b></p> <p><b>V</b>iolaceus 5.</p> <p><b>R</b>ubens 7.</p> <p><b>A</b>lb' 16.</p> <p><b>A</b>lb' 17.</p> <p><b>A</b>lb' 18.</p>
--	--	--	---

<p><b>Ordinam</b></p> <p><b>Missarum quae coprehenduntur vel sub</b></p> <p><b>de</b></p> <p><b>Sanctis fol. 14.</b></p>	<p>2 } <b>T</b>rinitate.</p> <p>3 } <b>M</b>ortuis.</p> <p>4 } <b>A</b>ngelis.</p> <p>5 } <b>M</b>ichaele.</p> <p>6 } <b>D</b>e <b>A</b>postolis.</p> <p>7 } <b>S</b>piritu.</p> <p>8 } <b>S</b>acramento.</p> <p>9 } <b>C</b>ruce.</p> <p>10 } <b>P</b>assione.</p> <p>11 } <b>M</b>aria.</p>	<p><b>MISSA.</b></p> <p>1 } <b>B</b>enedicta sit.</p> <p>2 } <b>R</b>equie in quot.</p> <p>3 } <b>B</b>enedicite Dnm.</p> <p>4 } <b>M</b>ihi aut nimis.</p> <p>5 } <b>S</b>piritus Dni.</p> <p>6 } <b>C</b>ibavit eos.</p> <p>7 } <b>N</b>os aut glor.</p> <p>8 } <b>H</b>umiliauit.</p> <p>9 } <b>R</b>orate celi.</p> <p>10 } <b>V</b>ultu tuu.</p> <p>11 } <b>S</b>alue Sancta.</p>	<p><b>Paramentorum Color</b></p> <p><b>A</b>lb' 6.</p> <p><b>N</b>iger.</p> <p><b>A</b>lb' 8.</p> <p><b>R</b>ubens 6.</p> <p><b>R</b>ubens 1.</p> <p><b>A</b>lb' 7.</p> <p><b>R</b>ube' 3.</p> <p><b>A</b>lb' 5.</p>
--	--	--	--

<p><b>Ordinam</b></p> <p><b>Missarum quae coprehenduntur vel sub</b></p> <p><b>de</b></p> <p><b>Sanctis fol. 14.</b></p>	<p>1 } <b>Q</b>uacunque <b>N</b>ecessitate.</p> <p>2 } <b>P</b>eccatis.</p> <p>3 } <b>E</b>lectione <b>P</b>ontificis.</p> <p>4 } <b>S</b>chismate tol.</p> <p>5 } <b>P</b>aganorum co.</p> <p>6 } <b>B</b>elli amon.</p> <p>7 } <b>P</b>ace.</p> <p>8 } <b>M</b>ortalitate.</p> <p>9 } <b>I</b>nfirmis.</p> <p>10 } <b>C</b>oniuicio.</p>	<p><b>MISSA.</b></p> <p>1 } <b>S</b>alus populi.</p> <p>2 } <b>M</b>isereris omniu.</p> <p>3 } <b>S</b>uscitabo mihi.</p> <p>4 } <b>S</b>aluos nos fac <b>D</b>omine.</p> <p>5 } <b>E</b>xurge quare ob.</p> <p>6 } <b>R</b>emiscere.</p> <p>7 } <b>D</b>a pacem <b>D</b>omine.</p> <p>8 } <b>R</b>ecordare Dne.</p> <p>9 } <b>E</b>xaudi <b>D</b>eus.</p> <p>10 } <b>D</b>eus <b>I</b>srael.</p>	<p><b>Paramentorum Color</b></p> <p><b>P</b>ara.</p> <p><b>A</b>lb' 19.</p> <p><b>R</b>ubens 1.</p> <p><b>A</b>lb' 5.</p>
--	--	---	---

<p>o <b>R</b>atione diuersarum, nepe <b>T</b>riginta quinque Numero: quarum Titulus <b>A</b>DDIVER- vide folio 9.</p>	<p>1 } <b>C</b>omemorat. fideiu Animarum.</p> <p>2 } <b>D</b>ie. Obitus cuiusque.</p> <p>3 } <b>A</b>nniuersario Defunctorum.</p> <p>4 } <b>Q</b>uotidianis Officiis.</p>	<p><b>Color</b></p> <p><b>N</b>iger.</p>
---	---	--



4  
**INTROITVVM MISSARVM**  
**OMNIVM, QVÆ HOCCE MIS-**  
**SALI ROMANO CONTINENTVR,**  
**INDEX ALPHABETICVS.**

1 **A**ccipite iucunditatem.  
*Feria tertia Infra Oct. Pentecostes.*

2 Ad te leuavi animam meam.  
*Dominica Prima Aduentus.*

3 Adorate Deum omnes Ang.  
*Dominica iij. iij. v. vj. Epiphania.*

4 Aqua Sapientiae potauit.  
*Feria tertia post Pascha.*

5 Audiuit Dominus.  
*Feria sexta & Sabb. Cinerum.*

6 **B**enedicite Dominum omnes Angeli.  
**Michaelis** { *Apparitio viij. Maij.*  
*Dedicatio xxix. Septembr.*  
*Votiuu Feria tertia.*

7 Benedicta sit S. Trinitas.  
*Festo Trinitatis.*  
*Votiuu Feria secunda.*

8 Antate Domino Canticum.  
*Dominica quarta post Pascha.*

9 Charitas Dei diffusa est.  
*Sabbatho iij. Temperum Pentecostes.*

10 Cibauit eos ex adipe frument.  
*Feria secunda post Pentecosten.*  
*Festo Corporis Christi.*  
*Infra Octauam & die Octau.*  
*Votiuu Festo Corporis Christi. Feria v.*

11 Circumdede runt me gemitus.  
*Dominica septuagesima.*

12 Clamauerunt ad te Domine.  
*Philippi & Iacobi j. Maij.*

13 Clamauerunt Iusti, & Dominus.  
*Quadragesima Martyrum ix. Martij.*  
*Marcellini, Petri, Erasmi j. Junij.*  
*Symphorosa & Filiorum xvij. Iulij.*  
*Triphonis, Respicij & Nympha xvij.*  
*Novembr.*

14 Cognoui Domine quia æquitas.  
*Monica vidua iij. Maij.*  
*Commune nos Virg. nec Mart.*

15 Confessio & pulchritudo in conspectu.  
*Feria v. Dominica j. Quadragesima.*  
*Laurentij festo x. August.*

16 Cùm sanctificatus fuer o.  
*Feria quarta Dominica quarta Quadrage-*  
*Vigilia Pentecostes in Missis priuatis.*

17 **D**A pacem Domine sustinentibus te.  
*Dominica xvij. post Pentecosten.*  
*Votiuu pro Pace.*

18 De necessitatibus meis.  
*Feria sexta Quatuor Temporum Dominica pri-*  
*ma Quadragesima.*

19 De ventre matris meæ.  
*Ioannis Bapt. Natiuitas xxij. Junij.*  
*Infra Octauam & die Octau.*

20 Dum egredere ris coram pop.  
*Feria quarta Quatuor Temp. post Pent.*

21 In adiutorium meum intende.  
*Feria quinta Dominica secunda Quadrage-*  
*Dominica xij. post Pentecost.*

22 Deus In loco sancto suo.  
*Dominica vndecima post Pentecost.*

23 In nomine tuo,  
*Feria secunda Dominic. iij. Quadrage-*

24 Israë l coniuugat vos.  
*Votiuu pro Sponso & Sponsa.*

25 Ego cogito cogitationes.  
*Dominica 23. 24. 25. 26. 27. 28.*

26 Dicit Petro, Cùm esses.  
*Dñs Vigilia Apost. Petri & Pauli xxvij. In-*  
*nij.*

27 Sermones mei quos.  
*Clementis PP. & Mart. xxij. Novembr.*

28 Dilexisti iustitiam & odisti.  
*Lucia Virg. Mart. xij. Decembr.*  
*Potentiana Virg. Mart. xix. Maij.*  
*Martha Virg. xxix. Iulij.*  
*Commune vnius Virg. tantum.*

29 Disperfit dedit pauperibus.  
*Vigilia Laurentij ix. August.*

30 In tua misericordia speraui.  
*Dominica prima post Pentecost.*

31 Ne longè facias.  
**Dñe** { *Dominica palmarum.*  
*Refugium factus es nobis.*  
*Feria tertia Dominic. prima Quadrage-*  
*sima.*

32



33 Dixit ad me, filius meus.  
*Natiuitatis Domini prima Missa in nocte.*

34 Dñs Fortitudo plebis suæ.  
*Dominica vj. post Pentecost.*

35 Illuminatio mea & salus mea.  
*Dominica quarta post Pentecost.*

36 Secus mare Galilææ.  
*Vigilia Andrea Apost. .xxix. Nouembr.*

37 Clamarem ad Dominum.  
*Feria v. Cinerum.*  
*Dominica x. post Pentecost.*

38 Dum Medium silentium tenerent omnia.  
*Dominica infra Octauam Natiuitatis.*  
*Vigilia Epiphania v. Ianuar.*

39 **E**cce aduenit Dominator.  
*In Epiphania Domini vj. Ianuar.*  
*Infra Octauam & die Octau.*

40 Ecce Deus adiuuat.  
*Dominica ix. post Pentecosten.*

41 Ecce Oculi Domini.  
*Nerei, Archillei, Pancratij vij. Octobr.*

42 Eduxit Dominus populum suum.  
*Sabbatho infra Octauam Pascha.*

43 Eduxit eos Dominus in spe.  
*Feria vj. infra Octauam Pascha.*

44 Autem cum Iustitia apparebo.  
*Fer. vj. Dominic. ij. Quadrag.*

45 Autem in Domino sperabo.  
*Fer. iij. Dominic. ij. Quadrag.*

46 Ego Autem sicut oliua.  
*In Vigilia vnius Apostoli.*  
*Thoma xx. Decembr.*  
*Matthia xxij. Febr.*  
*Iacobi xxiiij. Iulij.*  
*Barthol. xxij. Aug.*  
*Commune Sanctorum.*

47 Clamaui, quoniam exaudisti me.  
*Fer. iij. Dominic. iij. Quadrag.*

48 Esto mihi in Deum protectorem.  
*Dominica Quinquagesima.*

49 Deus orationem meam, & ne despexeris.  
*Feria iij. Dominica quarta Quadragesima.*  
*Votiu pro Infirmis.*

50 Domine vocem meam . . . . .  
 adiutor meus.  
*Dominica quinta post Pentecost.*

51 Exaudi Domine vocem meam . . . . .  
 tibi dixit.  
*Dominica infra Octauam Ascensionis.*

52 Nos Domine quoniam.  
*Antiphona ad Benedictionem Cinerum.*

53 Exaudiuit de Templo sancto.  
*Feria secunda & tertia Rogationum.*

54 Ex ore infantium Deus.  
*Fer. lo Innocentium xxviii. Decembr.*

55 Expecta Dominum.  
*Feria tertia Dominica Passionis.*

56 Exultate Deo adiutori nostro.  
*Feria quarta Quatuor Temp. Dom. xvij. Pentecostes.*

57 Exurge quare obdormis Domine?  
*Dominica Sexagesima.*  
*Votiu contra Paganos.*

58 **F**ac mecum Domine.  
*Feria sexta Dominica tertia Quadrag.*

59 Factus est Dominus protector meus.  
*Dominica secunda post Pentecosten.*

60 **G**audemus omnes in Domino.  
*Thoma Cantuariensis xxix. Decembr.*  
*Agatha Virg. mart. v. Febr.*  
*Maria Assumptio xv. Aug. & per Oct.*  
*Omnium Sanctorum j. Nouembr. & per Octauam.*

61 Gaudete in Domino.  
*Dominica tertia Aduentus.*

62 **H**odie scietis quia veniet Dominus.  
*Vigilia Natiuitatis Domini xxiiij. Decembr.*

63 Humiliauit semetipsum.  
*Votiu de Vulneribus Domini, Feria sexta.*

64 **I**lluxerunt coruscationes.  
*Transfiguratio Domini vj. August.*

65 Inclina Domine aurem tuam.  
*Dominica xv. Pentecostes.*

66 Deo laudabo verbum.  
*Feria ij. Dom. iij. Quadrag.*

67 Excelso Throno vidi.  
*Dominica infra Oct. Epiphania.*  
*Ambrosij vij. Decembr.*  
*Iohannis Euangelista xxvij. Decembr.*  
*Hilarij xiiij. Ianuar.*  
*Iohannis Chrysoft. xxxvij. Ianuar.*  
*Thome Aquinatis vij. Martij.*  
*Athanasij ij. Maij.*  
*Gregorij Nazianzeni ix. Maij.*  
*Basilij xiiij. Iunij.*  
*Augustini xxvij. August.*  
*Hieronymi xxx. Septembr.*  
*Commune Doctorum.*

68 **I**n Medio Ecclesie.  
*Ambrosij vij. Decembr.*  
*Iohannis Euangelista xxvij. Decembr.*  
*Hilarij xiiij. Ianuar.*  
*Iohannis Chrysoft. xxxvij. Ianuar.*  
*Thome Aquinatis vij. Martij.*  
*Athanasij ij. Maij.*  
*Gregorij Nazianzeni ix. Maij.*  
*Basilij xiiij. Iunij.*  
*Augustini xxvij. August.*  
*Hieronymi xxx. Septembr.*  
*Commune Doctorum.*

69 Nomine Iesu omne.  
*Feria quarta maioris Hebdomada.*

70 Virtute tua Domine.  
*Valentini xiiij. Februarij.*  
*Chryfologi xxiiij. Nouembr.*  
*Commune vnius Martyris.*

71 Vocauit me, & ego exaudiam.  
*Dominica prima Quadragesima.*

72 Voluntate tua Domine.  
*Dominica xxj. post Pentecost.*



73 Intret in conspectu tuo. **I.**  
**F**abiani & Sebastiani xx. Ianuar.  
**V**incenij & Anastasij xxij. Ianuar.  
**B**asilidis, Cyrini, Naboris, Nazarij xij. Iunij.  
**N**aboris & Felicis xij. Iulij.  
**N**azarij, Celsi, Victoris, Innocenij xxvij. Iulij.  
**A**bdon & Sennen xxx. Iulij.  
**C**orneli & Cypriani xvj. Septembr.  
**M**auritij & Sociorum xxij. Septembr.  
**C**hrysanti & Daria xxv. Octobr.  
**V**igilia Simonis & Iuda xxvij. Octobr.  
**C**ommune plurim. Mart. Pontific. vel non Pont.

74 Intret Oratio mea.  
 Sabbatho Quat. Tēp. Dominica prima **Q**uadrages.

75 Introdixit vos Dominus.  
 Feria secunda **P**ascha.

76 Iubilate Deo omnis terra.  
 Dominica tertia post **P**ascha.

77 Iudica Domine nocentes me.  
 Feria secunda Maioris **H**ebdomadae.

78 Iudica me Deus & discerne.  
 Dominica de **P**assionis.

79 Iudicant Sancti Genes.  
 Vigilia omnium **S**anctorum.

80 Iustus es Domine.  
 Dominica xvij. post **P**entecosten.

81 Iustus vt Palma. **II.**  
**P**auli primi Heremita xv. Ianuarij.  
**I**oseph Patriarcha xix. Martij.  
**C**ommune Confessoris tantum. **II.**

82 Iusti epulentur & exultent.  
**M**arij, Marthe, Audifax, Abachum xix. Ianuar.

83 **L**etabitur iustus in Domino. **II.**  
**P**antaleonis mart. xxvij. Iulij.  
**C**ommune vnus Martyris tantum. **II.**

84 Latere Hierusalem &.  
 Dominica quarta **Q**uadragesima.

85 Latetur cor quarentium Dominum.  
 Feria quinta Dominica quarta **Q**uadragesima.  
 Fer. vj. Quat. Tēp. Dominica xvij. post **P**entec.

86 Laudate pueri Dominum.  
**S**eptem Fratrum: Rufina ac Secunda x. Iulij.

87 Lex Domini irreprehensibilis.  
 Sabbatho Dominica secunda **Q**uadragesima.

88 Liberator meus de Gentibus.  
 Feria quarta Dominica **P**assionis.

89 Loquebar de testimoniis tuis. **I.**  
**A**pollonie ix. Febr.  
**P**raxedis xxj. Iulij.  
**I**omnis Bap. Decollatio xxix. Aug.  
**C**acilie xxij. Nouembr.  
**C**atharinae xxv. Nouembr.

**C**ommune Virginis & Martyris vnus vel plurium. **I.**

90 Loquetur Dominus pacem.  
**G**eruasij & Protasij xix. Iunij.

91 Lux fulgebit.  
**N**atiuitatis Domini secunda Missa.

92 **M**editatio cordis mei.  
 Feria sexta **D**ñice quarta **Q**uadragesima.

93 Me expectauerunt. **II.**  
**A**gneti xxj. Ianuar.  
**E**merentiana xxij. Ianuar.  
**D**orothea vj. Febr.  
**M**argareta xx. Iulij.  
**C**ommune Virg. & Mart. vnus vel plurium. **I.**

94 Me expectauerunt.  
**M**aria Magdalena xxij. Iulij.  
**C**ommune non Virginum. pro vna Martyre non Virgine.

95 Mihi autem absit gloriari.  
**I**gnaty mart. j. Febr.  
**F**rancisci confess. iij. Octobr.

96 Mihi autem nimis.  
**A**ndree xxx. Nouembr.  
**T**home xxj. Decembr.  
**M**athie xxij. aut xxv. Febr.  
**B**arnaba xj. Iunij.  
**I**ntra Oct. Apostolorum **P**etri & **P**auli in Iulia.  
**I**acobi xxv. Iulij.  
**B**arholomai xxij. August.  
**L**uce xvij. Octobr.  
**S**imonis & Iuda xxvij. Octobr.  
**V**otiuua Feria Quarta.

97 Mei Domine, quoniam tribulor.  
 Feria sexta & Sabb. Dominica **P**assionis.

98 **M**iserere Mei Domine, quoniam ad te clamaui.  
 Dominica xvj. post **P**entecost.

99 Mihi Domine, quoniam conculcauit me.  
 Feria secunda Dominica **P**assionis.

100 Misereris omnium; Domine, & nihil.  
 Feria quarta **C**inerum.  
**V**otiuua pro Peccatis.

101 Misericordia Domini.  
 Dominica secunda post **P**ascha.

102 Multae tribulationes Iustorum.  
**V**iti, Modesti, Crescentia xv. Iunij.  
**I**oannis & Pauli xxvj. Iunij.

103 **N**e derelinquas me Domine.  
 Feria quarta Dominica secunda **Q**uadragesima.

104 Ne timeas Zacharia.  
 Vigilia Iohannis Baptiste xxij. Iunij.

105 Nos autem gloriari.  
 Feria Tertia & Quinta maioris Hebdomadae.  
**C**rucis Inuentio ij. Maij.  
**C**rucis Exaltatio xij. Septembris.  
**V**otiuua Feria sexta.



106 Nunc scio verè, quia.  
*Petri & Pauli Festo xxix. Iunij.*  
*Vincula Petri j. Augusti.*

107 **O** Culi mei semper ad Dominum.  
*Dominica tertia Quadragesima.*

108 Omnes Gentes plaudite.  
*Dominica septima post Pentecosten.*

109 Omnia quæ fecisti nobis Domine.  
*Feria quinta Dominic. Passionis.*  
*Dominica xx. post Pentecosten.*

110 Omnis terra adoret.  
*Dominica secunda Epiphania.*

111 Os iusti meditabitur. 1.  
*Alexij xvij. Iulij.*  
*Dominici iij. Augusti.*  
*Ludouici regis xxv. Augusti.*  
*Matthæi Apostoli xxj. Septembr.*  
*Commune Confessorum non Pontificum. 1.*

112 Os iusti meditabitur.  
*Antonij xvij. Ianuar.*  
*Benedicti xxj. Martij.*  
*Bernardi xx. Augusti.*  
*Egidij. Septembr.*  
*Hilarionis xxj. Octobr.*  
*Commune Abbatum.*

113 **P** Opulus Sion.  
*Dominica secunda Aduentus.*

114 Probasti cor meum.  
*Laurentij Octaua ipsa xvij. Augusti.*

115 Prope estur Domine.  
*Feria sexta Quatuor Temporū Dominica tertia Aduentus.*

116 Protector noster aspice.  
*Dominica xiiij. post Pentecosten.*

117 Protexisti me Deus.  
*Anceti xvij. } Aprilis.*  
*Georgij mart. xxij. }*  
*Marci Euangeliste xxv. }*  
*Vitalis martyris xxvij. }*  
*Iohannis ante portam Latinam vj. Maij.*  
*Bonifacij xiiij. Maij.*  
*Commune Martyris tempore Paschali.*

118 Puer natus est nobis.  
*Natiuitatis Domini tertia Missa.*  
*Octaua Natiuitatis.*  
*Circumcisionis Domini.*

119 **Q** Vasi modo geniti infantes.  
*Dominica in Octaua Pascha.*

120 **R** Ecordare Domine testamenti tui.  
*Votina pro Mortalitate.*

121 Redime me Domine.  
*Feria ij. Dominica ij. Quadragesima.*

122 Reminiscere miserationum tuarum.  
*Feria quarta Quatuor Temporum Dominica prima Quadragesima.*  
*Dominica secunda Quadragesima.*  
*Votina tempore belli.*

123 Repleatur os meum laude tua.  
*Feria sexta post Pentecosten.*

124 Requiem æternam.  
*Commemoratione fidelium Animarum.*  
*ij. Nouembr.*  
 In **D**ie Obitus seu Depositionis.  
*Annuario Defunctorum.*  
*Quotidianis Sacris.*

125 Respice Domine in testamentum tuum.  
*Dominica xiiij. post Pentecosten.*

126 Respice in me, & miserere mei.  
*Dominica tertia Pentecosten.*

127 Resurrexi & adhuc.  
*Ipsa Dominica Pascha.*

128 Rorate cæli desuper.  
*Feria quarta Quatuor Temporum Dominica tertia Aduentus.*  
*Dominica quarta Aduentus.*  
*Votina de Domina ab Aduentu ad Natiuitatem.*

129 **S**acerdotes Dei benedicite Dominum. 11.  
*Polycarpi xxvj. Ianuar.*  
*Basij ij. Februarj.*  
*Gregorij Doctoris xij. Martij.*  
*Iohannis xxvj. Maij.*  
*Anaclei xij. Iulij.*  
*Apollinaris xxij. Iulij.*  
*Donati xij. Augusti.*  
*Zepherini xxvj. Aug.*  
*Lini xxij. Septembr.*  
*Calisti xiiij. Octobr.*  
*Martini xij. Nouembr.*  
*Commune vnus Martyris Pont. 11.*

130 Sacerdotes eius.  
*Sephani PP. mart. ij. Augusti.*

131 Sacerdotes tui Domine. 11.  
*Damasij xj. Decembr.*  
*Shestri xxxj. Decembr.*  
*Vybani PP. mart. xxv. Maij.*  
*Leonis PP. Confess. xxvij. Junij.*  
*Benauenture xiiij. Iulij.*  
*Marci PP. vij. Octobr.*  
*Commune Confessorum Pont. 1.*

132 Salus autem iustorum. 111.  
*Falsini & Iouita xv. Febr.*  
*Marci & Marcelliani xvij. Iunij.*  
*Cypriani & Iustina xxvj. Septembr.*  
*Commune plurimorum Mart. non Pontifici.*  
*sc. 111.*



- 8  
133 Salus populi ego sum.  
Feria v. Dominica tertia **Quadragesima.**  
Dominica xix. post **Pentecosten.**  
Votiuu pro quacumque necessitate.
- 134 Salue sancta parens.  
Visitatio ij. Iulij.  
Maria } Ad Nives v. August.  
          } **N**atiuitas viij. Septembr.  
          } **C**onceptio viij. Decembr.  
Votiuu a } **P**urificatione } ad } **P**ascha.  
          } **P**aschate } } **P**entecosten.  
          } **P**entecoste } } **A**duentum.
- 135 Saluos nos fac Domine.  
Votiuu ad tollendum Schisma.
- 136 Sancti tui Domine.  
**T**hurburij } **V**aleriani xiiij. }  
**S**otheris } & } **C**aij xxij. } **A**prilis.  
**S**leti } } **M**arcellini xxvj. }  
**C**ordiani } } Epimachi x. } **M**aij.  
**C**ommune plurim. Martyru tempore Paschali.
- 137 Sapientiam Sanctorum.  
**P**rimi & Feliciani ix. Iunij.  
Octaua ipsa Apostol. **P**etri & **P**auli vj. Iulij.  
**F**elicis & **A**daucti xxx. August.  
**C**osma & **D**amiani xxvij. Septembr.  
**D**ionysij, **R**ustici, **E**leutherij ix. Octobr.  
**C**ommune plurim. Mart. Pont. vel no Pontif. **II.**
- 138 Scio cui credidi.  
**P**auli } **C**onuersio xxv. Ianuar.  
          } **C**ommemoratio xxx. Iunij.
- 139 Sederunt principes.  
**S**tephani protomartyris xxvj. Decembr.  
**I**nuentio eiusdem ij. Augusti.
- 140 Sicut oculi seruorum.  
Feria secunda Dominica prima **Quadragesima.**
- 141 Si iniquitates obseruaueris.  
Dominica xxij. post **Pentecosten.**
- 142 Sitientes venite ad aquas.  
Sabbatho Dominica quarta **Quadragesima.**
- 143 Spiritus Domini.  
Dominica ipsa **Pentecostes.**  
Feria v. infra Oct. **Pentecostes.**  
Votiuu Feria Quinta.
- 144 Statuit ei Dominus. **I.**  
**M**arcelli PP. mart. xvj. Ianuar.  
**T**imothei Episc. mart. xxiiij. Ianuar.  
**T**heurhe- } xxvj. **M**aij.  
**R**ij }  
**F**elicis } xxx. **M**aij.  
**S**yluestri } PP. mart. xx. Iunij.  
**P**ij. } xj. Iulij.  
**E**uaristi } xxvj. Octobr.  
**C**oziani } xix. Nouembr.
- P**etri **A**lexandri Episc. mart. xxvj. **N**ouembr.  
**C**ommune unius Mart. Pontificis. **I.**  
Statuit ei Dominus. **I.**  
**N**icolai Episc. vj. Decembr.  
**P**etri Apostoli } **R**oma xvij. Ianuarij.  
                  } **A**ntiochia xxij. Febr.  
**L**eonis xj. Aprilis.  
**P**aulini Episc. Confess. xxij. Iunij.  
**R**emigij j. Octobr.  
**M**artini xj. Nouembr.  
**G**regorij **T**haumaturgi xvij. Nouembr.  
**C**ommune Confess. Pontificis. **L.**
- 146 Suscepimus Deus Misericordiam.  
Dominica viij. post **Pentecosten.**  
**M**arie Purificatio ij. Febr.  
Suscitabo mihi Sacerdotem.  
Votiuu in Eleccione Pontificis.
- 147
- 148 **T**erribilis est locus iste.  
**D**edicatio } **B**asilica Saluatoris ix. Nouembr.  
              } **P**etri & **P**auli xvij. Nouembr.  
              } **E**ccllesia in Communi.
- 149 Tibi dixit cor meum.  
Feria tertia Dominica secunda **Quadragesima.**
- 150 Timete Dominum omnes Sancti.  
**C**yriaci, **L**argi, **S**maragdi, viij. August.
- 151 **V**enite adoremus Deum.  
Sabbatho 4. Temp. Dom. xvij. post **Pentecosten.**
- 152 Venite benedicti Patris mei.  
Feria quarta in Octau. **Pascha.**
- 153 Veni & ostende nobis.  
Sabbatho Dominica tertia **Aduentus.**
- 154 Verba mea auribus percipe.  
Sabbatho Dominica tertia **Quadragesima.**
- 155 Vocem iucunditatis annunciate.  
Dominica v. post **Pascha.**  
Vigilia **A**scensionis.
- 156 Victoricem manum tuam.  
Feria v. infra Octau. **Pascha.**
- 157 Viri Galilaei, quid.  
**A**scensio Domini.
- 158 Vultum tuum Domine. **II.**  
**A**gneti secundo xxvij. Ianuar.  
**A**nnunciatio Mariae xxv. Martij.  
**P**etronille Virg. xxxj. Maij.  
Vigilia **A**ssumptionis Mariae xiiij. August.  
**C**ommune unius Virginis tantum. **II.**  
Votiuu de S. Maria a **N**atiuitate Domini vsque ad **P**urificationem.



Sanctorum Suffragia.

DOMINI

Lachrymarum  
Concordiæ  
Charitatis

Patientiæ

Continentiæ  
Totius Eccle-  
siæ  
Papæ

Imperatoris  
REGIS.

Praelatorum &  
Subditorum  
Familiæ &  
Congrega-  
tionis

Deutorum  
Amicorum  
Inimicorum  
Itinerantium

Nauigantium  
Infirmorum  
Viurum tan-  
tum

Viurum &  
Mortuorum

Rerū necessa-  
riarum vsus;  
orando pro

Quacūq;  
Re  
Pluuiæ

Serenita-  
te

Respici-  
cōtia &  
libera-  
tione

Persecutorum  
Ecclesiæ  
Persecutorum  
& malè agētū  
Tribulatorum  
Incarceratorū

Mala de-  
clinemus.  
Oramus  
ergo pro

Pecca-  
torum

Remissione  
Liberatione  
Belli

Rerum  
insausa-  
rum essu-  
gio, scilicet

Tribulationū  
Famisi & Pestis  
Tempestatum  
Animaliū pestis  
Malarum cogitationum

Oratio

Oratio

Oratio

Oratio

Concede quæsum⁹ omnipotēs  
Deus, vt intercef. *quæ est ordine.*

Acūctis nos quæf. Dñe, mētis.  
Omnipotēs & mitis. Deus, qui si.  
De⁹ largitor pacis & amator char.  
Deus qui diligentibus te facis  
cuncta.  
Deus qui vnigeniti tui patien-  
tia.  
Vreigne sancti Spiritus renes.  
Omnipotens sempiterne Deus,  
cuius spiritu.  
Deus omnium Fidelium Pastor  
& Rector.  
Deus regnorum omnium, &  
Quæsumus omnip. Deus, vt fam.  
Omnipotens sempiterne Deus,  
qui facis mirab.  
Defende quæsumus Domine B.  
Maria semper Virg.  
Deus qui charitatis dona.  
Deus pacis & charitatis.  
Adesto Domine supplicationi-  
bus nostris.  
De⁹ qui trāstulisti patres nostros.  
Omnipotens sempiterne Deus.  
Prætede Domine fidelibus tuis.  
Omnipotens sempiterne Deus,  
qui viurum.  
Deus refugium nostrum & vir-  
tus.  
Deus in quo viuimus, mouemur  
& sumus.  
Ad te nos Domine clamantes.  
Ecclesiæ tuæ quæsumus Domi-  
ne.  
Hostium nostrorum quæsumus  
Domine.  
Deus qui iustificas.  
Deus qui beatum Petrum.  
Deus qui nullum respiciis, sed.  
Ineffabilem misericordiam tuam.  
Omnipot. & misericors De⁹ à bel.  
Ne despicias omnipot. De⁹ pop.  
Da nobis quæsumus Dñe pię sup.  
Adomo tua quæf. Dñe spiritales.  
Deus qui laboribus hominū, etiā.  
Omnipotens & mitissime Deus  
respice.

Oratio est ordine

1  
2  
21  
9  
31  
32  
33  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
23  
24  
25  
26  
27  
34  
35  
13  
16  
17  
10  
11  
29  
28  
20  
22  
12  
14  
15  
18  
19  
30

Ordi-  
nē ha-  
rū Ora-  
tionū  
candi-  
de Le-  
ctor ad  
Mis-  
salsfor-  
mā per  
nume-  
ros dis-  
positū  
scito,  
nā ti-  
tuli nō  
ferebāt  
eundē  
ordinē.

Orationes  
ad diuersa  
agūt, vt aut

††

Dem-



Proprium de Tempore.

**A**duentus {  
**T**rima  
**S**ecunda  
**T**ertia  
**Q**uarta

*Infrā* **C**lauiam Natiu.

**E**piphanie {  
**T**rima  
*Infr. Oct.*  
**S**ecunda  
**T**ertia  
**Q**uarta  
**Q**uinta  
**S**exta

**S**eptuagesimæ  
**S**exagesimæ  
**Q**uinquagesimæ

**Q**uadragesima {  
**T**rima  
**S**ecunda  
**T**ertia  
**Q**uarta  
**L**e Pas-  
**S**ione  
**I**te **P**al-  
**M**is

**R**esur-  
**r**ectio-  
**n**is.

**P**rima in  
**O**ctaua  
**P**aschæ.

**S**ecunda

**P**ascha {  
**T**ertia  
**Q**uarta  
**Q**uinta

**S**exta in-  
**f**ra **O**cta-  
**u**am **A**s-  
**c**ens. di-  
**c**tæ **R**o-  
**g**ationū

**T**entecostes

**I**omni-  
**c**arum to-  
**r**ius quoi,  
**du**arū, aut  
**ad** summū  
**sex**, &  
**quinqua-**  
**ginta**, ad  
**Romane**  
**Ecclesie** ri-  
**zum** dispo-  
**sitarū** ordo.  
**D**ominica

**M**issa

**S** ratio ad S.

**P** aramentorum Color

**A**d te leuaui.  
**P**opule meus.  
**G**audete in Domino.  
**R**orate cæli.  
**L**um medium.  
**I**n excelso.  
**O**mnis terra.  
**A**dorate  
**D**eum.  
**C**ircumderunt.  
**F**urget.  
**I**sto mihi.  
**I**nuocabit.  
**R**eminiscere.  
**O**culi mei semper.  
**I**atate Hierusalem.  
**I**udica me Deus.  
**D**omine ne lon-  
**g**è.  
**R**esurrexi &.  
**Q**uasi modò.  
**M**isericordia.  
**I**ubilate Deo.  
**C**antate Domino.  
**V**ocem Iucunditatis.  
**E**xaudi Domine.  
**S**piritus Domini.

**M**ariam maiorem.  
**C**rucem in Hieruf.  
**P**etrum.  
**D**uodecim Apost.  
**L**aurét. ext. muros.  
**P**aulum.  
**P**etrum.  
**I**oan. in Laterano.  
**M**ariā in Dominic.  
**L**aurét. ext. muros.  
**C**rucem in Hieruf.  
**P**etrum. - - -  
**I**oannem in Late-  
**r**ano.  
**M**ariam maiorem.  
**P**ancratium.  
**M**ariam maiorem.

**V**iolaceus 1.  
**A**lbis 1.  
**V**iridia 1.  
**V**iolaceus 2.  
**A**nte **M**is-  
**s**am 2.  
**I**n **M**issa 2.  
**V**iolaceus 3.  
**R**ubens 1.

Regula generalis

*Infrā* his **D**ominicis & **F**eriales dies, quæcumque **F**esta per annum occurrerit **O**ctaua habentia, Color ornamentorum ratio-  
 tionis. **F**estorum seruandus erit pro **F**estorum occurrentium qualitate.



**Prima** } **T**rinitate  
**de.** } **D**ominica  
**Secunda**  
**Tertio**  
**Quarta**  
**Quinta**  
**Sexta**  
**Septima**  
**Octava**  
**Nona**  
**Decima**  
**Vndecima**  
**Duodecima**  
**Decimatertia**  
**Decimaquarta**  
**Decimaquinta**  
**Decimafexta**  
**Decimafextima**  
**Decimaoctava**  
**Decimanona**  
**Vigesima**  
**Vigesima prima**  
**Vigesima secunda**  
**Vigesima tertia**  
**Vigesima quarta**  
**Vigesima quinta**  
**Vigesima sexta**  
**Vigesima septima**  
**Vigesima octava**

Dominica post Pentecosten

**Benedicta** sit sanct.  
**D**omine in tua misericordia.  
**F**actus est Dominus.  
**R**espice in me &.  
**D**ominus illuminatio.  
**E**xaudi Domine.  
**D**ominus fortitudo plebis.  
**O**mnnes Gentes.  
**S**uscepimus Deus.  
**E**cce Deus adiuuat.  
**D**um clamarem.  
**D**eus in loco.  
**D**eus in adiutorium.  
**R**espice Domine.  
**P**rorector noster.  
**I**nclina Domine.  
**M**iserere mei Domine.  
**I**ustus es Domine.  
**D**a pacem Domine.  
**S**alus populi ego sum.  
**O**mnia quae fecisti.  
**I**n voluntate tua.  
**S**i iniquitates obseruaueris.  
**D**icit Dominus, ego cogito.

Missae

Paramentorum Color

Libus 6.

Viridis 2.



4. Tempora 1

Adventus Domini Tertia Feria	Quarta	4. Temporum.
	Sexta.	
Natiuitatis	Vigilia.	4. Temporum.
	Media nocte.	
Domi- ni 12.	Mane primo.	4. Temporum.
	Ipsa Ie.	
Feria 11.	Infra Octauam.	4. Temporum.
	Nota	
Feria 10.	Sanctorum Festa quorum hic fit memoria; in Proprio Sanctorum posita reperies. 18.	4. Temporum.
	Circumcisionis Festum, quod & Octaua Natiuit.	
Feria 9.	Vigilia	4. Temporum.
	Ipsa Die.	
Feria 8.	Infra Octa.	4. Temporum.
	Octaua ipsa	
Feria 7.	Quarta Cinerum	4. Temporum.
	Quinta	
Feria 6.	Sexta	4. Temporum.
	Sabbatho.	
Feria 5.	Quadragesimae vide folio 13.	4. Temporum.
	Secunda	
Feria 4.	Tertia	4. Temporum.
	Quarta	
Feria 3.	Quinta	4. Temporum.
	Sexta	
Feria 2.	Sabbath. in Albis	4. Temporum.
	Secunda	
Feria 1.	Tertia	4. Temporum.
	Quarta &	
Feria 10.	Vigilia Ascens.	4. Temporum.
	Quinta, Dies Ascens.	
Feria 9.	Infra Octauam	4. Temporum.
	Octaua ipsa	
Feria 8.	Vigilia in Missis priuatis	4. Temporum.
	Secunda.	
Feria 7.	Tertia.	4. Temporum.
	Quarta	
Feria 6.	Quinta	4. Temporum.
	Sexta	
Feria 5.	Sabbatho	4. Temporum.
	Tho	
Feria 4.	Primae Feria 5.	4. Temporum.
	Dies ipsa	
Feria 3.	Sollen. Cor-	4. Temporum.
	poris Christi	
Feria 2.	Infra Oct.	4. Temporum.
	Octa. ipsa	
Feria 1.	Quarta	4. Temporum.
	Sexta	
Feria 10.	Sabbat.	4. Temporum.
	iu.	

Feria 10. in quibus Propria Officia Missarum ponuntur, Dies 88. nempe

4. Tempora 3.

4. Tempora 4.

1	R. orate cali.
2	Propees tu Domine.
3	Veni & ostende nobis.
4	Hodie scietis.
5	Dominus dixit.
6	Lux fulgebit.
7	Puer natus est.
8	Dum medium.
9	Ecce aduenit.
10	Officium sex dierum idem.
11	Misereris om.
12	Dum clamaré.
13	Audiuir Dominus.
14	minus.
15	Introduxit.
16	Aqua sapient.
17	Venite bened.
18	Vitricé manú.
19	Eduxit eos Dñs.
20	Eduxit Dñs pop.
21	Exaudiuit de.
22	Vocé iucunditatis.
23	Viri Galilæi.
24	Officium dierum sex idem.
25	Cum sanctificat.
26	Cibauit eos.
27	Accipite iucud.
28	Deo dum egredier.
29	Spiritus Dñi.
30	Repletur os.
31	Charitas Dei.
32	Cibauit eos.
33	Officium sex dierum idem.
34	Exultate Deo.
35	Iretur cor que.
36	Venite adorem.

Mariam maiorem.
Duodecim Apostolos.
Petrum.
Mariam maiorem.
Maria ma. ad praef.
Anastasiam.
Mariam maiorem.
- - - - -
Mariam trans-Tiberim.
- - - - -
Petrum.
- - - - -
Sabinam.
Georgium.
Ioanné & Paulu.
Triphonem.
Petrum.
Paulum.
Laurent. ext. mur.
Duodecim Apost.
Mariam rotundá.
Ioan. in Laterano.
Mariam maiorem.
Ioané in Laterano.
Petrum.
- - - - -
Petrum.
- - - - -
Ioan. in Laterano.
Petru ad Vincula.
Anastasiam.
Mariam maiorem.
Laurent. foris mur.
Duodecim Apost.
Petrum.
- - - - -
Mariam maiorem.
Duodecim Apost.
Petrum.

Violaceus
4.
Albus
1.
Viola
ceus 2.
Albus
3.
Viola
ceus
6.
Albus
3.
Albus
7.
Viola
ceus
4.

Notan. Feria 10. Octaua Pentecostes que ad Aduenturae clausuram Color Viridis 2.



4. Tempo-  
ra. 2.

Prima  
Feria

Secunda.  
Tertia.  
Quarta.  
Quinta.  
Sexta.  
Sabbat.

Quatuor tempora

Secunda  
Feria

Secunda.  
Tertia.  
Quarta.  
Quinta.  
Sexta.  
Sabbatho.

Tertia  
Feria

Secunda.  
Tertia.  
Quarta.  
Quinta.  
Sexta.

Quadra-  
gesimæ  
Dominica

Quarta  
Feria

Secunda.  
Tertia.  
Quarta.  
Quinta.  
Sexta.  
Sabbatho.

Missæ

De Pas-  
sione Fe-  
ria

Secunda.  
Tertia.  
Quarta.  
Quinta.  
Sexta.  
Sabbatho.

In Pal-  
mis Fe-  
ria ma-  
ioris  
Hebdo-  
mada

Secunda.  
Tertia.  
Quarta.  
Quinta in  
Cæna Do-  
mini.  
Sexta Pa-  
rasceus.  
Sabbatho fan-  
cto.

20 Sicut oculi seruatorū.  
21 Domine refugium.  
22 Reminiscere miser.  
23 Confessio et pulchr.  
24 De necessitat. meis.  
25 Intret oratio mea.

26 Redime me Dñe &  
27 Tibi dixit cor meū.  
28 Ne derelinquas me  
Domine.

29 Deus in adiutoriu.  
30 Ego aut cū iustitia.  
31 Lex Domini irre-  
prehensibilis.

32 In Deo laudabo ver.  
33 Ego clamaui quon.  
34 Ego aut in do. sper.  
35 Salus pop. ego sum.  
36 Fac mecum Domi-  
ne signum.

37 Verba mea auribus  
percipe.  
38 Deus in nomine  
tuo saluum.

39 Exaudi Deus ora-  
tionem.  
40 Cū sanctificatus  
fuerō.

41 Latetur cor quær.  
42 Meditat. cordis mei.  
43 Sitientes venite ad.

44 Miserere mihi Do-  
mine quoniam.

45 Expecta Dominū.  
46 Liberator meus de.

47 Omnia quæ fecisti.  
48 Miserere mei Do-  
mine, quoniam.

49 Miserere mihi Do-  
mine quoniam.

50 Iudica Domine  
nocentes me.

51 Nos autē gloriari.  
52 In nomine Iesu om-  
ne.

53 Nos autem gloriari  
oportet.

54 } - - - - -

55 } - - - - -

Petrum ad Vincula.  
Anastassiam.  
Mariam maiorem.  
Laurét. in Panisper.  
Duodecim Apostol.  
Petrum.

Clementem.  
Babalinam.  
Cæciliam.

Mariā trās Tiberim.  
Vitalem.  
Marcellinum & Pe-  
trum.

Marcum.  
Potentianam.  
Sixtum.  
Cosmā & Damianū.  
Laurentium in Lu-  
cina.  
Susannam.

Quatuor Corona-  
tōs.

Laurentium in Da-  
maso.

Paulum.

Sylu. strū & Marti-  
nusebium.

Nicolaum in Car-  
cere.

Chrysgonum.

Cyriacum.  
Marcellum.

Apollinarem.  
Stephanum in Cæ-  
lio monte.

Ioannem ante por-  
tam Latinam.

Praxedem.

Piscam.  
Mariam maiorem.

Ioannem in Latera-  
no.

Crucem in Hierusa-  
lem.

Ioannem in Late-  
rano.

Violaceus 2.

Violaceus  
2. & 4.

Præsentium Color

Violaceus 2.

Albus 2.

Niger.

Violaceus ante  
Nissam 1.  
Albus in die 3.



Quorum Commemoraciones solummodo in Ecclesia Romana fiunt.

In Proprio Missarum de Sanctis, observabimus Sanctorum.

Commemoraciones, vel

5. 1. vol. nimumto

Reclares de proprias collectis sub Mensen

mensen

Commemoraciones, vel

- 14 **F**elicis presb. & Confess.
- 18 **I**riscæ Virg. & Mart.
- 3 **A**lexátri, Euentij, Theoduli martyrum, ac Iuuenalis Episc. Confess.
- 2 **P**rocess. & Martinia. m.
- 29 **F**elicis, Simplicij, Faustini, Beatricis, Mart.
- 1 **M**achabrorum mart.
- 11 **T**yburtij & Susannæ m.
- 13 **H**ippolyti & Cassiani mart.
- 18 **A**gapiti martyris.
- 22 **T**imothei, Hippolyti, & Symphoriani mart.
- 28 **H**ermetis mart.
- 1 **D**uodecim fratrum.
- 9 **G**orgonij mart.
- 11 **P**rothi et Hyacinth. mar.
- 15 **N**icomedis mart.
- 16 **E**ufemia, Luciae, & Geminiani mart.
- 23 **T**heclæ Virg. & Mart.
- 7 **S**ergij, Bacchi, Marcelli & Apuleij mart.
- 4 **V**italis & Agricolæ mart.
- 8 **Q**uatuor Coronatorú.
- 9 **T**heodori mart.
- 23 **F**elicitatis mart.
- 29 **S**aturnini mart.
- 11 **F**iginij pp. m.
- 15 **M**aui abbatis.
- 7 **P**erpetuæ & Felicitatis.
- 24 **C**hristine virg.
- 25 **C**hristophori mart.
- 6 **X**isti, Felicissimi, Agapiti.
- 9 **R**omani mart.
- 12 **C**laræ virg.
- 14 **E**usebij Cōfess.
- 29 **S**abinæ mart.
- 8 **A**driani mart.
- 20 **E**ustachij et Sociorum.
- 21 **V**rsule & Sociatum.
- 11 **M**ennæ mart.
- 2 **B**ibianæ Virg. mart.
- 4 **B**arbaræ virg.
- 5 **S**abbæ Abbat.
- 10 **M**elchiadis, pp.

**C**oncede quesumus omnipotens Deus.  
**D**a quesu. omnipot. Deus, vt qui.  
**P**raesta quesumus omnipotens Deus, vt qui.  
**D**eus qui nos SS. &c. gloriosis.  
**P**raesta quasumus Domine, vt sicut pop.  
**F**raterna nos Domine.  
**S**anctorú tuorú nos foueant.  
**D**a quasumus omnipotens Deus vt beatorum.  
**L**ætetur Ecclesia tua.  
**A**uxilium tuum nobis Domine.  
**D**eus qui beatum Hermetem.  
**F**raterna nos Domine.  
**S**anctus tuus D. Gorgonius.  
**B**eatorum martyrum tuorum.  
**A**desto Domine populo tuo.  
**P**raesta Domine precibus nostris.  
**D**a quas. omnip. Deus, vt qui.  
**S**anctorum martyrum tuorum nos Domine.  
**P**raesta quasumus omnipotens Deus, vt qui sanctorum.  
**P**raesta quas. omn. Deus vt qui.  
**D**eus qui nos B. Theodori.  
**P**raesta quasumus omnipotens Deus, vt B. Felic.  
**D**eus qui nos B. Saturnini.  
**S**tatuit ei Dominus.  
**O**s iusti meditabitur.  
**M**e expectauerunt.  
**M**e expectauerunt.  
**I**n virtute tua Domine.  
**S**apientiam sanctorum.  
**L**ætabitur iustus.  
**V**ultum tuum.  
**O**s iusti meditabitur.  
**M**e expectauerunt.  
**I**n virtute tua Dñe.  
**S**apientiam sanctorum.  
**M**e expectauerunt t.  
**I**n virt. tua Domine.  
**M**e expectauerunt 1.  
**L**oquebar de testimo.  
**O**s iusti.  
**S**tatuit ei Dominus.

Missas erit celebrandas de Communi Sanctorum, sanctur.

Orationum Color

- Albus 16.
- Rubens 7.
- Albus 17.
- Rubens 7.
- Rubens 7.
- Albus 16.
- Albus 17.
- Rubens 7.
- Albus 17.
- Rubens 7.
- Albus 17.
- Albus 16.
- Albus 17.
- Rubens 7.
- Albus 17.
- Rubens 7.
- Albus 17.
- Rubens 7.
- Albus 17.
- Rubens 7.
- Albus 16.
- Rubens 7.
- Ex 10.



Que ex propriis Sanctorum Officiis ad Commune SS. permittuntur.

Ex Propriis  
de Sanctis  
Sanctorum ali-  
quor Officia  
de Commu-  
ne Sancto-  
rum sumun-  
tur: nihilque  
propriū habet,  
prater Orationē,  
Epistolam,  
aut Evangelium  
aliquan-  
do; qua ira  
per Menses dis-  
tincta repe-  
ries. In Men-  
se ergo

Januar. die	14	Hilarij Episc. & Confess.	
	17	Antonij Abbatis. Evangel.	
	21	Vincentij & Anastasij. Oratio.	
Febr. die	23	Emerentianæ Virg. Mart.	
	3	Blasij Episc. mart.	
	6	Dorotheæ Virg. Mart.	
	9	Apolloniæ virg. mart.	
Mart. die	14	Valentini presbyter. mart.	
	15	Faustini & Iouitæ.	
	18	Simeonis Episc. mart.	
	23. 24	Vigilia Matthiæ Apostoli.	
April. die	21	Liberi Abbatis.	
	17.	Aniceti pp. mart. Evangel.	
	22	Soteris & Caij pp. mart.	
	26	Cleti & Marcellini pp. mart.	
Maij die		Oratio.	
	28	Vitalis mart.	
	9	Gregorij Nazian. Episc. Doct.	
	14	Bonifacij mart.	
	19	Fudentianæ virg.	
	26	Eleutherij pp. mart.	
Iunij die	27	Ioannis pp. mart.	
	30	Felicis pp. mart.	
	31	Petronillæ virg.	
	28	Leonis pp. Confess.	
Iulij die		Oratio.	
	11	Pij pp. mart.	
	12	Naboris & Felicis. Oratio.	
	13	Anacleti pp. mart.	
	20.	Margaritæ virg. mart.	
	24	Vigilia Iacobi Apostoli.	
	27	Pantaleonis mart.	
28.	Nazarij, Celsi, Victoris & Innocentij. Oratio.		
August. die	5	Dedicatio Mariæ ad Niues.	
	20.	Bernardi Abbatis. Epistola.	
	23. 24.	Vigilia Bartholomæi.	
	26.	Zepherini pp. mart. Oratio.	
Septemb. die	1	Egidij Abb.	
	16	Cornelij & Cypriani.	
	22	Mauricij & Sociorum. Oratio	
	23	Ini pp. mart.	
Octob. die	26.	Cypriani & Iustinæ. Oratio.	
	1	Remyij Confess.	
	21	Hilationis Abbat.	
	25	Chrystanti & Darij mart. Oratio	
Novemb. die	26	Euaristi pp. mart.	
		Dedicatio { 9. Bas. Saluatoris. } tio { 18. Petri & Pauli. }	
	12	Martini pp. mart.	
	19	Postiani pp. mart.	
Decemb. die	24	Chrysozoni mart. Oratio.	
	26	Petri Alexandrini episc. mart.	
	20	Vigilia Thome.	

In medio Ecclesiæ.
Os iusti. 2.
Intret in conspectu.
Me expectauerūt. 1.
Sacerdotes Dei.
Me expectauerūt. 1.
Loquebar de.
In virtute tua.
Salus autem iustorū.
Statuit ei Dominus. 1.
Ego autem.
Os iusti. 2.
Protexisti me. - - -
Sancti tui Domine.
Sancti tui Domine.
Protexisti. - - -
In medio Ecclesiæ.
Protexisti.
Dilexisti iustitiam.
Statuit ei Dominus. 1.
Sacerdotes Dei.
Statuit ei Dominus. 1.
Vultum tuum Dñe.
Sacerdotes tui.
Statuit ei. 1.
Intret in conspectu.
Sacerdotes Dei.
Me expectauerūt. 1.
Ego autem.
Lætabitur iustus.
Intret in conspectu.
Salve sancta. <i>Votiva à Pent. usque ad Advent.</i>
Os iusti. 2.
Ego autem.
Sacerdotes Dei.
Os iusti.
Intret in. - - - -
Sacerdotes Dei.
Intret in.
Salus autem iustorū.
Statuit ei. 1.
Os iusti. 2.
Intret in conspectu.
Statuit ei Dominus. 2.
Terribilis.
Sacerdotes Dei.
Statuit ei Dominus. 1.
In virtute tua.
Statuit ei Dñs. 1.
Ego autem.

Albus 16.
Rubens 7.
Albus 17.
Rubens 7.
Albus 17.
Albus 17.
Rubens 7.
Violaceus 5.
Albus 16.
Rubens 7.
Albus 16.
Rubens 7.
Albus 17.
Albus 17.
Rubens 7.
Albus 17.
Violaceus 5.
Rubens 7.
Albus 4. & 18.
Albus 16.
Violaceus 5.
Rubens 7.
Albus 16.
Rubens 7.
Albus 18.
Rubens 7.
Violaceus 5.

Regu-  
la ge-  
nera-  
lis.  
In O-  
ctauis  
Festis  
quæ  
Octa-  
uis ha-  
bent,  
quædo  
fit de  
Octa-  
ua, Co-  
lor idē  
quæ in  
die ser-  
uab-  
itur.

I. aduentionum Color



Propria Officia de Sanctis, occurrentia Mense

	15	Pauli primi Eremitæ Confess.	Iustus vt palma.	Abus 16.
	16	Marcelli pp. mart.	Statuit ei Dominus.	Rubens 7.
	18	Petri Cathedra Romæ.	Statuit ei Dominus.	Abus 12.
	19	Marij, Marthæ, Audifax, Abacum.	Iusti epulentur.	Rubens 7.
Januarij die	20	Fabiani & Sebastiani.	Intret in conspectu tuo.	Rubens 7.
	21	Agnētis primo.	Me expectauerunt.	Abus 17.
	24	Timothei Episc. mart.	Statuit ei Dominus.	Rubens 7.
	25	Pauli Conuersionis.	Scio cui credidi.	Abus 13.
	26	Iolycarpi Episc. mart.	Scerdoes Dei.	Rubens 7.
	27	Iannis Chrysofomi episc. confess.	In medio Ecclesiæ.	Abus 16.
	28	Agnētis Virg. mart. Secundo.	Vultum tuum.	Abus 17.
	1	Ignatij episc. mart.	Mhi autem absit gloriari.	Rubens 7.
Febr. die	2	Mariæ Purificationis.	Suscipimus Deus.	Abus 4.
	5	Agathæ virg. mart.	Caudeamus omnes in Domino.	Abus 17.
	22	Petri Cathedra Antioch.	vt 18. Januarij.	Abus 12.
	24. 25	Matthiæ Apostoli.	Mhi autem nimis.	Rubens 6.
	7	Thomæ Aquinatis confess.	In medio Ecclesiæ.	Abus 16.
Martij die	9	Quadragesima martyrum.	Clamauerunt iusti.	Rubens 7.
	12	Gegorij pp. conf. Pont. Doct.	Scerdoes Dei.	Abus 16.
	19	Ioseph confessoris.	Iustus vt palma.	Abus 16.
	25	Mariæ Annunciationis.	Vultum tuum.	Abus 4.
	11	Leonis pp. Confessoris.	Statuit ei Dominus.	Abus 16.
Aprilis die	14	Tyburij & Valeriani.	Sancti tui Domine.	Rubens 7.
	23	Georgij mart.	Potexisti me Deus.	Rubens 6.
	25	Marci Euangelistæ.	Potexisti me Deus.	Rubens 6.
	1	Philippi & Iacobi Apost.	Clamauerunt ad te Dom.	Rubens 6.
	2	Athanasij episc. confess. Doct.	In medio Ecclesiæ.	Abus 16.
	3	Inuentionis S. Crucis.	Nos autem gloriari oportet.	Rubens 3.
	4	Monicæ viduæ.	Cognoui Domine, quia.	Abus 17.
Maij die	6	Ian. ante portam Latinam.	Potexisti me Deus.	Rubens 4.
	8	Michaelis Apparitio.	Vide in eiusdem Dedicat.	Abus 8.
	10	Cordiani & Epimachi.	Sancti tui Domine.	
	12	Nerei, Archillei, Pancratij.	Ece sicut oculi.	
	25	Vrbani pp. mart.	Scerdoes tui.	Rubens 7.
	2	Marcellini, Petri, Erasmi mart.	Clamauerunt iusti.	
	9	Primi & Feliciani.	Sapientiam Sanctorum.	
	11	Barnabæ Apostoli.	Mhi autem nimis.	Rubens 6.
	12	Basildis, Cytin. Naber.	Intret in conspectu.	Rubens 7.
	14	Basilij Episc. confess. Doctoris.	In medio Ecclesiæ.	Abus 16.
Iunij die	15	Viti, Modesti, Crescent.	Multæ tribulationes.	
	18	Marci & Marcelliani.	Slus Iustorum.	
	19	Ceruafij & Protasij.	Loquetur Dominus pacem.	Rubens 7.
	20	Gluerij pp. mart.	Statuit ei Dominus 1.	
	22	Iulini Confess.	Statuit ei Dominus 2.	Abus 16.
	23	Vigilia Natiuitatis Iohannis Baptist.	N timeas Zacharia.	Volacem 5.

ad mentem calor



24 **Ioannis Baptist. Na-**  
 tivitatis & per O-  
 ctavam.  
 26 **Ioanis & Pauli mar.**  
 28 **Vigilia Apostolorū.**  
 29 **Petri & Pauli Nata-**  
 lis.  
 30 **Pauli Commemora-**  
 tionis.  
 1 **Rumoldi mart. Archi-**  
 episcopi.  
 2 **Mariæ Visitationis.**  
 Infra Octavam Apo-  
 stolorum.  
 6 **Apostolorū Octava.**  
 10 **Septem Fratrum; Ru-**  
 finæ & Secundæ.  
 14 **Bonauenturæ Episc.**  
 confess.  
 17 **Alexij confessoris.**  
 18 **Symphorosę cum se-**  
 ptem filijs.  
 21 **Prædis virg.**  
 22 **Mariæ Magdalenæ.**  
 23 **Apollinaris Episcop.**  
 mart.  
 25 **Iacobi Apostoli.**  
 29 **Marthæ virginis.**  
 30 **Abdon & Sennen.**  
 1 **Petri ad Vincula.**  
 2 **Stephani pp. mart.**  
 3 **Stephani Inuentio-**  
 nis.  
 4 **Dominici cōfessoris**  
 6 **Transfigurationis**  
 Domini.  
 7 **Donati, Episc. mart.**  
 8 **Cyriaci, Largi, Sma-**  
 ragdi.  
 9 **Vigilia Laurentij.**  
 10 **Laurentij mart.**  
 14 **Vigilia Assumptionis**  
 15 **Mariæ Assumptionis**  
 17 **Laurentij Octava.**  
 24-25 **Bartholomæi**  
 Apost.  
 25 **Ludouici Reg. Fræc.**  
 28 **Augustini Epif. cō-**  
 fessoris, Doct.  
 29 **Ioanis Bap. Decoll.**  
 30 **Felicis & Adaudi.**  
 8 **Mariæ Natiuitatis.**  
 14 **Crucis Exaltationis.**  
 20 **Vigilia Marthæ.**  
 21 **Matthæi Apost. &**  
 Euangel.  
 27 **Cosmæ & Damiani.**  
 29 **Michaelis Archang.**  
 30 **Hieronimi presbyt.**  
 & Doct.

Julij die

Mense

Augusti die

Septemb. die

Missæ

Paramen-  
 torum Co-  
 lor

De ventre matris meæ.  
 Multæ tribulationes.  
 Dicit Dominus Petro.  
 Nunc scio verè; quia.  
 Scio cui credidi, &.  
 Festum Mechlin. }  
 Statuit ei Dominus. }  
 Salve sancta parens.  
 Mihi autem nimis.  
 Sapientiam Sanctorum.  
 Laudate; pueri Domi-  
 num.  
 Sacerdotes tui.  
 Os iusti meditabitur.  
 Clamauerunt iusti.  
 Loquebar de testimon.  
 Me expectauerunt.  
 Sacerdotes Dei benedi-  
 cite.  
 Mihi autem nimis.  
 Dilexisti iustitiam.  
 Intret in conspectu tuo.  
 Nunc scio verè.  
 Sacerdotes eius.  
*Vi in Natali.*  
 Os iusti meditabitur.  
 Illuxerunt coruscationes.  
 Sacerdotes Dei.  
 Timete Dominum.  
 Dispersit, dedit paup.  
 Confessio & pulchritud.  
 Vultum tuum.  
 Gaudemus oēs in Do.  
 Probasti Domine cor.  
 Mihi autem nimis.  
 Os iusti meditabitur.  
 In medio Ecclesiæ.  
 Loquebar de testimon.  
 Sapientiam Sanctorum.  
 Salve sancta parens.  
 Nos autem gloriari.  
 Ego autem sicut oliua.  
 Os iusti.  
 Sapientiam Sanctorum.  
 Benedicite Dominum.  
 In medio Ecclesiæ;

Albus 9.  
 Rubens 7.  
 Violaceus 5.  
 Rubens 6.  
 Rubens 6.  
 Rubens 7.  
 Albus 4.  
 Rubens 8.  
 Rubens 8.  
 Rubens 7.  
 Albus 16.  
 Albus 16.  
 Rubens 7.  
 Albus 17.  
 Rubens 7.  
 Albus 14.  
 Rubens 7.  
 Albus 16.  
 Albus 15.  
 Rubens 7.  
 Violaceus 5.  
 Rubens 7.  
 Violaceus 5.  
 Albus 4.  
 Rubens 8.  
 Rubens 6.  
 Albus 16.  
 Rubens 2.  
 Rubens 7.  
 Albus 4.  
 Rubens 3.  
 Violaceus 5.  
 Rubens 6.  
 Rubens 7.  
 Albus 8.  
 Albus 16.  
 Mense



Festa Sanctorum.

Octobr. die	<p>4 <b>F</b>rancisci confessoris. 7 <b>M</b>arci pp. mart. 9 <b>D</b>ionysij, Rustici, Eleutherij. 14 <b>C</b>allisti pp. mart. 18 <b>L</b>uca Evangelistæ. 27 <b>V</b>igilia Simonis &amp; Iudæ.</p>	<p><b>M</b>ihi autem absit gloriari. <b>S</b>acerdotes tui Domine. <b>S</b>apientiam sanctorum. <b>S</b>acerdotes Dei. . . . . <b>M</b>ihi autem nimis. <b>I</b>ntret in conspectu.</p>	<p>Albus 16. Rubeus 7. Rubeus 6. Violaceus 5.</p>
Novemb. die	<p>28 <b>S</b>imonis &amp; <b>I</b>udæ Apostolorum. 31 <b>V</b>igilia <b>O</b>mnium Sanctorum.</p>	<p><b>M</b>ihi autem nimis. <b>I</b>udicant sancti gentes. <b>G</b>audemus omnes in Domino. <b>C</b>lamauerunt iusti. <b>S</b>tatuit ei Dominus. . . . . <b>S</b>tatuit ei Dominus. . . . .</p>	<p>Rubeus 6. Violaceus 5. Albus 10. Rubeus 7.</p>
Mense	<p>1 <b>O</b>mnium Sanctorum. 10 <b>T</b>ryphonis, Respicij, Nymphæ. 11 <b>M</b>artini episc. confessoris. 17 <b>G</b>regorij Thaumaturgi episc. confess. 22 <b>C</b>æciliæ virg. mart. 23 <b>C</b>lementis pp. mart. 25 <b>C</b>atharinæ virg. mart. 29 <b>V</b>igilia <b>A</b>ndræ. 30 <b>A</b>ndræ Apostoli.</p>	<p><b>L</b>oquebar de testimoniis. <b>D</b>icit Dominus, sermones. <b>L</b>oquebar de testimoniis. <b>D</b>ominus secus mare. <b>M</b>ihi autem nimis. <b>S</b>tatuit ei Dominus. . . . .</p>	<p>Albus 17. Rubeus 7. Albus 17. Violaceus 5 Rubeus 6.</p>
Decembr. die	<p>6 <b>N</b>icolai episc. confess. 7 <b>A</b>mbrosij episc. cōfess. Doct. 8 <b>C</b>onceptionis B. Mariæ. 11 <b>D</b>amasi pp. confess. 13 <b>L</b>uciæ virg. mart. 21 <b>T</b>homæ Apostoli. <i>Festa Natalitiæ. quare in Proprio de Tempore diebus non Dominicis.</i> 26 <b>S</b>tephani protomartyris. 27 <b>I</b>oannis Apostoli &amp; Evangelistæ. 28 <b>I</b>nnocentium mart.</p>	<p><b>M</b>issa <b>S</b>tatuit ei Dominus. . . . . <b>I</b>n medio Ecclesiæ. . . . . <i>Ut in Natiuitate eiusdem.</i> <b>S</b>acerdotes tui. <b>D</b>ilexisti iustitiam. <b>M</b>ihi autem nimis. <b>S</b>ederunt principes. <b>I</b>n medio Ecclesiæ. <b>E</b>x ore infantium.</p>	<p><b>P</b>aramentorum <b>C</b>olor Albus 16. Albus 4. Albus 16. Albus 17. Rubeus 6. Rubeus 7.</p>
	<p>29 <b>T</b>homæ Cantuariens. episc. mart. 31 <b>S</b>yluestri pp. cōfessoris.</p>	<p><b>G</b>audemus omnes in Dño. <b>S</b>acerdotes tui Domine.</p>	<p>Rubeus 7. Albus 11. Rubeus, s; in Dominica venerit 5. &amp; 7. Violaceus si nō venerit in Dominica 7. Rubeus 7. Albus 16.</p>

Festa que in Proprio non inuenis, memineris requirenda in Communi Sanctorum.



Tempore sunt aut,  
 Feriarum 88.  
 Dies per Annum in Officia de  
 Sanctis, vel.

D <sup>ominicarū</sup> numero 56.	Aduentus Domini	D <sup>ies</sup>	De quibus foliis 10. & 11.
	Infra Oct. Natiuitat		
	Epiphania.		
	Septuagesimæ		
	Sexagesimæ		
	Quinquagesimæ		
	Quadragesimæ		
Pasche vsque ad Pentecosten inclusiuè	28.		
Pentecostes - - -	3.		

F <sup>eriarum</sup> 88.	Aduentus Dominica tertia	D <sup>ies</sup>	De quibus foliis 12. & 13.
	Natalis Domini Festa.		
	Quinquagesimæ Cinerum		
	Quadragesimæ		
	Pascha infra Octauam		
	Dominica 5. post Pascha		
	Pentecostes cum sua Vigilia.		
	Dominica primæ post Pet. Decimasept.		
	3		
	12		
	4		
	36		
	6		
	10		
	7		
	7		
	3		

P <sup>roprio</sup> 116. Mensis.	Januar.	D <sup>ies</sup>	De quibus foliis 16. 17. 18.
	Februar.		
	Martij		
	Aprilis		
	Maij		
	Iunij		
	Iulij		
	Augusti		
	Septēbr.		
	Octobr.		
	Nouēbr.		
	Decemb.		
	11		
	5		
	5		
	4		
	9		
	16		
	14		
	17		
	7		
	8		
	9		
	11		

C <sup>ommuni</sup> 50. Mensis.	Januar.	D <sup>ies</sup>	De quibus folio 15.
	Februar.		
	Martij		
	Aprilis.		
	Maij		
	Iunij		
	Iulij		
	Augusti		
	Septēbr.		
	Octobr.		
	Nouēbr.		
	Decēbr.		
	4		
	7		
	1		
	4		
	7		
	1		
	7		
	4		
	5		
	4		
	5		
	1		

Dierum summa 134.

Dierum omnium summa 166.

Dies ergo ad vnum omnes, 300.

F I N I S.







L. 17.



6  
ΛΥ  
2































